
CORPUS SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM LATINORUM



VOL. XCV/3

AUGUSTINUS

ENARRATIONES IN PSALMOS 119–133

EDIDIT
FRANCO GORI



VERLAG DER
ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
LATINORUM

VOL. XCV/3

CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM LATINORUM

EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARUM AUSTRIACAE


VOL. XCV/3

HUIC VOLUMINI EDENDO CURAM CONTULIT
INSTITUTUM PATRISTICUM AUGUSTINIANUM



VERLAG DER
ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN
WIEN 2001

SANCTI AUGUSTINI OPERA



ENARRATIONES IN PSALMOS 101–150

PARS 3:

ENARRATIONES IN PSALMOS 119–133

EDIDIT

FRANCO GORI



VERLAG DER
ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN
WIEN 2001

Vorgelegt von w. M. Adolf Primmer in der Sitzung
am 16. Juni 2000

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Ein Titeldatensatz für diese Publikation ist bei
Der Deutschen Bibliothek erhältlich

Zur Erstellung der Edition wurde das Programm
Classical Text Editor verwendet

Alle Rechte vorbehalten
ISBN 3-7001-2981-5
Copyright © 2001 by
Österreichische Akademie der Wissenschaften
Wien
Druck: Grasl Druck & Neue Medien, A-2540 Bad Vöslau

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

Praefatio 7
Quando et ubi sermones in Psalmos graduales dicti sint 7
Enarrationes in Psalmos graduales unum esse corpus 9
De Enarrationum genere oratorio 10
De libris 13
Codices recensiti aetatis ratione habita 15
Descriptio codicum quibus editio utitur 18
De codicum cognatione, stemma codicum 24
Alia testimonia 30
De huius editionis ratione 30
Conspectus siglorum 34

Enarrationum textus

In Psalmum CXIX 37
In Psalmum CXX 57
In Psalmum CXXI 83
In Psalmum CXXII 107
In Psalmum CXXIII 128
In Psalmum CXXIV 146
In Psalmum CXXV 162
In Psalmum CXXVI 185
In Psalmum CXXVII 206
In Psalmum CXXVIII 231
In Psalmum CXXIX 248
In Psalmum CXXX 265
In Psalmum CXXXI 290
In Psalmum CXXXII 319
In Psalmum CXXXIII 336

PRAEFATIO

Hoc volumine, quod primum est eorum quibus Augustinianarum Enarrationum nova editio constabit, illae quindecim emendatae et apparatu critico instructae eduntur, quas Augustinus dixit super Psalmos graduum (119–133); re vera autem sermones quattuordecim sunt, cum eorum novissimus Psalmos 132 et 133 una enarret.

Quando et ubi sermones in Psalmos graduales dicti sint

Quo tempore et quo loco sermones, de quibus agimus, habiti sint parum constat. Seraphinus Zarb[1] eos mense Decembri anni 412 Hippone Regio, Mauritius Le Landais[2] autem vel anno 414 vel 415 habitos esse Carthagine opinatus est. Sed tempus de quo docte disputavit Anna Maria La Bonnardière[3] melius congruere videtur cum indiciis, etsi levibus, quae ex ipsis sermonibus colligi possunt: Augustinum, scilicet, vel inde a mense Decembri a. 406 usque ad mensem Aprilem a. 407, vel, quod ipsa minus probat, per eosdem menses insequentis anni, sermones super Psalmos graduales habuisse in ecclesia Hipponensi, ibique per idem

---

[1] S. Zarb, *Chronologia Enarrationum S. Augustini in Psalmos,* Melitae 1948, pp. 107–119. Non magni ponderis videtur quod Zarb dicit de tempore horum sermonum: «Argumentum quod tractat in Enarrationibus in Cantica graduum, humilitas scilicet, optime intellegitur, si prae oculis habeatur nascens Pelagianismus».

[2] M. Le Landais, *Deux années de prédications de S. Augustin,* Études Augustiniennes, Paris 1953, pp. 11–38.

[3] A.-M. La Bonnardière, *Recherches de chronologie Augustinienne,* Études Augustiniennes, Paris 1965, pp. 46–53.

tempus etiam tractatus duodecim priores in Evangelium Iohannis vicissim dixisse. Ita fit ut Enarratio 120, qua sanctae martyris Crispinae[4] natalicia commemorantur, Nonis Decembribus vel a. 406 vel 407 habita sit[5], paucis post diebus, teste ipso Augustino[6], Enarrationem 119 secuta; denique postridie Idus Ianuarias vel a. 407 vel 408 Enarratio 127 dicta sit, quo die Augustinus in eodem sermone etiam sancti martyris Felicis Nolani sollemnia recoluit[7]. De ceteris, cum nihil certi neque firmi compertum sit, tamen conicere licet Enarrationem 126 inter tractatus IV et V *in Ioh.* habitam esse: nam Augustinus, quod in tractatu *in Ioh.* IV,16 promiserat et in *en.* 126,13,35sqq. iterum pollicitus erat, scilicet se tractaturum de columba Evangelii *Ioh.* 1,32–33, perfecit in tractatu VI *in Ioh.*; Enarrationem vero 131 prius quam *en.* 95 dictam esse colligitur ex ipso Augustino qui laudat praesentem Severum Milevitanum episcopum[8]. Denique teste Possidio[9] Psalmum 121 Augustinus bis tractavit, sed sermo de hoc psalmo prior, ut videtur[10], nobis traditus non est.

---

[4] Cf. 120,13,13.

[5] La Bonnardière, *Recherches de chronologie* ..., p. 46.

[6] Cf. 120,1,2–3 *ut iam in primo eorum* (scil. Psalmorum graduum) *audistis.*

[7] Cf. 127,6,1sqq.

[8] Cf. 131,1,1sqq. et 95,1,1 (*CCL* 39, p. 1342). Cf. etiam 95,5,12sq., p. 1346 (*ubi enim vult aedificare domum, locus ipse silvosus est, unde dictum est hesterno die: 'Invenimus eam in campis silvae'*) cum 131,11,20.

[9] Cf. Possid. *indiculus* 10,4 (ed. Wilmart, *Miscellanea Agostiniana,* 2, Romae 1931, p. 182) *fiunt ergo omnes tractatus psalmorum in populo habiti numero CXXIII, quia centesimus vicesimus primus bis est expositus.*

[10] Cf. Zarb, *Chronologie* ..., p. 110, adn. 1 «Ratio cur Hipponensis bis enarraverit Psalmum CXXI, videtur esse, quia S. Doctor iam tractaverat Psalmum illum, quando *ex ordine* praedicare coeperat *Cantica graduum.* Unde Enarratio in Psalmum CXXI deperdita praecessisse videtur nostram Enarrationem in eumdem Psalmum».

Enarrationes in Psalmos graduales unum esse corpus

Cum Psalmi graduum et inter se sensu cohaerentes, ut mox patebit, et a ceteris discreti Augustino viderentur, ideo eos ex ordine[11] tractare voluit atque eorum Enarrationes cum in unum coniungere tum a ceteris seiungere[12]. Eandem secutus rationem Augustinus eas prooemio quodam exornavit[13], quo psalmorum gradualium unum eundemque titulum explicaret, id sibi proponens ut quid vox 'gradus' spiritaliter significaret, aperte intellegeretur. Hipponensis episcopus opinatur, nulla distinctione facta inter sensum litteralem et allegoricum, spiritalem tantum sensum in huiusmodi psalmis intellegendum esse, cum eadem cantica ei videantur esse quae canuntur ab hominibus ascendentibus ad deum per gradus scalae cuiusdam spiritalis. Is enim, etsi non aperte, tamen firmiter refutat et aliorum et praesertim Hieronymi opinionem, quae et allegoriae Psalmorum gradualium primas partes tribuat, neque tamen historicum sensum neglegat, ita ut titulo significatos esse dicat quindecim gradus qui in circuitu templi Ierusalem fuerunt[14]. Cuius ascensionis quod sit initium ipsumque

---

[11] Cf. 122,1,1sq. *ascendentis cantica ex ordine cum sanctitate vestra consideranda suscepi*; 123,6,1sqq. *nostis, fratres, in aliquo de superioribus psalmis, in ipso initio canticorum graduum contra linguam subdolam petisse auxilium quendam, qui coepit ascendere, et dixisse: 'Domine, erue animam meam a labiis iniustis et a lingua dolosa'* (*Ps.* 119,2); 124,1,2sq. *de quo titulo in aliis iam multa diximus, et repetere nolumus ne vos obtundamus potius quam instruamus*; 124,3,11sqq. *sicut audistis in psalmo canticorum graduum superiore, iam tractato vobis et exposito qui interfuistis*; 125,1,1sq. *ex ordine nobis tractantibus iste psalmus est centesimus vicesimus quintus*; 126,1,5sq. *nam quid sit canticum graduum non opus est saepe repeti*; 127,2,4sq. *meminit autem caritas vestra, cum superiorem psalmum vobis tractarem, qui est ante istum ...*; 127,10,20sq. *in superiore psalmo audistis dictum superbis ...*; 132,2,12sq. *et unde apostoli, filii prophetarum, 'filii excussorum'* (*Ps.*126,4), *sicut iam scientibus loquimur?*

[12] De contextu Enarrationum in Psalmos graduales vide Le Landais, *Deux années ...*, pp. 11–15.

[13] Cf. 119,1–2.

[14] Cf. Hier. *in Ps.* 119,37 (CCL 78, p. 247).

iter et qui terminus, exponit Augustinus, cum tractat versum *Ps.* 83,6 *ascensiones in corde eius disposuit, in convalle plorationis, in locum quem disposuit*: ascensio, ut ait, *in corde* fit, et est omnino spiritalis; ea autem 'a convalle plorationis' oritur, id est a terrena humanitate, ad quam Christus descendit docens homines viam humilitatis, et ducit denique in locum ineffabilis beatitudinis, videlicet ad montem spiritalis celsitudinis et divinitatis Christi. Huius ascensionis typus et imago scala est illa, quam Iacob vidit, in qua aliter atque Hieronymus, qui in ea sanctos homines ad caelum pergentes et malos daemones de caelo praecipites[15] agnoverat, Augustinus agnovit omnes bonos ad Christum conversos sive ad humilitatem descendentes sive ad gloriam ascendentes[16]. Quem sensum auctor noster per totas Enarrationes in Psalmos graduales populum Christianum docuit viva sermonum voce.

De Enarrationum genere oratorio

Quam clarus fuerit aequalibus Augustinus, quam eximius probabilisque orator et ipse confessus[17] et Possidius testatus est[18], nobisque vero eius famam sermonum tantus numerus et luculenta gravitas plane comprobant. Itaque sedulo indagamus quibus modis Augustinus ad Psalmos enarrandos se instruxerit, quomodo et quando sermones, quos ad populum dixerat, litteris mandati sint, quibus denique librorum nexu et cognatione ad nos pervenerint.

---

[15] Cf. *ibid.* 71sqq. (p. 248).

[16] Cf. 119,2,3sqq.

[17] Aug. *retract.*, *prol.* 2 (*CCL* 57, p. 6) *ut ubicumque me praesente loqui opus esset ad populum, rarissime tacere atque alios audire permitterer.*

[18] Possid. *vita Aug.* 7,3 *hos eius libros atque tractatus, ... ipsi quoque haeretici concurrentes cum catholicis ingenti ardore audiebant.*

Plerique censent, quibus adstipulamur, Augustinum neque ullo commonitorio fretum ad populum sermones dixisse[19], neque eos litteris mandandos politius retractare solitum esse[20], immo non obstitisse quin ita ederentur quales notarii celerrime excepissent et librarii in apertam scripturam vertissent[21]. Hoc fit ut interdum versus nonnulli cuiusdam psalmi explanentur neque

---

[19] R. J. Deferrari, *Saint Augustine's Methode of Composing and Delivering Sermons*, in *AJPh* 43 (1922), pp. 97–119; 193–219; A. Olivar, *La predicación cristiana antigua*, Barcelona 1991, pp. 606–611; Ch. Mohrmann, *Die altchristliche Sondersprache in den Sermones des hl. Augustinus*, Nijmegen 1965, pp. 18–26.

[20] Deferrari, pp. 212sqq.; Olivar, *La predicación* ..., pp. 932–935 (cf. etiam eundem A. Olivar, *Preparación e improvisación en la predicación patristica*, in *Kyriakon*, Festschrift J. Quasten, 2, Münster 1970, 736–767), cum quibus non plene concordat Mohrmann, p. 24, quae tamen neque sermones retractati qui sint docet neque de retractationis indiciis aliquid dicit. Augustinum extemporali oratione sermones dixisse eosque absque ulla retractatione edidisse asseverant K.-H. Uthemann, *Die Kunst der Beredsamkeit: Pagane Redner und christliche Prediger*, in *Neues Handbuch der Literaturwissenschaft* 4, Wiesbaden 1997, p. 308 et B. Pieri, *Aurelii Augustini Sermo CCCII*, Bologna 1998, pp.15–18.

[21] Augustinus ipse nobis testatur notarios operam dare in ecclesia ubi sermones habebat: cf. *en.* 51,1, 5sq. (*CCL* 39, p. 623) *quandoquidem placuit fratribus non tantum aure et corde, sed et stylo excipienda quae dicimus*; *retract., prol.* 2 *multa etiam quae dictata non sunt, a me dicta scripta sunt*. Cf. etiam Possid. *vita Aug.* 7,3 *quisquis ut voluit et potuit notarios adhibentes, etiam quae dicebantur excepta descripsit*; Deferrari, pp. 119–123; D. De Bruyne, *La chronologie des quelques sermons de saint Augustin*, in Rev. Bén. 43 (1931), pp. 185–193; Olivar, pp. 911–914. De usu tachygraphiae cf. H. Hagendahl, *Die Bedeutung der Stenographie für die spätlateinische christliche Literatur*, in *JbAC* 14 (1971), pp. 24–38; H. C. Teitler, *'Notarii' and 'exceptores'. An Inquiry into Role and Significance of Shorthand Writers and Ecclesiastical Bureaucracy of the Roman Empire (from the Early Principate to c. 450 A.D.)*, Amsterdam 1985; J. Scheele, *Buch und Bibliothek bei Augustinus*, in *B&W* 12 (1978), pp. 14–114.

tamen ipsi laudentur[22], et hic illic non dubia indicia reperias quae de populo plaudente nos certiores faciant[23]. Ceterum constat Augustinum, dum diceret, vel temporum vel rerum rationes habuisse[24]: ut puta, praeter exspectationem in longum produxit sermonem super brevem Psalmum 120, quoniam pluvia obstitit quominus una cum populo ad sepulcra martyrum iter faceret[25].

Nemo enim est qui non intellegat hac ratione sermones in Psalmos graduales dictos editosque esse, si eos cum Enarrationibus in Psalmos privatim dictatis conferat. Itaque, ut nostram opinionem exemplis comprobemus, in sermonibus iterum atque iterum sententias invenies nulla praemissa interrogandi vocula, consuetudine politioris latinitatis intermissa[26]; item crebrescunt vel anacolutha vel digressiones vel verborum ambitus infracti et mutili[27] vel parum usitata asyndeta[28], item verba repetita, illa

---

[22] Cf. 120,12 ubi Augustinus, quamvis bis in eo fuit ut versum *Ps.* 120,6 (*per diem sol non uret te neque luna per noctem*) proferret, scil. in ll. 1sq. (*intendite quid sequatur*) et in ll. 5sq. (*videte quid sequitur*), tandem in ll. 58sq. eum profert, quem fuse iam explanaverat. In eadem Enarratione deest versus *Ps.* 120,2, de quo raptim orator significat (120,4,21).

[23] 126,2,47sq. *quomodo audiatis, nos advertimus*; 127,9,11 *fratres mei, unde ingemuistis, nisi quia ...*; in 134,17,26sq. (*CCL* 40, p. 1950) orator certiorem populum de improviso facit se velle interquiescere paulisper: *Paululum attendite. Cetera videamus* (*et* ante *cetera* add. C X ma).

[24] Exemplum excellens extemporalis sermonis, quod adduci solet, est *en.* 138,1,1sqq. (*CCL* 40, p. 1990) *psalmum vobis brevem paraveramus, quem mandaveramus cantari a lectore, sed ad horam, quantum videtur, perturbatus, alterum pro altero legit.*

[25] Cf. 120,15,1sqq. Similiter tunc temporis pluere significat Augustinus etiam in *en.* 58,II,1 (*CCL* 39, p. 745).

[26] 122,8,8 *vides quod credis?*; 124,4,5 *non enim non novimus montes?*; 126,2,11 *in paradiso non cecidit Adam?*

[27] Cf. e. g. 120,12,35–48; 123,10,16sqq.; 127,1,7sqq.; 127,12,10sq.; 129,12,6–10; 130,5,7sqq.

[28] 125,15,5sq. *non descenderet, non incideret in latrones;* 128,4,7–9 *faciat aliquid mali, non obiurget episcopus, bonus est episcopus: obiurget episcopus, malus est episcopus. Rapiat aliquid, taceat cui rapit, bonus est.*

praesertim quae anadiploseos figuram effingunt ad leniendas auditorum aures sonorum suavitate[29]: ut qui sermones legat librumque oculis tantum pervestiget haud facile percipiat verborum illas copulationes et locutionum illos concentus, qui oratoris voce et actione perspicui facti, auditoribus iucundi sonuerint.

Has figuras et species Augustinianae elocutionis commemoravimus ut editionis nostrae lector, de ratione qua lectiones, etsi asperiores, probavimus, moneatur, non vero ut ea obliviscatur quae Augustinus ipse scripsit de tribus dicendi generibus, in quibus Christianus orator ita versari debet ut et sapienter et eloquenter semper dicens, non solum intellegenter, sed etiam libenter et oboedienter audiatur[30]. Denique neminem fugit in his sermonibus eam doctrinam servantibus praeclarae eloquentiae documenta tradita esse.

De libris

Enarrationes in Psalmos graduum, sicut seorsum originem traxerunt, ita in unum coniunctae et a ceteris discretae nobis traditae sunt in libris saltem potioribus, quorum familiae duae antiquitate et auctoritate praecipuae – quarum altera Germanica (δ_2) est[31], altera Gallicana (γ_1) –, tantummodo hanc Enarrationum seriem praebent. Huc accedit quod horum librorum maxima pars sive in inscriptionibus sive in subscriptionibus certam et defi-

---

[29] Cf. e. g. 119,8,12sq.; 123,5,4sq.; 123,9,8; 123,10,8sq.; 130,7,56; 130,8,11; 131,3,21sqq.; 131,24,25; 132,7,21.

[30] Cf. *Doctr. Chr.* 4,26,56.

[31] Codex antiquior *B* (scriptura superior codicis rescripti Vaticani 5757), qui ampliorem partem habet (*en.* 119–140), distinctionem Enarrationum in Psalmos graduum a ceteris et ipse testatur, eo quod, cum seriem hanc deprompserit ex antigrapho quodam Germanico (δ), pro sequenti serie 134–140 copulatur cum subarchetypo Gallicano (γ).

nitam mentionem facit Enarrationum Psalmorum gradualium[32]; unde conicere licet Enarrationes 119–133 peculiari libro collectas et publici iuris factas.

Veniamus iam ad codices. Nostra aetate primus fuit Andreas Wilmart[33], qui nonnulla praetermittens, quae non noverat, Enarrationum librorum indicem edidit inde ab antiquissimis saeculo VI exaratis usque ad saeculum XVI, cum iam in promptu haberentur libri typis impressi. Nostris autem temporibus Augustinianorum codicum Vindobonensem indicem universum, etsi nondum perfectum, habemus[34]. Quibus copiis freti moderatores collectionis CSEL indicem comparaverunt in praecipuum viro-

[32] *Augustinus super XV gradus* W_1 *incipit tractatus canticorum graduum Augustini episcopi numero XV* H_2 *sancti Aurelii Augustini episcopi tractatus id est expositiones psalmorum canticum graduum numero XV Gt Augustini in psalmos graduales C incipit explanatio sancti Augustini episcopi de psalmo CXVIIII hoc est de canticum (-co* pc.*) graduum Rm* P_3 P_{22} *Augustinus super cantica graduum tractatus sancti Augustini episcopi incipit de psalmo CXVIIII* P_7 *incipit de psalmo centesimo nono decimo canticum graduum X.* Inscriptiones quoque codicum An_3 et P_{111}, qui etiam partes alias operis continent, de initio Enarrationum in Psalmos graduales significant.

[33] A. Wilmart, *La tradition des grands ouvrages de S. Augustin*, IV: *Les Énarrations*, in *Miscellanea Agostiniana* 2, Roma 1931, pp. 295–315. Indicem codicum editum a Wilmart suppleverunt editores *CCL* 38, p. VI, adn. 4, iis quos deprompserunt ex F. Stegmüller, *Repertorium biblicum Medii Aevi* 2, Matriti 1950, pp. 139sq. vel ex aliis bibliothecarum indicibus.

[34] *Die handschriftliche Überlieferung der Werke des heiligen Augustinus* (Sitzungsberichte der Österreichischen Akademie der Wissenschaften, Philosophisch-historische Klasse. Veröffentlichungen der Kommission zur Herausgabe des Corpus der lateinischen Kirchenväter): I,1–2 *Italien*, ed. M. Oberleitner, Wien 1969–1970 (SBÖAW 263 e 267); II,1–2, *Großbritannien und Irland*, ed. F. Römer, Wien 1972 (281 e 276); III, *Polen* (Anhang: *Die Skandinavischen Staaten Dänemark, Finland, Schweden*), ed. F. Römer, Wien 1973 (289); IV, *Spanien und Portugal*, di J. Divjak, Wien 1974 (292); V,1–2, *Bundesrepublik Deutschland*, ed. R. Kurz, Wien 1976–1979 (306 e 350); V,1–2, *Österreich*, ed. D. Weber, Wien 1993 (601, Hefte XI–XII); VII,1–2, *Tschechische Republik und Slowakische Republik*, ed. C. Weidmann, Wien 1997 (645, Hefte XIII–XIV).

rum doctorum usum qui ad Augustinianas Enarrationes edendas animum intenderent. Itaque nos, codicum recensione ab antiquissimis incepta, usque ad finem saeculi XI perreximus, non tamen spretis libris quibusdam saeculi XII. Ad hoc consilium pervenimus cum animadvertissemus post saeculum XI Enarrationes traditas esse codicibus ut permultis ita depravatis, cumque experti essemus ipsos quoque codices saeculi X et XI nihil fere utilitatis habere ad textum restituendum.

Itaque libri, quos recensuimus, numero sunt sexaginta quinque, quorum maxima pars seriem Enarrationum 119–133 totam integramque continet, nonnulli in brevius redactam exhibent, nec desunt qui temporis iniurias perpessi frustula tantum tradant.

Codices recensiti aetatis ratione habita

B	Città del Vaticano, Lat. 5757 (rescriptus)	VII	119–140
f_5	Berlin, Staatsbibl. Pr. Kulturb., Grimm 139,2	VIIImed.	125–132 (fr.)
f_7	Würzburg, Universitätsbibl., m. p. th. f. 43	VIIImed.	...119 (fr.)
K	Köln, Erzb. Diöz. u. Dombibl., Dom. 67	VIII–IX	101–150
W_1	Würzburg, Universitätsbibl., m. p. th. 17	VIII	119–130
W_2	Würzburg, Universitätsbibl., m. p. th. 64	VIII	119–133
A	Karlsruhe, Bad. Landesbibl., Aug. XXXVI	IXin.	101–150
H_2	Fulda, Hess. Landesbibl. Aa 17	IXin.	119–133
N	Namur, Musée Archéol. 1	IXin.	1–150
O_4	Oxford, Bodl. Libr., Laud. misc. 132	IXin.	119–133

S	München, Bayer. Staatsbibl., Clm 15804	IXin.	101–120
Vr	Verona, Bibl. cap., XXXI 29	IXin.	119–133
C	Paris, Bibl. Nat., Lat. 12181	IX	119–133
e_3	München, Bayer. Staatsbibl., Clm 14176	IX	1–150 (exc.)
e_3	Karlsruhe, Bad. Landesbibl., Aug. CLII	IX	1–150 (exc.)
H_1	Fulda, Hess. Landesbibl., Aa 24	IXmed.	101–150
Gt	Gent, Bibl. der Rijksuniv. 238 (Kat. Nr. 458)	IX	119–133
P_3	Paris, Bibl. Nat., Lat. 1988	IX	119–133
Rm	Reims, Bibl. mun., 85 (E 262)	IX	119–133
w	Zürich, Zentralbibl., Car. C 30	IX	epit. Walahfr.
Bn_2	Berlin, Deutsche Staatsbibl., Phillipps 1657	IX–X	101–150
w	Paris, Bibl. Nat., Lat. 1979	IX/X	epit. Walahfr.
Br_1	Bern, Burgerbibl., 117	X	74–150[35]
Y	Orléans, Bibl. mun., 47 (44)	X	130 (ff.1–4 fr.) 101–150[36]
P_7	Paris, Bibl. de l'Arsenal, 356 (409 T.L.)	X	119–150
An_4	Angers, Bibl. mun., 173 (165)	X–XI	119–150
F_2	Firenze, Bibl. Laur., S. Marco 645	X–XI	73–150
H_5	Fulda, Hess. Landesbibl., Aa 28	X–XI	101–150
P_{22}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 12189	X–XI	119–133
Tr_1	Trier, Stadtbibl., 51/73	X–XI	119–134

[35] Cf. H. Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, Bernae 1875, p. 173.

[36] Cf. *Catalogue générale des manuscrits des bibliothèques publiques de France, Départements* 12, *Orléans*, Paris 1889, p. 26.

V_4	Città del Vaticano, Barb. Lat. 591	X–XI	72–150
w	St. Gallen, Stiftsbibl., 313	X–XI	epit. Walahfr. (77–150)
An_3	Angers, Bibl. mun., 171 (163)	XI	101–150[37]
Ar_1	Arras, Bibl. mun., 89 (33)	XI	119–150
Av_1	Avranches, Bibl. mun., 78	XI	119–133
F	Firenze, Bibl. Laur., XVI, dext. II	XI	83–150
K_3	Köln, Erzb. Diöz. u. Dombibl., Dom. 66	XI	119–133
Ka_2	Karlsruhe, Bad. Landesbibl., K. 2124	XI	132,5–8
Mc_1	Monte Cassino, Bibl. dell'abb., 24	XI	130–150[38]
Mc_2	Monte Cassino, Bibl. dell'abb., 27	XI	71–129[39]
P_{14}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 1986	XI	119–150
P_{15}	Paris, Bibl. Nat., Lat 1987	XI	51–150
P_{23}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 15290	XI	74–150
P_{24}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 16723	XI	1–150
R	Roma, Bibl. Angelica, 1087	XI	101–150
R_2	Roma, Bibl. Angelica, 144	XI	119–121.132.147.75
R_3	Roma, Bibl. Naz. Centr., Sess. X	XI	119–133
So_1	Saint-Omer, Bibl. mun., 29^{1-2}	XI	72–150
V_2	Città del Vaticano, Lat. 455	XI	101–150
X	Bruxelles, Bibl. roy., 5560	XI	101–150[40]
D	Durham, Cath. Libr., B II 14	XIex.	101–150
Sh_1	Schaffhausen, Minist., 17	XIex.	101–150

[37] Cf. *Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques publiques de France*, XXXI, Paris 1898, p. 245.

[38] Cf. *Codicum Casinensium manuscriptorum catalogus,* cura et studio monachorum S. Benedicti Archicoenobii Montis Casini, 1,1, Montis Casini 1915, p. 33.

[39] Cf. *ibid.*, p. 35.

[40] Cf. J. van den Gheyn, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale de Belgique,* Bruxelles 1902, p. 116.

P_{19}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 8832	XI–XIIin.	1–119
Kl_1	Klagenfurt, Kärtner Landesarchiv, frg. 13/42	XI/XII	132–133 fr.
O_5	Oxford, Bodl. Libr., e Mus. 7 (S. C. 3568)	XI–XII	101–150
R_4	Roma, Bibl. Vallicelliana XX	XI–XII	68–147 fr.
Sh_2	Schaffhausen, Minist., 82	XI/XII	119–133
Zh_2	Zürich, Zentralbibl., Car. C 13	XI–XII	101–122
Zh_2	Zürich, Zentralbibl., Car. C 14	XI–XII	122–150
P_{10}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 1981	XIIin.	84–148
O_8	Oxford, Bodl. Libr., Rawlinson D. 893	XII	129–130 fr.
P_6	Paris, Bibl. Nat., Lat. 15293	XII	101–150
P_{145}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 16724	XII	79–150
T	Troyes, Bibl. mun., 40	XII	50–150
P_{111}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 1982[1.2]	XIIex.	101–150

Descriptio codicum quibus editio utitur

A Codex Augiensis, nunc Karlsruhe, Badische Landesbibliothek, Aug. XXXVI, saec. IX in., membr., ff. 250, 380×270/305×220/95–100 mm., binis coll., 41–42 ll., olim Darmstadiensis, Hess. Landes- u. Hochschulbibl. 897, litteris Carolinis Rischinowae (Reichenau) exaratus (B. Bischoff). Continet *en.* 101–150, emendatus a manu recentioris aetatis (A^2), quae exemplar ad familiam η pertinens contulit[41].

An$_4$ Codex Andegavensis (Angers), Bibl. mun. 173 (165), saec. X–XI, membr., ff. 154, 355×280/268×195 mm., binis coll., 38 ll., litteris Carolinis exaratus, continens *en.* 119–150, emendatus ab

[41] Cf. A. Holder, *Die Reichenauer Handschriften*, I, Wiesbaden 1970, p. 139sq.

eadem manu (An_4^2) quae pariter emendavit An_3 conferens, ut videtur, codicis An_4 eundem antigraphum[42].

B Codex Vaticanus Lat. 5757, saec. VII, membr. rescriptus pp. A+302+B, 285×242/200×180 mm., 25 ll., p. 1 *liber sancti columbani de bobio*. Scriptura inferior Ciceronis *De republica* libros habet, scriptura superior *en.* 119–140 lacunosas et inordinatas: *en.* 119,1–9 pp. A–14; *en.* 120,11–124,2 pp. 15–76; *en.* 125,3–134,25 pp. 77–208; *en.* 135,2–139,4 (at textus *en.* 137–138 inordinatus est) pp. 209–290; *en.* 140,13–25 pp. 291–302[43].

Br_1 Codex Bernensis, Burgerbibl. 117, saec. X, membr., ff. 271, litteris Carolinis exaratus, continens ff. 1–161 *en.* 74–150, cuius textum, cum sit codex strictius religatus, non plane neque ex toto legere valuimus[44]. Cum P_{23} arte cognatus est.

C Codex Corbeiensis (ex libris monasterii S. Petri Corbeiensis), nunc Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 12181, saec. IX, membr., 286×188/225×140 mm., 25 ll. Liber pulchre descriptus litteris Carolinis continens *en.* 119–133: undecimus est ex tredecim quibus colliguntur omnes Enarrationes Augustinianae; emendatus est a manu aequali quae exemplar contulit eiusdem familiae γ, ad γ_1 non pertinens[45].

f_5 Codex Berolinensis, Staatsbibl. Pr. Kulturb., Grimm 139,2, saec.VIII med., ff. 2, 215×180 mm., coll. 2–3, ll. 25–28, in Anglia exaratus (Bischoff). F. 1 continet excerpta *en.* 125,11; 119,6; 128,8; 129,7; 132,6; 132,12; 119,6; 122,3; 125,12; 126,4;

---

[42] Cf. *Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques publiques de France*, XXXI, Paris 1898, p. 246.

[43] Cf. *M. Tulli Ciceronis de republica libri e codice rescripto Vaticano Latino 5757 phototypice exspressi, Prolegomena*, in Civitate Vaticana 1934; A. Reifferscheid, *Bibliotheca patrum Latinorum Italica*, 1, Vindobonae 1872, pp. 14–16; *CLA* 1,34; *SBÖAW* 267, pp. 285sq.

[44] Cf. H. Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, Bernae 1875, p. 173.

[45] Cf. L. Delisle, *Inventaire des manuscrits conservés a la Bibliothèque impériale (8823–11503)*, Paris 1863, p. 40.

127,11, quae definitius indicavimus in apparatu testimoniorum; f. 2 habet glossas *De dialogorum* (cf. Loewe-Goetz, *CGL* 5, pp. 423sq.)[46].

f_7 Codex Herbipolitanus (Würzburg), Universitätsbibl., m. p. th. f. 43, saec. VIII med., membr., ff. 53, 250×170/220×135 mm., ll. 28–30, scriptura Anglosaxonica maiuscula (partim minuscula) exaratus in Anglia aut in continenti. Habet fragmentum *en.* 119,1,1–2,75 (ff. 41–43)[47].

Gt Codex Gentavensis (Gent), Bibl. der Rijksuniv., 238 (Cat. nr. 458), saec. IX (X–XI Wilmart, p. 303, nr. 113), membr., ff. 109, 255×190/190×150 mm., ll. 25. Lugduni exaratus litteris Carolinis, olim liber monasterii S. Maximini Trevirensis. Continet *en.* 119–133. Emendatus est a correctore qui usus est exemplari familiae γ quod ad γ_1 non pertinebat[48].

H_1 Codex Fuldensis, Hess. Landesbibl., Aa 24, saec. IX med., membr., ff. 341, 350×200/275×145 mm., ll. 36, litteris Carolinis exaratus (at initia cuiuscumque Enarrationis litteris maiusculis scripta sunt), in meridiana Germania ad Occidentem spectanti (sc. in partibus Constantiae vel Weingartae), emendatus a manu recentiore quae exemplar deterius familiae α contulit. Continet *en.* 101–150[49].

---

[46] *SBÖAW* 350, p. 540.

[47] *CLA* 9,1410.1411; *SBÖAW* 350, p. 540; B. Bischoff – J. Hofmann, *Libri Sancti Kyliani. Quellen und Forschungen zur Geschichte des Bistums und Hochstifts Würzburg*, 6, Würzburg 1952, pp. p. 96; H. Thurn, *Die Handschriften der Universitätsbibliothek Würzburg*, 3,1, Wiesbaden 1984, p. 31; J. Hofmann, *Angelsächsische Handschreibschriften in der Würzburger Dombibliothek, Heiliges Franken*, in Festschrift zum Jahr der Frankenapostel, Würzburg 1952, p. 175.

[48] Cf. A. Derolez, *Inventaris van de Handschriften in de Universiteitsbibliotheek te Gent*, Gent 1977, p. 21.

[49] *SBÖAW* 350, p.174; R. Hausmann, *Die theologischen Handschriften der Hessischen Landesbibliothek Fulda bis zum Jahr 1600*, Wiesbaden 1992, p. 67sq.

H_2 Codex Fuldensis, Hess. Landesbibl. Aa 17, saec. IX in., membr., 260×195/195×105 mm., ll. 21, litteris Carolinis exaratus, oriundus e partibus meridianae Germaniae (sc. Constantiae, vel Augiae insulae, vel Weingartae), emendatus a manu Reginberti monachi monasterii Augiae Divitis (Bischoff). Continet *en.* 119–133[50].

K Codex Coloniensis (Köln), Erzb. Diöz. u. Dombibl., Dom. 67, saec. VIII–IX, membr. (ff. 2^v–105^v scripsit *Vera*; ff. 106^v–183^v scripsit *Agnes*; f. 1^r *codex Sancti Petri sub Pio Patre Hildeboldo scriptus*; f. 2^r *liber Sancti Petri*), 355×270/280×230 mm., ll. 34, ff. 183, cuius apographus est codex Berolinensis Bn_2 (Deutsche Staatsbibl., Phillipps 1657)[51]. Ambo exarati sunt a sanctimonialibus mulieribus Gallici monasterii Kalae apud Parisios[52], quarum nomina leguntur in fine uniuscuiusque partis quam quaeque earum descripsit. Frequentes glossae, quas *K* et Bn_2 habent in textu inclusas, inclusae iam erant, ut probari potest, in deperdito antigrapho eiusdem codicis *K*. Ambo continent *en.* 101–117 integre, 118–150 excerptim[53].

N Codex Namurcanus (Namur), Musée Archéol. 1, saec. IX^2 (Bischoff), membr., ff. 322 (ff. 56.57.203.204 exciderunt), 450×345/375×280, ternis coll., 55 ll., litteris Carolinis exaratus,

---

[50] Cf. *ibid.*, pp. 52–54; *SBÖAW* 350, p. 173.

[51] Cf. *CLA* 8,1170. Quamquam Bn_2 sit codex descriptus ex *K*, tamen lectiones cuiusdam correctoris Bn_2^2 praetereundae non sunt, quoniam de antiquiore deperdito antigrapho codicis *K* depromptae sunt.

[52] Cf. B. Bischoff, *Die Kölner Nonnenhandschriften und das Skriptorium von Chelles,* in *Mittelalterlische Studien I,* Stuttgart 1966, pp.16–21; at L. W. Jones, *The Script of Cologne from Hildebald to Hermann,* Cambridge, Mass. 1932, pp. 21ss., 53ss., putaverat codicem *K* exaratum esse in monasterio quodam Coloniae Agrippinae temporibus Hildebaldi episcopi.

[53] Cf. *CLA* 8, 1152.

olim liber monasterii S. Huberti (cf. 1^r). Continet Enarrationes omnes 1–150. Raro emendatus a manu ipsius librarii, ut videtur[54].

P_3 Codex Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 1988, membr., ff. 241, 300×225/190×210 mm., binis coll. 25 ll., scriptura Carolina a tribus manibus exaratus; ff. 1–109 saec. IX: *en.* 119–133; ff. 110–166 saec. X: *en.* 134–140; ff. 167–234 saec. XI–XII: *en.* 141–150; ff. 235–241 saec. IX: sermo, inc. *tamquam dicens,* PL 40,669–678.

P_6 Codex Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15293; saec. XI–XII, membr., ff. 231, 370×270/280×230 mm., 40 ll., binis coll., litteris Carolinis lineamenta Gothica exhibentibus diligenter et ordinate exaratus; tertius tomus est (*en.* 101–150 habens) ex tribus qui totum Enarrationum opus continent, cuius textus, cum T arte cognatus, valde est contaminatus et permultis lectionibus facilioribus depravatus.

P_{23} Codex Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15290, saec. XI, membr., ff. 292, 375×270/325×225 mm., 37 ll., binis coll., scriptura Carolina exaratus. Continet *en.* 74–150 aeque ac Br_1 cum quo arte cognatus est.

R_3 Codex Romanus, Bibl. Naz. Centr. Sess. X, saec. XI, membr., ff. 230; 368×232/270×160 mm., 29 ll., binis coll., scriptura Carolina exaratus; f. 1^r *iste liber est Monasterii Nonantulo N. XXII.* Continet *en.* 119–133 (ff. 1–144^v), Aug. *De cons. ev.* (ff. 145–230 alia manu)[55].

Rm Codex Remensis, Bibl. mun. 85 (E 262), saec. IX, membr., ff. 110, 315×245/200×180 mm., 25 ll., binis coll., litteris

[54] Cf. P. Faider, *Catalogue des manuscrits conservés a Namur,* Grembloux 1934, p. 41.

[55] Cf. *Catalogo dei manoscritti del Fondo Sessoriano.* Catalogus manuscriptus in Bibl. Naz. Centr., Romae, s.d.

Carolinis exaratus, olim liber S. Theoderici (St. Thierry). Continet *en.* 119–133 (ff. 3bis–110)[56].

S Codex Monacensis, Bayer. Staatsbibl. Clm 15804, IX in., membr., ff. 171, 330×225 mm., 35 ll., litteris Carolinis a compluribus manibus exaratus, olim liber S. Petri Salzburgi. Continet *en.* 101–120[57].

T Codex Trecensis, Bibl. mun. 40, saec. XII, memb., ff. 212, 480×330/350×240 mm., 45 ll. binis coll., litteris Carolinis lineamenta Gothica exhibentibus accurate exaratus, textum *en.* 50–150 stricte cum P_6 cognatum continens[58].

V_2 Codex Vaticanus, Lat. 455, membr., saec. XI, ff. 266, 366×246/310×185 mm., binis coll., 38 ll., litteris Carolinis exaratus, emendatus a manu quae contulit exemplar deterius eiusdem familiae Italicae. Continet *en.* 101–150[59].

Vr Codex Veronensis, Bibl. cap. XXXI 29, saec. IX in., membr., ff. 161, 290×210/230×150 mm., 27 ll., binis coll., litteris Carolinis priscis exaratus[60]. Continet *en.* 119–133.

W_1 Codex Herbipolitanus (Würzburg), Universitätsbibl. m. p. th. f. 17, saec. VIII, ff. 45, 290×230/245–255×190–200 mm., ll. 32–35, scriptura Anglosaxonica minuscula litteris maiusculis mixta in regione Herbipolitana exaratus a manibus compluribus. F. 45^r (inde ab *en.* 130,1,19 *ubi rogatur*) non totum bene legitur,

---

[56] Cf. H. Loriquet, *Catalogue des manuscrits des Bibliothèques publiques de France, Départements* 38, *Reims* 1, Paris 1904, p. 84sq.

[57] Cf. *Catalogus codicum manu scriptorum Bibliothecae regiae Monacensis,* 4,3, Monaci 1878, p. 34; K. Folz, *Geschichte der Salzburger Bibliotheken,* Wien 1877, pp. 34.37; B. Bischoff, *Die südostdeutschen Schreibschulen und Bibliotheken in der Karolingerzeit,* 2, Wiesbaden 1980, pp. 109sq.; *SBÖAW* 350, p. 367.

[58] Cf. *Catalogue générale des manuscrits des bibliothèques publiques des Départements,* II, Paris 1855, pp. 33–42.

[59] *SBÖAW* 350, p. 26.

[60] Cf. A. Reifferscheid, *Bibliotheca* ..., pp. 14–16; T. Venturini, *Ricerche paleografiche intorno all'arcidiacono Pacifico di Verona,* Verona 1929, p. 75.

in f. 45^{v} (ab *en.* 130,4,5 *indulgentiam*) perpauca legi possunt, cetera inde ab *en.* 130,6,18, ut conicere licet, usque in finem *en.* 133 desunt[61].

W_2 Codex Herbipolitanus (Würzburg), Universitätsbibl., m. p. th. f. 64, saec. VIII, membr., ff. 94, 270×200/220×175 (80) mm., 24-30 ll., scriptura insulari mixta maiuscula et minuscula in Germania exaratus a pluribus manibus, ex eodem exemplari descriptus ex quo W_1 et f_7. Continet *en.* 119-133 cum lacuna (119,9,8 *et quam* - 120,11,32 *quia*)[62].


De codicum cognatione

Horum codicum recensionis, quam perfecimus, fructum ita breviter exponere possumus: traditio Enarrationum 119-133 in duas partes dividitur, scilicet ex archetypo ω duo hyparchetypi profluxerunt, quos siglis π et γ notavimus, quamquam, si de libris per Europam propagatis rationem habemus, tres distinguuntur familiae, quarum duae, id est Italica (α) et Germanica (δ), a hyparchetypo π originem duxerunt, tertia vero Gallicana a γ. Ex his aliae familiae manaverunt, quarum α_2 et η nullius momenti sunt; δ_1 et δ_2, quamvis minoris ponderis, necessariae sunt ad textum δ confirmandum; duae denique maioris momenti videntur, eo quod altera, id est γ_1, testimonium hyparchetypi γ profert, altera vero, id est ε, textum hyparchetypi γ habet mixtum cum eo quem η ex π deduxit. Qua re stemma effingere nobis licuit:

---

[61] Cf. H. Thurn, *Die Handschriften* ..., p. 12; B. Bischoff - J. Hofmann, *Libri Sancti Kyliani* ..., pp. 7,21,101; *CLA* 9,1405; *SBÖAW* 350, p. 538.

[62] Cf. H. Thurn, *Die Handschriften* ..., p. 64; *CLA* 9, 1418; Bischoff-Hofmann, *Libri Sancti Kyliani* ..., p. 59; *SBÖAW* 350, p. 538.



Errorum, ut moris est, ratione habita primum probabimus hyparchetypum π ex ω fluxisse; tum ex π familias α et δ ortas esse; argumenta denique colligemus quibus hyparchetypus γ probetur ita ex ω originem duxisse ut a π prorsus seiunctus haberi debeat.

De hyparchetypo π

Tredecim sunt codices, quibus hyparchetypum π restituimus, in familias distributi ut patet ex stemmate supra effincto:

π { α: R_3 V_2 Vr
δ { δ_1: A H_1 S
δ_2: W_1 W_2 f_7 K Gt H_2
B

Quorum ut origo et cognatio comprobetur, communes errores nonnullos subicimus:

119,7,44 frugum] fructuum π (*exc.* H_1); 120,5,22 cui ipse] qui sibi π; 121,12,10 comparata] caritas *praem.* π; 122,8,22 non^2] nonne π; 123,2,5 enim] vero π; 124,4,5 non^2 *om.* π; 125,9,1sq. magnificavit – eis *om.* π; 125,11,8 autem] dico *add.* π (*exc.* H_1); 126,3,22 ἐπίσκοπος *om.* π; 127,12,35 Christianos] per baptismum *add.* π; 128,5,13 puerorum] in camino ignis *add.* π; 129,7,4 enim^2] autem π; 130,3,14 veniet] enim *add.* π; 131,20,9 non *om.* π; 131,26,3 tales *om.* π; 132,7,18 spiritus sanctus] sanctos π; 133,2,11 exiit] et *praem.* π.

In codicibus familiae α nullum contaminationis indicium invenimus[63]. Ex libris autem familiae δ, cum A f_7 tali vitio careant et W_1 W_2 raris vestigiis a hyparchetypo γ impressi videantur, ceteri varia nec sibi constanti ratione contaminati sunt: alii, id est S K H_2 B, contagionis suae originem ab ipsa interiore familia traxerunt, quippe qui varias lectiones praebeant ex variis exemplaribus eiusdem familiae δ depromptas; alii autem, id est H_1 Gt et fortasse H_2, a γ extrinsecus inquinati sunt, ex quibus Gt et fortasse H_2 indicia contaminationis utriusque originis praebent. Quam ob rem contaminatio codicum ad familiam δ pertinentium nos non prohibet quominus hyparchetypum π restituamus, eo quod contaminatio, quam 'internam' dicere solemus, hoc minime vetat, 'externa' vero rara est et paucos tantum codices afficit.

Ex π orti sunt, libris quibusdam nunc deperditis interpositis, etiam α_2 (F F_2 Mc_2) et η (O_4 P_7 Av_1), quorum testimonia nullius ponderis habenda sunt: nam, sicut lectionis α habemus testes potiores (V_2 R_3 Vr) quam α_2, pari ratione η fit testis inutilis ad textum δ restituendum. At η, etsi nullius est usus ad textum con-

[63] De libro Vr cf. quae adnotavimus in *La tradizione manoscritta delle 'Enarrationes in Psalmos graduum' di Agostino. Studio preliminare per l'edizione critica*, Augustinianum 37 (1997), p. 192, an. 8.

firmandum, eo abiciendus non est, quod vel ipse vel exemplar ipsi proximum coinquinaverit testem ε, de cuius utilitate infra dicemus. Utrum vero et ipse η habeat necne vestigia quamvis pauca contaminationis ab ε vicissim impressa incertum est[64].

De hyparchetypo γ

Hyparchetypus γ probatur erroribus codicum quinque in duas familias distributorum:

$$\gamma \begin{cases} \varepsilon\colon N\,An_4 \\ \gamma_1\colon C\,Rm\,P_3 \end{cases}$$

Quorum errorum exempla quaedam haec sunt:

119,6,22 incolatus] prolongatus *praem.* γ; 119,7,46 caelestis] regni *praem.* γ; 119,9,51 ad] audi γ; 120,1,4 a] in γ; 121,4,59sq. ad aedificium corporale] ad (*om.* C) aedificium spiritale similitudinem corporalem habet γ; 122,5,39 Paulum] apostolum *praem.* γ; 123,2,9 veritas] enim *add.* γ; 124,4,18 epistolis] apostolis γ; 125,8,16 innocentes[2] *om.* γ; 126,8,14sq. huius – merces *om.* γ; 127,11,22 ecclesia] facta est *add.* γ; 128,8,28 sunt] a se *add.* γ; 129,5,8 non est inventurus *om.* γ; 130,7,57 patientiam] cum patientia γ; 131,4,2 votum] nisi ut simus templum dei nihil gratius ei possumus offerre quam iurare (iure γ_1) *add.* γ; 132,2,30 vovere[1]] et reddere *add.* γ; 133,2,17 quam] quando γ

[64] Cf. 127,9,7 *quod*] *quem Gt* $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,P_{23}$; 127,10,39 *quod*] *illi* add. $W_1\,W_2$ *Gt* $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,P_{23}$; 129,5,8 *non est inventurus* om. $H_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,P_{14}\,P_{15}$; 132,8,18 *quare – audiretur* om. $W_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,Br_1\,P_{23}$. At dubium est utrum in his locis casu fiat ut η et ε de errore congruant (quod verisimilius nobis videtur) an η ab ε coinquinatus sit, an denique multo minus probabiliter evenerit ut testimonium ε ab η infectum sit et γ_1 casu in eundem errorem inciderit. Ceteroqui etsi subarchetypus η ipse non contaminatus sit, tamen libri $O_4\,Av_1$, qui ab ipso pendent, contaminationis indicia prae se ferunt.

Quod ad contaminationem attinet, praeter ea quae de commixtione textus in ε infra exponemus, patet unum tantum *C* vestigia quaedam contaminationis praebere, quae plerumque ab ε impressa videntur[65].

De textus ε mixta recensione

Duo sufficiunt libri NAn_4 ad hyparchetypum ε restituendum, quem vir doctus quidam ante saeculum IX conflavit duobus libris inter se collatis eorumque lectionibus permixtis, quorum alter ad illam propaginem hyparchetypi π, quae est η, pertinebat[66], alter vero ad γ[67].

Quoniam exempla errorum quos ε ex γ deduxit iam supra attulimus, ubi errores γ (scil. ε+ γ_1) enumeravimus, nunc nonnullas corruptelas colligimus quas ε vel ex π vel ex δ per η deduxit vel etiam ex ipso η mutuatus est:

119,1,20 tale *om.* π η ε; 120,3,30 inanibus] omnibus π η ε; 121,8,57 quomodo] ergo *add.* π η ε; 121,9,21 erant[2] *om.* π η ε; 122,8,22 non[2]] nonne π η ε; 123,4,2 quia *om.* δ η ε; 125,2,5 nunc] adhuc η ε; 126,11,32 et *om.* π η ε; 127,8,50 quaereremus] nossemus δ η ε; 128,6,4

---

[65] Exempla contaminationis codicis *C* enumeravimus in *La tradizione manoscritta delle 'Enarrationes in Psalmos graduum'*, cit., p. 203, adn. 21.

[66] Utrum reapse ε ex ipso η fluxerit an e codice quodam qui cum η proximam cognationem habuerit incertum est.

[67] Cum ε et η inter se errore congruant, et ideo quaeratur uter ex altero pendeat, respondemus quibusdam exemplis: 124,7,14 *domus* π γ_1, *domos* W_1 W_2, *dominos* η, *domus dominos* ε; 125,4,21 *consolati*[2] π γ_1, *iusti* η, *iusti consolati* ε; 131,25,4sq. *multi propter pecuniam multam quaesiti sunt* α δ, *Gt, multi propter multam pecuniam quaesiti sunt* W_2 (deest W_1) H_2 *B* η, *multi propter pecuniam perierunt multa quaesiti sunt* γ_1, *multi propter pecuniam perierunt multi propter multam pecuniam quaesiti sunt* ε. Quibus exemplis optime probatur vitiosum studium testis ε miscendi conflandique lectiones duorum exemplarium, quorum unum aut η erat aut eidem proxime cognatum, alterum ad γ pertinebat.

si fenerat *om.* $\delta\ \eta\ \varepsilon$; 129,12,31 clamare ... dicere] clama ... dic $\delta\ \eta\ \varepsilon$; 130,2,12 it] mittit $\eta\ \varepsilon$; 131,26,17 unde] enim *add.* $\delta\ \eta\ \varepsilon$; 131,26,26 corde] sancto *praem.* $\pi\ \eta\ \varepsilon$; 132,2,22 sicut cuique] prout $\eta\ \varepsilon$.

Ratione de stemmate habita, neminem fugit lectionem γ restitui posse, si testimonium γ_1 cum ε consentit, eamque vero attingere possumus ex teste uno γ_β, si ε, qui textum permixtum habet, in errore concinit cum π. Si vero ε eandem lectionem genuinam praebet quam π, utrum error, quem legimus in codicibus familiae γ_β, shyparchetypo γ tribuendus sit an ipsi γ_1 dispicere nobis non licet. Quibus perpensis in apparatu notam γ tantummodo adhibuimus cum vel certe vel satis credibiliter testis ε non ex η, sed ex γ una cum γ_1 falsam lectionem duxisse nobis visus sit.

De auctoritate γ_1

Exstitisse testimonium γ_1 constat ex concordia codicum *C Rm* P_3, quorum communium errorum exempla potiora nunc vide:

119,9,50 honorate] amate γ_β; 120,4,15 quid maius] quis maior γ_β; 121,7,3 quo ascendit *om.* γ_β; 123,12,18 haeserat] erat γ_β; 124,10,3 pravicordius] pravicordes γ_β; 126,8,24sq. quamdiu[1] – ecclesiae *om.* γ_β; 127,11,22 cum – viri *om.* γ_β; 129,6,24 numquam] numquid γ_β; 130,6,51 quod[1]] inquit γ_β; 131,6,3sq. multum – domino *om.* γ_β; 132,1,8sq. ab isto versu] ad istum versum γ_1.

In exemplis, quae attulimus, nullum pertinet ad contaminationem qua codex *C* aliquando ab ε vitiatus est, ut iam diximus – quod autem vitium re vera perraro obstat quominus lectio γ confirmetur.

Ex iis quae de ε diximus, necessario fit ut testimonium γ_1 interdum unicum sit lectionis hyparchetypi γ vel falsae vel genuinae. Attamen si quis animadvertat quam paucae sint lectiones genuinae quas γ_1 tantum prae se ferat, facile intellegat scriptorem

codicis ε, qui ante oculos habuit lectiones utriusque hyparchetypi, etsi ingenio non floruit, rarius falsam unius pro vera alterius recepisse. Qua de causa ut raro γ_1, absque ε, testis est lectionis genuinae, ita non frequenter π, absque ε, veram lectionem tradit.

Alia testimonia

Praeter codices de quibus mentionem fecimus, alios insuper contulimus, id est ζ (P_6 *T*) Br_1 P_{23}, quorum varias lectiones in apparatum omnes recepimus; aliorum autem tantum lectiones selectas adnotavimus (An_3 *Y D X* P_{14} P_{15} *w* e_3). Quorum librorum quidam bini cognati sunt, quippe qui P_6 cum *T*, Br_1 cum P_{23}, P_{14} cum P_{15} concinat; idemque tamen quoniam valde depravati sunt vel multiformi contaminatione, vel ipsorum librariorum opera qui, difficiliora in faciliora mutando, vilia et vulgaria scripserunt, locum in stemmate habere non potuerunt. Attamen nobis visi sunt qui non omitterentur, si quidem testantur quali, ut ita dicam, facie Augustini Enarrationes receptae sint per saecula X–XII, et quid quaerentes homines religiosi illius temporis mentes animosque huic operi hauriendo applicuerint. Quibus causis adde quod editio Parisiensis Maurinorum, quae usque adhuc in usu est retenta, hos codices pro fundamento habet, ut saepe cum ζ, saepius cum *X* conspiret[68].

De huius editionis ratione

Plurimos Enarrationum codices adhuc superesse testimonio est quanta fuerit earum fama modo summa ipsius Augustini auc-

[68] De codicibus adhibitis ab editoribus Maurinis scripsit A. Primmer, *Die Mauriner-Handschriften der 'Enarrationes in Psalmos'*, in *Troisième centenaire de l'édition mauriste de Saint Augustin*. Communications présentées au colloque des 19 et 20 avril 1990, Paris 1991, pp. 170–201.

toritate fulta modo Psalterii et legendi et meditandi opportunitate sive privatim sive in ecclesiae coetu. Cum enim Psalmis maximam partem constaret officium divinum quod dicitur, Augustini explanationes magno usui fuerunt monachorum conventibus, qui inde a saeculo quinto per Europae partes Occidentis magno auctu increbrescebant. Praeterea Augustini homiliae in Psalmos, cum philologorum subtilibus ineptiis careant, re autem vera spiritalibus moralibusque sensibus floreant niteantque, idoneae visae sunt hominibus qui, doctrina despecta, in rerum spiritalium meditatione potius versarentur. Si quis denique antiquiores libros inspiciat eorumve reliquias[69], facile videat multos exstitisse ante nonum saeculum exaratos qui Enarrationes nobis tradiderunt, unde luce clarius apparet iam per saecula quae obscura vulgo dicuntur eas lectitatas esse. Quae unde primum ita originem traxerunt, ut quasi flumen effusae sint per Christianorum orbem? A vero non abhorret id factum esse in meridiana Gallia ubi declinantibus Romanorum rebus et monasteria floruerunt et Augustini auctoritas maxime invaluit ipso vivente. Quam studiose ibi receptae sint testatur Prosperi illius Aquitani *Expositio Psalmorum* 100–150 qua Augustini Enarrationes in eosdem Psalmos in brevius redegit paulo post annum 431.

Qua re, ut omnibus liquet, Augustini opus quippe quod sine intermissione et lectitatum et libris traditum sit, permultis locis corruptelis foedatum est, quae in vetustissimos codices iam irrepserunt. Quarum causa et origo saepius non in casu positae sunt neque in librarii parum diligentis oscitatione, immo ipsius librarii improbae voluntati imputandae qui, quae difficiliora visa sint, in faciliora mutaverit: quod errorum genus iam apparet in utroque hyparchetypo. Huc accedit quod, si verum dicimus, corruptelarum causa prima est genus ipsum oratorium, de quo mentionem fecimus, ut perspicuum et suave audientibus, ita legentibus interdum asperum et perplexum. Ideo librarii numquam cessaverunt

[69] Cf. indicem auctorum in *CLA*, Suppl., p. 73.

ab Enarrationum, quae eis videretur, emendatione, nonnullis quoque libris simul eodemque tempore aliquando in auxilium arcessitis, per contaminationem, ut dicere solemus, Augustinum hic illic inepte refingentes.

Quae cum ita sint, contaminatione accurate perpensa, cavendum est ne codicum stemmati, quod supra pinximus, praesumpta opinione nimiam fidem tribuamus: in textu itaque constituendo apparatuque critico instruendo, non nisi caute prudenterque stemmatis auxilium adhibentes, nostrum ipsum iudicium semper pluris fecimus.

Nunc exoritur haud mediocris momenti quaestio, scilicet quonam tempore originem traxerit archetypus ω. Nobis talia pervestigantibus festina neque umquam intermissa Enarrationum fortuna praeter dubium favet. Unde opinari nobis licet hyparchetypos π et γ sine mora perfectos esse ut archetypus ω, utriusque genitor, exemplar ipsum fuerit quod in Hipponensi scriptorio exaratum est vel liber huic quam proximus. Quae opinio eo probari videtur quod π et γ, quamvis singuli mendis ipsi scateant, raro erroribus coniunguntur et fere semper, si alter errat, alter sinceram lectionem praebet ut perpaucos errores in ω fuisse nobis visum sit[70]. In archetypo tamen restituendo id consilium secuti sumus ut errores etsi raros, qui quidem nos non effugerint, emendaremus, nec non illos in quos librarii Hipponenses inciderint notariorum scriptura quavis de causa perperam intellecta; errores vero ii qui debeantur et notariis oratoris vocem male excipientibus et librariis suo Marte eundem locum resarcire conantibus, emendare neque valuimus neque divinando voluimus.

---

[70] Hae sunt emendationes nostrae archetypi ω: 126,5,42 *fauturam*; 128,5,4 *ille*; 131,26,6 *sacculo*; 132,4,18 *duas*. Altera ratione probari credebamus (cf. Gori, *La tradizione manoscritta* ..., p. 214) archetypum ω scriptum esse initio saeculi quinti. Iam vero minus certi sumus errorem 127,8,29sq. (*hanc caritatem caritas amat* $\delta_1 H_2$) non casu congruere cum lectione quam testatur sermo XV *Collectionis Arrianae Veronensis* (*CCL* 87, p. 91,7), quem saeculo quinto ineunte confectum dicunt.

Nunc quaedam addimus ad usum critici apparatus attinentia. Apparatus, ut dici solet, semper 'negativus' est, nisi hic illic perspicuitati inservientes 'positivum' eum redigere voluimus. Asterisco (*) lectiones notavimus, etsi in textu non receptas, alicuius tamen ponderis neque despiciendas ut non desint quibus fortasse probandae quadam de causa videantur. Lectiones singulares omisimus iis exceptis quas codex *B* mirae antiquitatis praebet; familiam codicum η, etsi ad hyparchetypum π pertinet, singillatim adnotavimus utpote cum unus e fontibus sit textus permixti ε. Varias lectiones Psalteriorum antiquorum praetermisimus nisi vel ex *Psalterio Veronensi* vel ex Prospero Aquitano depromptas, quae quidem utiles visae sint. Editionis autem Maurinae varias lectiones semper dedimus, *Patrologiae Latinae* et *Corporis Christianorum* ibi tantum laudavimus ubi ab editione Maurina discrepant; editionis denique dictae Lovaniensis eas emendationes tantummodo attulimus quae a Maurinis probatae receptaeque sint.

Restat ut gratias agamus omnibus qui nobis auxilio et consilio fuerunt, imprimis Manlio Simonetti, qui magistra doctrina nec minore comitate qua pollet instanter per annos sex nobis et operi nostro subvenit. Nec minus gratias agimus Victorino Grossi qui humanitate sua et sumptibus Instituti Patristici Augustiniani nos fulsit, nec non Angelo De Nicola, Claudio Pierantoni, Franciscae Recanatini et Iulianae Spaccia, qui adiumento nobis fuerunt. Dein memores gratique sumus erga Adolphum Primmer, qui una cum Hildegund Müller, Dorothea Weber et Clemente Weidmann nobiscum multa disputando et retractando valde operi profuit; pariter grato animo recepimus consilia quae Bengt Alexanderson nobis detulit. Denique praeterire non possumus quin commemoremus Urbinatensem 'Istituto di Civiltà Antiche', ubi et amicorum consilia et copiosa philologa instrumenta nobis praesto fuerunt.

Conspectus siglorum

π: α (R_3 V_2 Vr) δ [δ_1 (A H_1 S) δ_2 (W_1 W_2 f_7 K Gt H_2) B]
γ: ε (N An_4) γ_1 (C Rm P_3)
ζ: P_6 T
α_2 (*lect. sel.*): F F_2 Mc_1 Mc_2
η (*lect. sel.*): O_4 P_7 Av_1

A Augiensis, nunc Karlsruhe, Bad. Landesb., Aug. XXXVI, saec. IX in.
An_3 Andegavensis (Angers), Bibl. mun., 171 (163), saec. XI (*lect. sel.*)
An_4 Andegavensis (Angers), Bibl. mun., 173 (165), saec. X–XI
Av_1 Abrincensis (Avranches), Bibl. mun. 78, saec. XI (*lect. sel.*)
B Vaticanus Lat. 5757 rescriptus, saec. VII
Br_1 Bernensis, Burgerbibl., 117, saec. X
C Corbeiensis, nunc Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 12181, saec. IX
D Dunelmensis (Durham), Cath. Libr., B II 14, saec. XI ex. (*lect. sel.*)
e_3 Monacensis, Bayer. Staatsbibl., Clm 14176, saec. IX (exc.: *lect. sel.*)
F Laurentianus XVI, dext. II, saec. XI (*lect. sel.*)
F_2 Laurentianus S. Marci 645, saec. X–XI (*lect. sel.*)
f_5 Berolinensis, Staatsb. Pr. Kulturb. Grimm 139,2, saec.VIII med. (*en.* 125–132 frag.)
f_7 Herbipolitanus (Würzburg), Universitätsb., m. p. th. f. 43, saec. VIII (*en.* 119 frag.)
Gt Gentavensis (Gent), Bibl. der Rijksuniv., 238 (Cat. nr. 458), saec. IX
H_1 Fuldensis, Hess. Landesbibl., Aa 24, saec. IX med.
H_2 Fuldensis, Hess. Landesbibl., Aa 17, saec. IX in.
K Coloniensis (Köln), Erzb. Diöz. u. Dombibl., Dom. 67, saec. VIII–IX (exc.)

Mc_1 Casinensis, Bibl. dell'abbazia, 24, saec. XI (*en.* 130–133: *lect. sel.*)

Mc_2 Casinensis, Bibl. dell'abbazia, 27, saec. XI (*en.* 119–129: *lect. sel.*)

N Namurcanus (Namur), Musée Archéol., 1, saec. IX in.

O_4 Oxoniensis, Bodl. Libr., Laud. misc. 132, saec. IX in. (*lect. sel.*)

O_8 Oxoniensis, Bodl. Libr., Rawlinson D. 893, saec. XII (*en.* 129–130 frag.)

P_3 Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 1988, saec. IX

P_6 Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15293, saec. XII

P_7 Parisinus, Bibl. de l'Arsenal 356 (409 T.L.), saec. X (*lect. sel.*)

P_{14} Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 1986, saec. XI (*lect. sel.*)

P_{15} Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 1987, saec. XI (*lect. sel.*)

P_{23} Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15290, saec. XI

R_3 Romanus, Bibl. Naz. Centr., Sess. X, saec. XI

Rm Remensis, Bibl. mun., 85 (E 262), saec. IX

S Monacensis, Bayer. Staatsbibl., Clm 15804, IX in. (*en.* 119–120)

T Trecensis (Troyes), Bibl. mun., 40, saec. XII

V_2 Vaticanus, lat. 455, saec. XI

Vr Veronensis, Bibl. cap., XXXI 29, saec. IX in.

w Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 1979, saec. IX–X (exc. Walahfridi Strabonis: *lect. sel.*)

W_1 Herbipolitanus (Würzburg), Universitätsbibl., m. p. th. f. 17, saec. VIII

W_2 Herbipolitanus (Würzburg), Universitätsbibl., m. p. th. f. 64, saec. VIII

X Bruxellensis, Bibl. roy., 5560, saec. XI (*lect. sel.*)

Y Aurelianensis (Orléans), Bibl. mun., 47 (44), saec. X (*lect. sel.*)

lo Editio theologorum Lovaniensium, Antwerpiae 1577
ma Editio monachorum S. Mauri, Parisiis 1681
mi Editio J. P. Migne, Patrologia Latina 36, Parisiis 1841
cc Editio E. Dekkers et I. Fraipont, *CC* 39, Turnholti 1956

Abbreviationes et signa in apparatibus adhibita:

ac. ante correctionem
add. addidit / addiderunt
des. desinit
exc. excepto / exceptis
inc. incipit
lnp. legi non potest
om. omisit / omiserunt
pc. post correctionem
praem. praemisit / praemiserunt
ras. in rasura
rep. repetivit / repetiverunt
tr. transposuit / transposuerunt
uv. ut videtur

Asteriscus (*) in apparatu critico lectionem fortasse rectam designat
Numeri siglis supra lineam additi (e. g. A^1, A^2) indicant diversorum scriptorum manus
In apparatu testium e. g. *-K* pro *exc. K* positum est

IN PSALMUM CXIX

(1.) Brevis psalmus est et valde utilis, quem modo nobis cantatum audivimus et cantando respondimus. Non diu laborabitis in audiendo nec infructuose laborabitis in operando. Est enim, sicut eius titulus praenotatur, CANTICUM GRADUUM. Graece scriptum est ἀναβαθμῶν. Gradus vel descendentium sunt vel ascendentium, sed gradus, quomodo in his psalmis positi sunt, ascendentes significant. Intellegamus ergo tamquam ascensuri, nec ascensiones pedibus corporalibus quaeramus, sed sicut in alio psalmo scriptum est: *Ascensiones in corde eius disposuit, in convalle plorationis, in locum quem disposuit.* Dixit ascensiones. Ubi? Id est *in corde.* Unde? A convalle plorationis. Et iam quo ascendatur, tamquam deficit sermo humanus, nec explicari potest, forte nec cogitari. Audistis modo, cum apostolus legeretur: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* In cor hominis non ascendit? Cor hominis illuc ascendat. Ergo quia *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit,* quomodo dici posset quo ascendendum est? Ideo cum dici non posset, ait: *In locum quem disposuit.* Quid tibi plus dicturus sum?, cc 1776 mi 1596

---

in ps. CXIX,1,9 Ps. 83, 6–7 **13** 1 Cor. 2, 9

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-K) f_7 | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*
in ps. CXIX,1,4 titulus *inc. K* **18** disposuit *des. K*

---

in ps. CXIX,1,1 utilis valde *tr.* η **2** audimus $H_1\ \varepsilon$ | laboratis W_1 *ac.*, $Y\ Br_1$ **3** infructuosa η **4** praenotatur (*cf. en. 71,1,1*) $\alpha\ ma$; praenuntiat $B\ \eta\ \varepsilon\ P_6$; praenotat *cett.* **5** gradus] enim *add. Gt* $N^2\ C$ **6** quomodo] qui modo O_4 *ras.*, $\gamma_1\ T\ w$ **8** ascensionem K **9** convallem $\eta\ lo$ **10** locum] loco $\gamma\ Br_1\ P_{23}\ Y$ **12** defecit $\alpha\ \delta_2\ \eta$ (*exc.* O_4) | explicare $A\ Br_1$ **13** cogitare $V_2\ Vr\ \varepsilon\ Br_1$ **14** cor[1]] corde $An_4\ Rm$ **17** ideo cum] in eodem B **18** possit δ_1 (*exc. S*) γ_1 (*exc. Rm*) $Y\ lo$

ait homo per quem spiritus sanctus loquebatur. In locum talem,
20 aut locum talem? Tale quidquid dixero, terrenum cogitas, humo repis, carnem portas: *Corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Cui loquar? Quis auditurus est? Quis capiet ubi erimus post hanc vitam, si in corde ascenderimus? Quia ergo nemo, spera aliquem
mi 1597 ineffabiliter beatitudinis locum, quem tibi disposuit qui ascensio-
cc 1777 nes etiam in corde tuo disposuit. Sed ubi? *In convalle plorationis.* Convallis humilitatem significat, mons celsitudinem significat. Est mons quo ascendamus, spiritalis quaedam celsitudo. Et quis est iste mons quo ascendimus, nisi dominus Iesus Christus? Ipse
30 tibi fecit patiendo convallem plorationis, qui fecit manendo montem ascensionis. Quid est vallis plorationis? *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Quid est vallis plorationis? *Praebuit percutienti se maxillam, saturatus est opprobriis.* Quid est vallis plorationis? Colaphizatus est, sputis illitus, spinis coronatus,
35 crucifixus est. Haec est vallis plorationis, unde tibi ascendendum

---

21 Sap. 9, 15 **31** Ioh. 1, 14 **32** Thren. 3, 30 **34** colaphizatus ... est²] *cf.* Matth. 27, 26*sqq.*

---

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}K)\,f_7$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **27** convallis *inc. K*

---

19 loquebatur spiritus sanctus *tr.* $\delta_2\,Rm$ | talem *om.* γ_1 (*exc. C*) *T* **20** aut] ad *T* Br_1 *ras.*, *Y* | locum] in *praem.* α | talem *om.* γ_1 (*exc. C*) | tale *om.* $\pi\,\varepsilon$ $Br_1\,P_{23}\,T\,Y$ | *post* quidquid *rep.* sanctus in locum talem aut locum talem quidquid $W_1\,W_2$; sanctus in locum talem quidquid f_7 | homo respice $W_1\,W_2$ f_7; humo repleris $O_4\,\varepsilon$; homo repis $\alpha_2\,Vr$; humi repis *lo ma* **21** portat *B* **23** loquor $\pi\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}$ **24** sperat $\alpha\,\delta_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1$ (*exc. Rm*) **25** ineffabilem $\alpha\,H_1$ *ac. lo ma* | sibi $\gamma\,lo$ | qui ... disposuit *om.* $W_2\,H_2$ **26** convalles $\alpha\,\delta_2$; et *praem. B* **30** montem manendo *tr.* γ **31** valle $W_1\,W_2\,f_7$; valles α (*exc.* α_2) verbum ... plorationis *om.* γ_1 (*exc. C*) $Br_1\,Y$ **32** habitabit *S* $W_1\,W_2\,f_7\,H_2$ *Gt B* | valle $W_1\,W_2\,f_7$; valles α (*exc.* α_2) H_2 **33** vallis *om.* W_1; valles $\alpha\,H_2$ **34** illitus] est *add.* $W_1\,W_2\,f_7$; inlinitus $\varepsilon\,C\,O_4\,ma$ | coronatus] est *add.* $W_1\,W_2\,f_7$ **35** haec] ecce $W_1\,W_2\,f_7$ | valles *Vr* $W_1\,W_2\,H_2$ | ascendendum tibi *tr.* $R_3\,V_2$

est. Sed quo ascendendum est? *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Ipsum enim *verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Sic descendit ad te, ut maneret in se: descendit ad te, ut fieret tibi convallis plorationis, mansit in se, ut esset tibi mons ascensionis. *Erit* inquit Isaias *in novissimis diebus manifestus mons domini, paratus in cacumine montium.* Ecce quo ascendendum est. Sed noli aliquid terrenum cogitare, nec quia montem audisti, alta quaedam cogites terrae, nec cum saxum audis aut petram, duritia a te intellegatur, nec cum audis leonem, cogites feritatem, nec cum audis agnum, cogites pecus. Nihil horum est in se, et omnia factus est propter te. Hinc ergo ascendendum, illuc ascendendum: ab exemplo ipsius, ad divinitatem ipsius. Exemplum enim tibi fecit humiliando se. Nam qui nolebant a convalle plorationis ascendere, compressi sunt ab ipso. Praepropere enim volebant habere ascensum, honores altos cogitabant, viam humilitatis non cogitabant. Intellegat caritas vestra quod dico, duos discipulos voluisse ad latera domini, unum ad dexteram, alterum ad sinistram sedere: vidit eos dominus praepropere et praepostere de honoribus cogitare, cum prius discere deberent humiliari, ut exaltarentur, et ait eis dominus:

36 Ioh. 1, 1 37 Ioh. 1, 14 40 Is. 2, 2 44 petram] *cf.* 1 Cor. 10, 4 45 leonem] *cf.* Apoc. 5, 5 | agnum] *cf.* Ioh. 1, 29 51 *cf.* Matth. 20, 21

adsunt π: $\alpha\, \delta f_7$ | γ: $\varepsilon\, \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 42 est *des. K* 47 illuc *inc. K* 48 ipsius *des. K*

36 est[1]] quo ascendendum est *add. K* Bn_2 (*glossa*) | et ... verbum[2] *om.* W_1 $W_2 f_7$ 38 habitabit $H_2 B$ 39 convalles $\alpha\, \delta_2$ | mansit ... ascensionis *om.* W_1 $W_2 f_7$ 40 tibi] ibi *B* 41 manifestius *B* | manifestus ... cacumine] praeparatus mons domus domini in vertice $Br_1 P_{23}$ *w* 44 duritia] aliqua *praem.* εP_{23} *D* 46 propter] pro γ_1 *ma* 47 ascendendum[1]] est *add.* $H_1\, \gamma\, \zeta\, Y P_{23}$ *ma* 48 enim *om. B* 51 non] nec η (*exc.* O_4) | cogitabant[2]] cognoscebant α intellegit W_2 (W_1 *lnp.*) $f_7 B$ 52 quod] quae *B* 53 vidit] enim *add. B*

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ipse enim in convalle plorationis bibiturus erat calicem passionis, illi autem non attendentes humilitatem Christi, comprehendere volebant altitudinem Christi. Revocavit illos ad viam, tamquam aberrantes, non
60 ut negaret illis quod vellent, sed ut ostenderet qua venirent.

(2.) Itaque, fratres mei, hunc psalmum ascensionis cantemus ascensuri in corde, quia ut ascendamus descensum est ad nos. Nam scalas vidit Iacob, et in ipsis scalis demonstrati sunt ei ascen-
cc 1778 dentes et descendentes: utrumque vidit. Possumus putare ascen-
5 dentes visos proficientes, descendentes deficientes, quia et re vera invenimus hoc in populo dei: alii proficiunt, alii deficiunt. Poterant istos significare illae scalae, sed forte melius intelleguntur
mi 1598 omnes boni in illis scalis, et ascendentes et descendentes. Non enim frustra non dictum est cadentes, sed descendentes. Multum
10 autem interest inter descendere et cadere. Nam quia cecidit Adam, ideo descendit Christus: ille cecidit, ille descendit, ille cecidit superbia, ille descendit misericordia. Non autem ipse solus descendit. Et quidem de caelo ipse solus descendit, sed multi imitantes eum sancti descendunt ad nos, et descenderunt ad
15 nos. Nam in quadam altitudine corde habitabat apostolus, cum diceret: *Sive enim mente excessimus deo.* Iam quod mente excesserat, deo excesserat. Excedens enim mente omnem humanam

---

56 Matth. 20, 22 **2,3** *cf.* Gen. 28, 12 **11** *cf.* Gen. 3, 6 **16** 2 Cor. 5, 13

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-K) f_7 | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **2,1** hunc *inc. K* **4** descendentes *des. K*

---

59 tamquam] tam $\alpha\ W_1\ W_2 f_7$, $Br_1 ac.$ **60** quod] quae $W_1\ W_2 f_7$
2,3 scalam vidit $H_1\ H_2\ P_3$; vidit scalas *lo ma* | et ... vidit *om.* γ_1 (*exc. C*) | ei] et δ_1 **5** viros $\alpha\ \delta_2\ \zeta\ C\ P_3$ **6** hoc *om.* $W_1\ W_2 f_7$ **10** descendere] et ascendere *add.* ε; ascendere et *praem.* $An_3\ Br_1\ P_{23}$ **11** ille[1]] autem *add.* α_2 **13** et quidem] equidem δ_1 | ipse solus de caelo *tr.* P_6; ipse de caelo *tr.* $\gamma_1\ T$; solus ipse *tr.* $\alpha\ B\ A\ Gt\ N\ O_4\ Br_1\ P_{23}$ **14** multi] et *praem.* ζ **15** altitudinem $B\ W_2$ cordis $\delta_1\ \gamma\ \zeta\ P_{23}$ *ma*; in corde $S\ Y$ | habitat B, $Br_1 ac.$

fragilitatem, omnem saeculi temporalitatem, omnia quaecumque nascendo et occidendo vanescunt transeuntia haec, habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione, quantum poterat, de qua dicit quia *audivit ineffabilia verba quae non licet homini loqui.* Sed tibi illa loqui non posset, ipse autem videre illa utcumque posset, quae tibi loqui non posset. Itaque si semper manere vellet in eo quod videbat, et loqui non poterat, te non levaret ubi et tu posses videre. Quid autem fecit? Descendit. Nam ibi ait: *Sive enim mente excessimus deo, sive temperantes sumus vobis.* Quid est *temperantes sumus*? Sic loquimur, ut capere possitis. Quia et Christus talem se fecit nascendo et patiendo, ut possent de illo homines loqui: quia de homine facile homo loquitur. De deo homo quando loquitur sic quomodo deus est? Homo autem de homine facile loquitur. Ut ergo magni descenderent ad parvos, et non illis tamen loquerentur nisi magnum, ipse qui magnus erat, factus est parvus, ut de illo magni parvis loquerentur.

Audistis modo quod dico, cum apostolus legeretur. Si aures advertistis, dixit hoc: *Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* Ergo spiritalibus in excelsis loquitur, carnalibus autem ut loquatur, descendit. Nam ut sciatis quia, cum descendit,

---

21 2 Cor. 12, 4 26 2 Cor. 5, 13 35 1 Cor. 3, 1

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-K) f_7 | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

19 transeuntia haec *om. B* | haec] hic *A* H_1 *Gt* γ_1 (*exc. C*) *T* | habitabat] habitat *B*; et *praem.* $W_1\ W_2 f_7$ 21 quia] quod (*exc.* H_1) | audivi *Vr* γ_1 hominibus *B* 24 ubi] ut ibi *C*; ut ubi $O_4\ \varepsilon$ 25 possis $\alpha\ A\ H_1\ Gt\ \gamma$ | ubi γ_1 (*exc. C*) ζ 26 deo] ibi statim addidit *add.* ζ 29 homo facile *tr.* $H_1\ \gamma\ P_{23}$ *ma* 30 est deus *tr.* π (*exc.* H_1) *Y* | autem] enim *B* 32 illis] in *praem. B* 33 parvulus $\varepsilon\ P_{23}$ | magno *B* $\eta\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}$ | parvis] parvi *B* $\eta\ An_4\ P_{23}\ X$ 34 quod dico *om.* α | aures advertistis] *S* $O_4\ \varepsilon\ C\ Rm^2\ P_3{}^2\ \zeta\ P_{23}\ Y$; aures avertistis *Rm* P_3; aure avertistis *A* $H_1\ Br_1$; aure audistis α; aurem advertistis $W_1\ W_2 f_7$; aure advertistis *B X*; aure advertitis $H_2\ Av_1\ P_7$; autem advertistis *ma* 35 vobis loqui *tr. A* $H_2\ B\ \eta\ Y$

de illo qui descendit loquitur, ecce Iohannes manentem in se loquitur: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Cape, si potes, arripe, cibus est. Sed dicturus es mihi: 'Ille quidem cibus est, sed ego infans sum, lactandus sum, ut idoneus fieri possim ad manducandum cibum'. Ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autem cibus est, ipse cc 1779 cibus per carnem tibi traiectus est ad fauces. Quomodo ergo cibum mater comedit, ut per carnem traiciat ad infantem lac factum, sic cibus angelorum dominus verbum caro factum est, et factus est lac, et dicit apostolus: *Lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis.* Ergo dando lac descendit ad parvulos, et quia descendit, descendentem dedit. Ait enim: *Numquid dixi me aliquid inter vos scire, nisi* mi 1599 *Iesum Christum, et hunc crucifixum?* Quia si diceret tantum *Iesum Christum,* est Iesus Christus etiam secundum divinitatem, secundum id quod erat verbum apud deum, filius dei Iesus Christus, sed hunc, id est hoc modo dictum, parvuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt qui lac capiunt? *Iesum Christum* inquit *et hunc crucifixum.* Suge quod pro te factus est, et crescis ad id quod est. Sunt ergo ascendentes et descendentes. In illis scalis et ascendentes sunt et descendentes. Ascendentes qui sunt? Qui profi-

---

39 Ioh. 1, 1–3 **47** Ioh. 1, 14 **48** 1 Cor. 3, 2 **51** 1 Cor. 2, 2 **58** *cf.* Gen. 28, 12

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}K)\ f_7$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **58** in *inc. K*

---

38 de manente α **46** mater cibum *tr.* $W_1\ W_2\ B$ | lac factum] lactantem $A\ H_1\ \gamma_1$ **50** descendentem] descendendo $\alpha_2\ \varepsilon\ C$ **51** aliquid me *tr.* $\varepsilon\ C$ | scire inter vos *tr.* $W_1\ W_2$ **52** quia si] qui $W_2\ C$; quasi η (*exc.* O_4) $B\ Br_1$ **53** etiam] et $\gamma_1\ T$ **54** Iesus] dominus *praem.* B **55** quomodo ... capiunt *om.* $\eta\ N$ **56** qui ... capiunt *om.* $An_4\ \gamma_1\ T$ **57** cresces $\alpha\ S\ B\ W_1 f_7\ \eta\ Y$ **58** descendentes sunt et ascendentes *tr.* B

ciunt ad intellectum spiritalium. Descendentes qui sunt? Qui quamvis, quantum homines possunt, fruantur intellegentia spiritalium, tamen descendunt ad parvulos, ut talia eis dicant, qualia possunt capere, et lacte nutriti possint idonei fieri et validi ad capiendum cibum spiritalem. Isaias, fratres, etiam ipse ad nos de descendentibus fuit. Nam et ipsi gradus eius descendentes apparent. Cum enim diceret de spiritu sancto: *Requiescet* inquit *super eum spiritus sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, et spiritus timoris domini,* a sapientia coepit, et usque ad timorem descendit. Quomodo ille qui docebat, a sapientia descendit usque ad timorem, tu qui discis, si proficis, a timore ascende ad sapientiam. Scriptum est enim: *Initium sapientiae timor domini.*

Iam ergo psalmum audite. Ecce ante oculos nostros ponamus ascensurum hominem. Ubi ascensurum? *In corde.* Unde ascensurum? Ab humilitate, id est a convalle plorationis. Quo ascensurum? Ad illud ineffabile quod cum dici non posset, dictum est: *In locum quem disposuit.* (3.) Cum ergo sic coeperit homo dīsponere ascensum, hoc dico apertius, cum coeperit homo Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas adver-

66 Is. 11, 2–3 71 Prov. 1, 7 77 Ps. 83, 7

adsunt π: $\alpha\ \delta f_7$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 64 spiritalem *des. K* 72 domini *des.* f_7 73 ecce *inc. K* 74 hominem *des. K*

60 spiritalem *K C* 61 possunt] sunt α | fruuntur *B* W_2 η 63 possint *F S* W_1 W_2 η *K Gt* | et[1]] ut η *Y* 65 descendentis α H_2 Br_1 P_{23} *ma* 66 requiescit α δ_1 *Y* γ_1 67 consilii] spiritus *praem. A* H_1 O_4 γ Br_1 P_{23} | scientiae] spiritus *praem. A* H_1 O_4 γ ζ Br_1 P_{23} 68 dei *A S* W_1 W_2 H_2 P_{23} *Y* 69 descendit] pervenit α | a sapientia] sapientiam *A* H_1 H_2 ε 70 qui] quis W_2; quid *C* P_3 | dicis H_1 γ_1; *T ac.* | si] H_1 γ_1 *ma*; et *cett.* 75 plorationis] in locum (loco O_4 *N C* P_3) quem disposuit *add.* O_4 γ ζ 76 illum *B*, H_2*ac.* | ineffabilem *B* O_4 | possit *A* H_1 *B* γ_1 77 loco *C Y*

3,1 homo ceperit *tr. lo ma* 3 homo] hoc η

santium. Quicumque illas nondum passus est, nondum proficit. Quicumque illas non patitur, nec conatur proficere. Vult nosse quid dicamus? Immo quid audiamus simul, experiatur. Incipiat proficere, incipiat velle ascendere, velle contemnere terrena, fragilia, temporalia, felicitatem saeculi pro nihilo habere, deum
cc 1780 solum cogitare, lucris non gaudere, damnis non contabescere,
omnia etiam sua velle vendere et pauperibus tribuere et sequi Christum. Videamus quemadmodum patiatur linguas retrahentium et multa contradicentium et quod est gravius, quasi consulendo a salute avertentium. Qui enim consulit alicui, ad salutem consulit, ad id quod prodest consulit. Ille autem, quasi consulens, retrahit a salute. Quia ergo videtur habere pallium consulentis et habet venenum perimentis, lingua dolosa dicta est. Ascensurus ergo contra ipsas linguas primo deum deprecatur. Ait enim: **AD TE, DOMINE, CUM TRIBULARER CLAMAVI, ET EXAUDISTI ME.** Unde illum exaudivit? Ut iam constitueret eum ad gradus ascendendi. *v. 1*

(4.) Et quia iam ascensurus est exauditus, quid orat? **DOMINE, ERUE ANIMAM MEAM A LABIIS INIUSTIS ET A LINGUA** *v. 2*
mi 1600 **DOLOSA.** Quae est lingua dolosa? Subdola, habens imaginem consulendi, et perniciem nocendi. Ipsi sunt qui dicunt: 'Et tu hoc facturus es quod nemo fecit? Et tu solus eris Christianus?' Et si ostenderit alios hoc facere, et legerit Evangelium ubi praecepit

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **3,17** contra *inc. K* **4,5** Christianus *des. K*

---

4 profecit *C X ma* **5** non] nondum ε | vultis $\alpha_2 H_2$ **6** immo] quin *praem.* η | incipit γ (*exc. C*) **7** velle[2]] vel $Y O_4$ | terrena ... temporalia] terrenam fragilitatem temporalem $H_1 O_4 \gamma P_{23}$ **9** tabescere $S H_2 O_4 Y$ **10** distribuere $\alpha A S H_2 B \eta Br_1$ **11** detrahentium $V_2 \gamma P_{23} Y$ **15** consolantis γ_1 **20** gradum η

4,1 quia] qui C **3** dolosa[1]] subdola $W_1 W_2 \eta Br_1$ | dolosa[2] *om.* $A S W_1 W_2 B \eta$, subdola $H_1 Br_1 P_{23}$ | subdola *om.* $A H_1 H_2 \gamma_1 Br_1 P_{23}$ **5** eris] es η, *om.* $W_1 W_2$ **6** legeret $O_4 \gamma_1$

dominus fieri, et legerit Actus apostolorum, illi quid dicunt in lingua subdola et labiis iniquis? 'Non poteris forte implere, multum est quod aggrederis'. Alii prohibendo deterrent, alii laudando plus premunt. Quia enim talis est vita quae iam occupaverit mundum, tanta auctoritas Christi est, ut reprehendere iam Christum nec paganus audeat, legitur ille qui reprehendi non potest, quia dixit: *Vade, vende omnia quae habes, et distribue pauperibus, et sequere me.* Christo contradici non potest? Evangelio contradici non potest? Reprehendi Christus non potest? Convertit se dolosa lingua ad laudem prohibentem. Si laudas, hortare. Quare laudando premis? Melius vituperares, quam dolose laudares. Quid enim diceres vituperando? 'Absit! Foeda vita ista est, mala vita ista est'. Sed quia nosti, cum haec dixeris, premi te posse auctoritate evangelica, convertis te ad aliud dissuadendi genus, ut laudando me falso a vera laude prohibeas, immo laudando Christum, a Christo prohibeas, dicens: 'Quid est hoc? Ecce illi fecerunt? Forte tu non poteris. Incipis ascendere? Cadis'. Monere videtur, serpens est, dolosa lingua est, venenum habet. Roga contra illam, si vis ascendere, et dic deo tuo: DOMINE, ERUE ANIMAM MEAM A LABIIS INIUSTIS ET A LINGUA DOLOSA.

4,13 Matth. 19, 21

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 9 multum *inc. K* 10 premunt *des. K* 25 si *inc. K*

7 fieri] hoc *praem.* ζ | legeret $O_4\,\gamma_1$ | qui $W_2 B$ 8 potes α 10 prement α | vita est *tr.* $\pi\,\eta Br_1$ 11 iam *om.* $H_2 An_4 An_3$ 12 audiat δ_2 13 quia] qui ε P_6 | omnia vende *tr.* ζ 14 sequere] veni *praem. B* 16 lingua dolosa *tr.* δ_1 $H_2 Br_1 P_{23} Y$ 17 melius] est *add.* $N\,\gamma_1$; erat ut ζ | vituperaris α A | laudares dolose *tr.* $H_2\,\zeta$ 18 absit *om.* $W_1 W_2 Y$ | ista vita *tr.* $\alpha A S W_1 W_2 B\,\eta Br_1 Y$ 19 ista vita *tr.* $\alpha A S W_1 W_2 B\,\eta Br_1 Y$ 20 suadendi η 21 falso me *tr. ma* 23 cades $W_1 W_2$ | cadis ... 25 ascendere *om.* $N Y$ 24 serpens] sed *praem.* ζ est[1] *om.* γ_1 | subdola $A H_1\,\eta Br_1 P_{23} Y$

(5.) Et dicit dominus tuus: QUID DABITUR TIBI, AUT *v. 3*
cc 1781 QUID APPONETUR TIBI AD LINGUAM DOLOSAM? Id est, quod habeas adversus linguam dolosam, quod opponas linguae dolosae, quo te munias adversus linguam dolosam, QUID TIBI DABITUR, AUT QUID APPONETUR? Interrogavit exercens. Nam ipse dicturus est quod interrogat. Respondit enim, subiciens sibi interroganti: SAGITTAE POTENTIS ACUTAE CUM CARBONIBUS DESOLATORIIS *v. 4* VEL VASTATORIBUS. Sive DESOLATORIIS dicas, sive VASTATORIBUS dicas – nam in diversis codicibus diverse scriptum –, idem significat. Videte: vastatores carbones dicuntur, qui vastando et desolando ad desolationem facile perducunt. Qui sunt isti carbones? Intellegat caritas vestra primo quae sunt sagittae. SAGITTAE POTENTIS ACUTAE verba dei sunt. Ecce iaciuntur, et transfigunt corda, sed cum transfixa fuerint corda sagittis verbi dei, amor excitatur, non interitus comparatur. Novit dominus sagittare ad amorem, et nemo pulchrius sagittat ad amorem, quam qui verbo sagittat, immo sagittat cor amantis ut adiuvet amantem, sagittat ut faciat amantem. Sagittae autem sunt, cum agimus verbis. Carbones autem vastatores qui sunt? Parum est verbis agere contra linguam subdolam et labia iniqua, parum est verbis agere: et exemplis agendum est. Exempla sunt carbones vastatores. Et quare vastatores dicuntur, breviter accipiat caritas vestra. Primo quomodo exemplis agendum sit, videte. Lingua subdola nihil sic

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **5,3** dolosae *des. K* **4** dabitur *inc. K* **7** desolatoriis *des. K* **10** videte *inc. K* **11** perducunt *des. K* **12** sagittae[2] *inc. K* **15** comparatur *des. K* **19** carbones *inc. K* | sunt *des. K*

5,1 aut] et $\alpha\,A\;W_1\,W_2\,K\,H_2\;\eta$ **2** quod] quid *B* quo γ **5** aut] et $\alpha\,A\,S\,H_2\;W_1\,W_2\;\eta\,Br_1\,Y$ | apponetur] apponitur *A B*; tibi *add. lo ma* **8** vastatoribus[1]] vastatoriis $\varepsilon\,Gt$ **9** scriptum] est *add.* $\eta\,\zeta$ | idem] hoc *praem.* $W_1\,W_2$ **10** quia $\delta_1\,B\;\eta$ **12** sunt] sint $\alpha\,H_1\,S\,W_2\,B\,Y$ | sagittae[2] *om.* $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,P_{23}$ **13** potentes $W_2\,K\,Br_1$ | transfigent $S\,\delta_2\,Y$ **14** verbis $S\,H_2\,N\,Y$ | domini $\gamma\,T$ **15** exercitatur γ | deus $\alpha\,W_1\,W_2\;\eta\,Br_1$ **16** verba $H_1\,H_2$ **19** vastatoris *B* **20** dolosam *C*

novit dicere, quo magis subdola est, nisi: 'Vide ne non possis implere, multum est ad te hoc aggredi'. Accepisti tu praeceptum mi 1601
evangelicum, habes sagittam, sed carbones nondum habes. Timendum ne sagitta sola non valeat adversus linguam dolosam: sunt et carbones. Ut puta, incipit tibi enim dicere deus: 'Tu non potes, quare ille potest? Quare alter potuit? Numquid tu delicatior es illo senatore? Numquid tu infirmior es illo aut illo in vale- 30
tudine? Numquid tu infirmior es feminis? Feminae potuerunt, viri non possunt? Delicati potuerunt divites, pauperes non possunt?' 'Sed ego, inquit, multum peccavi, et multum peccator sum'. Numerantur etiam qui multum peccaverunt, et eo plus amaverunt, quod plura illis dimissa sunt, quomodo dictum est in 35
Evangelio: *Cui modicum dimittitur, modicum diligit.* Cum ergo fuerint ista enumerata, et nominatim dicti fuerint homines qui potuerunt, ille accepta sagitta in corde, accedentibus etiam carbonibus desolatoriis, desolatur in illo terrena cogitatio. Quid est enim desolatur? Ad desolationem perducitur. Erant autem in illo 40
multa quae male fronduerant, multae carnales cogitationes, saeculares multi amores: ipsi uruntur carbonibus desolatoriis, ut fiat purus locus desolatus, in cuius loci puritate faciat deus aedificium cc 1782
suum, quia facta erat ibi ruina diaboli, et aedificatur ibi Christus.

5,36 Luc. 7, 47

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

24 non *om.* α 25 ad] a $H_1\ H_2\ \gamma$ 26 timendum] est *add.* $\alpha\ S\ W_1\ W_2\ H_2$ 27 subdolam $\alpha A\ W_1\ W_2\ B\ \eta Br_1$ 28 enim tibi *tr.* $\alpha A\ \delta_2\ \eta\ \zeta$ 30 in valetudine] invalido η 31 es *om.* $\alpha A\ S\ H_2$ 32 divites potuerunt *tr. ma* 34 multum] multa $B\ \eta$ | plus] amplius ζ 35 quod] quo $\alpha A\ H_1\ O_4$ 37 fuerint[1] *om.* α 38 accendentibus $B\ H_2^2\ H_{12}$ 39 cogitatio terrena *tr.* $H_2\ \gamma\ \zeta$ 40 perducetur $W_1\ W_2$ 41 carnales multae *tr.* $\alpha S\ A\ W_1\ W_2\ B\ \eta Br_1\ Y$ | multi amores saeculares *tr.* ζ 42 desolatoriis] vastatoriis $\alpha S\ \delta_2\ B\ \eta$ 44 erat] fuerat $\varepsilon\ \zeta C\ Y$ | erat ibi] ibi erat *tr.* $H_2\ B\ \eta Br_1$ | aedificatus est η

Nam quamdiu manet ibi diabolus, non potest aedificari Christus. Accedunt carbones desolatorii, et deiciunt quod male fuerat aedificatum, et desolato loco accedit structura felicitatis perpetuae.

Videte ergo quare dicti sunt carbones. Quia qui se convertunt ad dominum, de mortuis reviviscunt. Carbones autem quando accenduntur, antequam accenderentur, exstincti erant. Nam exstincti carbones mortui dicuntur, ardentes vivi appellantur. Exempla ergo multorum iniquorum qui conversi sunt ad deum, carbones dicti sunt. Audis homines mirari, et dicere: 'Ego illum novi, quam ebriosus fuit, quam sceleratus, qualis amator circi aut amphitheatri, qualis fraudator, modo quomodo deo servit, quam innocens factus est!' Noli mirari, carbo est. Vivum gaudes, quia exstinctum plangebas. Sed quando laudas vivum, si nosti laudare, adhibe illum mortuo ut accendatur, id est quicumque adhuc piger est sequi deum, admove illi carbonem qui erat exstinctus, et habeto sagittam verbi dei et carbonem vastatorem, ut occurras labiis iniquis et linguae subdolae.

(6.) Quid sequitur? Accepit iste sagittas ardentes, accipiat carbones vastatores. Iam repellit linguam subdolam et labia iniqua, iam ascendit gradum, incipit proficere, sed adhuc vivit inter malos, inter iniquos. Nondum est area ventilata: puta, quia triticum factum est, numquid iam in horreo est? Adhuc necesse est multa palea prematur; et quantum proficit, tantum videt maiora scandala in populo. Nam si non proficiat, non videt

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **48** quare *inc. K* **49** reviviscunt *des. K* **6,1** accepit *inc. K*

---

45 aedificari] ibi *add.* η **46** accendunt H_2^2 *B* **47** instructura *B* **49** deum α *S* W_1 W_2 *K* ηBr_1 **53** dominum H_1 *C* P_{23} **57** quia] quem W_1 W_2 η **59** amove α **60** verbi] vivi *add. B*

6,3 iniqua iam] iniquam W_1 W_2 **5** factus *coniecit Bulhart RBen 1957,211* **6** multa palea] inter multas paleas α_2 | profecit *B* | vidit α **7** maiora] mala W_1 W_2

iniquitates; si non sit verax Christianus, non videt fictos. Etenim, fratres, et de illa similitudine hoc nos docet dominus, de frumentis et zizaniis. *Cum autem crevisset herba et fructum fecisset, tunc* mi 1602
apparuerunt zizania, id est, quia nulli homini apparent mali, nisi factus fuerit ipse bonus, quia *cum crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania.* Iam ergo iste coepit proficere, et coepit videre malos, et multa mala quae ante non noverat, et clamat ad
v. 5 deum: HEU ME, HEU ME, QUOD INCOLATUS MEUS LONGINQUUS FACTUS EST! Multum a te recessi. Peregrinatio mea facta est longinqua. Nondum veni in patriam illam, ubi cum nullo malo victurus sum. Nondum veni ad illam societatem angelorum, ubi scandala non timebo. Quare autem nondum sum ibi? Quia INCOLATUS MEUS LONGINQUUS FACTUS EST. Incolatus peregrinatio est. Incola dicitur qui habitat in terra aliena, non in civitate sua. LONGINQUUS inquit FACTUS EST INCOLATUS MEUS. Et ubi LONGINQUUS? Aliquando, fratres mei, cum peregrinatur cc 1783
homo, inter meliores vivit, quam in patria sua forte viveret; sed non sic est, quando de illa Ierusalem caelesti peregrinamur. Mutat enim homo patriam, et aliquando in peregrinatione illi bene est: invenit amicos fideles peregrinando, quos in patria invenire non potuit. Inimicos habuit, ut de patria pelleretur, et peregrinaretur. Invenit quod non habebat in patria. Non sic est patria illa Ierusa-

6,10 Matth. 13, 26

adsunt π: $\alpha\,\delta$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 10 cum *inc.* f_5 11 zizania *des.* f_5 nulli *inc.* f_5 12 fuerit *des.* f_5 17 nondum *inc.* K 18 sum *des.* K 19 quare *inc.* K 22 sua *des.* K

9 et *om.* $H_1 B$ 11 zizania] et *praem.* $\gamma Y ma$ 14 antea π (*exc.* H_1) ηBr_1 noverat] viderat ηP_6 15 dominum $H_1\,\eta C$ | heu me^2 η, *om. cett. ma* longinquus] inquit *add.* $\gamma_1\,\zeta ma$ 16 recessit $K H_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1 Br_1 P_{23} Y$ 17 longinqua] quia *add.* $W_1 W_2\,\eta\,\varepsilon Br_1 P_{23} Y P_6$ 19 ibi sum *tr.* $\alpha A S W_1 W_2 K\,\eta$ 22 incolatus] prolongatus *praem.* $\gamma\,\zeta Y$ 27 patriam γ_1 28 peregrinaretur] cum *praem.* $A H_1 ma$ 29 habuit η | in *om.* α | patria^2 *om.* αH_1

lem, ubi omnes boni. Quicumque inde peregrinatur, inter malos est, nec recedere a malis potest, nisi cum redierit ad societatem angelorum, ut ibi sit unde peregrinatur. Ibi omnes iusti et sancti, qui fruuntur verbo dei sine lectione, sine litteris. Quod enim nobis per paginas scriptum est, per faciem dei illi cernunt. Qualis patria? Magna patria, et miseri sunt peregrini ab illa patria.

(7.) Sed quid ait iste? LONGINQUA FACTA EST PEREGRINATIO MEA. Maxime eorum vox est, id est ipsius ecclesiae quae laborat in hac terra. Illius vox est, qui clamat a finibus terrae in alio loco psalmi dicens: *A finibus terrae ad te clamavi.* Quis nostrum clamat a finibus terrae? Nec ego, nec tu, nec ille, sed a finibus terrae ipsa tota ecclesia, tota hereditas Christi clamat, quia ecclesia hereditas eius, et de ecclesia dictum est: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.* Si ergo possessio Christi usque ad fines terrae, et possessio Christi omnes sancti, et omnes sancti unus homo in Christo, quia unitas sancta est, ipse unus homo dicit: *A finibus terrae ad te clamavi, cum angeretur cor meum.* Huius ergo hominis longinqua peregrinatio facta est inter malos. Et tamquam diceretur illi: 'Cum quibus ergo habitas, ut gemas?' – PEREGRINATIO MEA LONGINQUA FACTA EST, sed quid, si cum bonis esset? Si cum bonis

7,4 Ps. 60, 3 7 Ps. 2, 8 11 Ps. 60, 3

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 7,13 et *inc. K* 14 gemas *des. K*

30 ibi $\alpha\ A\ H_1\ \delta_2$ 31 ad] illam *add.* δ_2 32 ibi[2]] ubi $\gamma\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 34 paginam $\alpha\ A\ S\ H_2\ \eta$ | est *om. B* | illi cernunt] illic erunt $R_3\ V_2\ S\ H_2\ B\ O_4\ N\ \gamma_1$ 7,1 quid] quod *X ma* 3 qui] quae α | a ... terrae *om.* η 4 loco psalmi] psalmo *ma* 6 tota[1]] sola $H_1\ O_4\ \gamma\ \zeta\ P_{23}$ 8 hereditatem ... tuam[2] *om.* $W_1\ W_2$ terminos] usque *praem.* $W_1\ W_2$ 9 usque ... Christi *om.* $S\ H_2\ Y$ 10 omnes[1]] homines $\eta\ \varepsilon\ C$ | et ... sancti] *om.* γ_1 (*exc. C*) 11 sancta] in Christo *add.* $H_1\ O_4\ \gamma\ \zeta\ Y\ P_{23}$ *ma* 12 dum H_2 *ma* | agerentur ζ 13 tamquam] iam quam $W_1\ W_2$; si *add.* $A\ H_1\ O_4\ T$ 14 peregrinatio] ait *praem.* $P_{23}\ Br_1\ Y^2$; inquit *add.* ζ *ma* 15 si[2] ... esset *om.* $\alpha_2\ H_1\ \eta\ \gamma_1$ (*exc. C*) $T\ Y$

esset, diceret: HEU ME? HEU vox est miseriae, vox est calamitatis et infelicitatis, sed tamen in spe, quia iam vel gemere didicit. Multi enim et miseri sunt, et non gemunt, et peregrinantur, et redire nolunt. Iste iam volens redire, cognoscit infelicitatem peregrinationis suae. Quia agnovit illam, redit, et ascendere incipit, quia canticum graduum coepit cantare - ubi ergo gemit? Et inter quos habitat? **INHABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR.** Verbum hoc quia hebraeum est, procul dubio non intellexistis. Quid est INHABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR? Cedar, quantum meminimus ex interpretatione nominum Hebraeorum, tenebras significat. Interpretatum Cedar Latine tenebrae dicuntur. Nostis autem duos filios habuisse Abraham, quos quidem commemorat apostolus, et ad imaginem duorum testamentorum esse dicit: unus de ancilla erat, alter de libera. Ex ancilla Ismael erat, de libera Sara, quem suscepit ex desperatione per fidem, Isaac erat. Uterque ex semine Abrahae, sed non uterque heres Abrahae. De Abraham natus unus, sed tamen non hereditati. Alter etiam heres, non solum filius, sed et heres. In Ismael sunt omnes qui carnaliter colunt deum. Ad ipsos enim et vetus testamentum pertinet, quia sic dixit apostolus: *Sub lege volentes esse, legem non audistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera: quae sunt in allegoria.*

20 mi 1603 cc 1784

---

24 *cf.* Hier., nom. hebr. 4, 6 (CC 72, 63) *et al.* 27 *cf.* Gen. 16, 15; 21, 2*sqq.* 28 apostolus] *cf.* Gal. 4, 22 35 Gal. 4, 22; 24

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

16 diceret] non *praem.* $\delta_1\ H_2\ Gt\ e\ P_{23}\ P_6\ ma$ | heu[2]] me *add.* $B\ \eta\ Br_1$ 20 quia] et *praem.* $W_1\ \zeta$ | cognovit π (*exc.* H_1) $\eta\ Br_1$ 22 inhabitat π (*exc.* H_1) $Br_1\ P_{23}$ 24 tabernaculis] habitantibus $\alpha\ \eta$ | Cedar *om.* $\alpha\ A\ H_1\ S\ H_2\ B\ \gamma_1\ Y$ 25 nominum] verborum π 26 dicuntur] nuncupatur η 29 de[1]] ex $\delta\ Br_1\ Y$ | alter] et *praem.* $\eta\ ma$ 32 natus unus] nati sunt α | hereditati] hereditat $O_4\ \gamma\ Br_1\ P_{23}\ Y\ ma$; hereditabat P_6; hereditate H_1; de hereditate Br_1 34 ipsum γ_1 | et *om.* $A\ H_1$

Haec sunt duo testamenta. Quae duo testamenta? Unum vetus, alterum novum. Vetus testamentum a deo, et novum testamentum a deo, quomodo de Abraham et Ismael et Isaac. Sed Ismael ad terrenum, Isaac ad caeleste regnum. Ideo vetus promissiones habet terrenas, terrenam Ierusalem, terrenam Palaestinam, regnum terrenum, salutem terrenam, hostium subiugationem, abundantiam filiorum, fecunditatem frugum. Omnia ista promissiones sunt terrenae. In figura spiritaliter intelleguntur: quomodo Ierusalem terrena umbra erat caelestis, et regnum terrenum umbra erat regni caelorum. Ismael in umbra, Isaac in luce. Si ergo Ismael in tenebris, Isaac in luce – si ergo Ismael in umbra, non mirum quia ibi tenebrae: pinguiores etenim umbrae tenebrae sunt, ergo Ismael in tenebris, Isaac in luce –, quicumque hic etiam in ecclesia terrenam felicitatem quaerunt a deo, adhuc ad Ismael pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt spiritalibus proficientibus, et detrahunt illis, et habent labia iniqua et linguas subdolas. Contra quos rogavit iste ascendens, et appositi sunt ei carbones desolatorii et sagittae potentis acutae. Inter illos enim adhuc vivit, donec tota area ventiletur. Ideo dixit: INHABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR. Nam et ipsa tabernacula Ismael, Cedar dicta sunt. Sic habet liber Geneseos. Sic habet, quod Cedar ad

58 *cf.* Gen. 25, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **56** inhabitavi *inc. K* **58** Geneseos *des. K*

38 haec] enim *add. Y lo ma* | quae] sunt *add.* $H_1\,\gamma\,Y_{23}\,O_4$ *ma* **39** alterum] et *praem.* $\gamma\,\zeta\,P_{23}$ *ma* **40** de *om.* $\pi\,\eta$, ex $W_1\,W_2$ **41** celestem $W_1\,W_2\,B$ vetus] testamentum *add. ma* **42** terrenam[1]] terram *A B* | regnum ... terrenam *om.* $W_1\,W_2$ **44** frugum] fructuum π (*exc.* H_1) $\eta\,Br_1\,Y$ **45** quomodo] quae *B* **46** caelestis] regni *praem.* $O_4\,\gamma\,T$ *ma* | caelestis ... erat *om. A* H_1 **47** si ... luce *om.* $\pi\,P_7\,T$ *ma* **49** pinguiores] pinguior est *Nac., C* | etenim] enim *S* $\delta_2\,B\,\eta$ **50** etiam hic *tr.* $W_1\,W_2\,H_{22}$ **51** domino ζ **54** ei *om. A* $W_1\,W_2\,Br_1$ **56** area] palea $W_1\,W_2\,B\,\eta$ **57** Ismahelem α

Ismael pertinet. Ergo Isaac cum Ismael: id est qui pertinent ad Isaac inter illos vivunt qui pertinent ad Ismael. Isti sursum volunt ascendere, illi deorsum volunt premere. Isti volare volunt ad deum, illi conantur pennas evellere. Namque apud apostolum ita dicitur: *Sed sicut tunc, qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc.* Spiritales ergo persecutionem patiuntur a carnalibus. Sed quid dicit scriptura? *Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* Sed hoc quod dicit: *Eice,* quando erit? Quando area coeperit ventilari. Modo autem antequam eiciatur: HEU ME, QUOD INCOLATUS MEUS LONGINQUUS FACTUS EST! INHABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR. Et exponit nobis qui sunt isti qui pertinent ad tabernacula Cedar.

v. 6 (8.) MULTUM PEREGRINATA EST ANIMA MEA. Ne peregrinationem corporalem intellegeres, animam dixit peregrinari. Corpus peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaveris terram, peregrinaris a deo. Si amaveris deum, ascendis ad deum. In caritate dei et proximi exerceamur, ut redeamus ad caritatem. Si cadamus in terra marcescimus et putrescimus. Iste autem qui ceciderat, descensum est ad eum, ut ascenderet. Intendens tempus peregrinationis suae, dixit se peregrinari in taberna-

63 Gal. 4, 29 65 Gen. 21, 10

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **59** ergo *inc. K* **61** premere *des. K* **67** quando^2 *inc. K* **68** ventilari *des. K* **69** inhabitavi *inc. K*

61 volunt volare *tr. C* Br_1 **62** conantur pennas] pennas volunt η | namque] nam quia *B* | apud] per *B* **63** dicit *B* | erat] est α **64** eum *om. B* persecutiones $W_1\,W_2\,B\,\eta$ **68** antequam] quando $\varepsilon\,B$ | heu] dicit *praem. A* H_1 **70** tabernacula $W_1\,W_2$ | et *om.* $W_1\,W_2\,B$ | sint *B*

8,1 multum] dicens *praem.* $W_1\,W_2$; dicentes *S*; multa $\alpha\,W_2\,H_2\,B$ **2** dixit *om.* $W_1\,W_2$ **4** ascendes W_2 (W_1 *lnp.*) O_4 **5** deum] eum $A\,S\,B\,\eta\,\gamma_1\,Br_1$ | exercemur $\alpha\,A\,S\,H_2\,\eta\,\zeta\,P_{23}$ | a caritate $\alpha\,A$ (*ac.*) $S\,W_1\,W_2\,H_2\,Gt$; ad caritatem *cett. ma* **6** terram δ(*exc.* $S\,H_2$) **8** in] cum $\pi\,\eta$

culis Cedar. Quare? Quia MULTUM PEREGRINATA EST ANIMA MEA. Ibi peregrinatur, ubi ascendit. Non corpore peregrinatur, non corpore ascendit. Sed ubi ascendit? *Ascensiones* inquit *in corde.* Si ergo ascendit in corde, non ascendit – non ascendit per ascensiones cordis nisi anima quae peregrinatur. Sed donec perveniat, MULTUM PEREGRINATA EST ANIMA MEA. Ubi? In tabernaculis Cedar.

(9.) CUM HIS QUI ODERANT PACEM, ERAM PACIFICUS. *v. 7* Verum ut audiatis, fratres carissimi, non poteritis probare quam vera cantetis, nisi coeperitis facere quod cantatis. Quantumlibet illud dicam, quomodolibet exponam, qualibuscumque verbis versem, non intrat in cor eius in quo non est opus eius. Incipite agere, et videte quid loquamur. Tunc ad singula verba lacrimae profluunt, tunc psalmus cantatur, et facit cor quod in psalmo cantatur. Quam multi enim sonant voce, et corde muti sunt! Et quam multi tacent labiis, et clamant affectu! Quia ad cor hominis aures dei. Sicut aures corporis ad os hominis, sic cor hominis ad aures dei. Multi clauso ore exaudiuntur, et multi in magnis clamoribus non exaudiuntur. Affectibus orare debemus, et dicere: MULTUM PEREGRINATA EST ANIMA MEA: CUM HIS QUI ODERANT PACEM, ERAM PACIFICUS. Quid enim aliud dicimus istis haereticis, nisi: 'Cognoscite pacem, amate pacem'? Iustos vos

---

8,11 Ps. 83, 6

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **8,10** mea *des. K* **9,8** sunt *des.* W_2 **13** cum *inc. K* **14** oderant *des. B*

---

9 multum] multa $\alpha A S W_1 W_2 B$ 11 ibi $N Br_1$ 12 non ascendit[2]] non ascendit inquit O_4; sed non ascendit ζ; *om.* π *(exc. Gt)* $Br_1 P_{23} ma$ | ascendit per *om. B* 14 in] inter $A H_1 W_1 H_2$; cum B | tabernacula $\alpha A H_1 W_1 W_2 \eta$ **9,1** oderunt $H_1 Rm \zeta ma$ 2 audistis B 4 quomodolibet] quantumlibet B 6 loquimur α 7 profluunt $A W_1 W_2 B \gamma_1 \zeta$ 8 mutiscunt B 10 corporis] corporales $\gamma \zeta P_{23} Y$ | ad cor hominis *tr. B* 13 multa $\alpha A W_1 H_2 B$ 14 oderunt $B P_6 ma$

dicitis. Si iusti essetis, inter paleam grana gemeretis. Nam quia sunt grana in catholica, et vera grana sunt, ideo tolerant paleam, donec ventiletur area, quia inter paleam clamant: HEU ME, QUOD INCOLATUS MEUS LONGINQUUS FACTUS EST! INHABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR. INHABITAVI, inquit, CUM PALEIS. Sed quomodo de palea multus fumus exit, sic Cedar tenebrae. INHABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR, MULTUM PEREGRINATA EST ANIMA MEA. Frumentorum vox est, inter paleas gementium. Haec loquimur illis qui oderunt pacem, et dicimus: CUM HIS QUI ODERUNT PACEM, ERAM PACIFICUS. Qui sunt qui oderunt pacem? Qui conscindunt unitatem. Si enim pacem non odissent, in unitate mansissent. Sed videlicet propterea se separaverunt, ut iusti essent, ut non haberent mixtos iniustos. Aut nostra est ista vox aut illorum: elige cuius sit. Catholica dicit: 'Non est dimittenda unitas, non est praecidenda ecclesia dei. Iudicabit deus de malis et bonis postea. Si nunc mali a bonis separari non possunt, ferendi sunt ad tempus. Mali in area nobiscum esse possunt, in horreo non possunt. Et forte hodie qui mali apparent, cras boni erunt, et qui de bonitate hodie superbiunt, cras mali inveniuntur. Quisquis ergo humiliter malos ad tempus fert, ipse perveniet ad requiem sempiternam'. Haec vox catholica est.

cc 1786

mi 1605

adsunt π: $\alpha\,\delta\,(\text{-}W_2\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **16** gemeretis *des. K* **23** frumentorum *inc. K* **25** pacem *des. K*

16 si] sed *praem. lo ma* | palea *Vr A* W_1; paleas $Br_1\,P_{23}$ **17** grana sunt *tr. C ma* | catholica] ecclesia *praem.* $\zeta\,lo$ **18** palea W_1; paleas $\varepsilon\,P_{23}$ **20** paleis] palea π (*exc.* H_1) Br_1 **21** exiit $N\,\gamma_1$ | Cedar] *cf. supra 7,24 -7,26*; de *praem.* ζ $Br_1\,P_{23}$ *ma*; a H_1 **22** tabernaculis] habitantibus H_1 | multa $\alpha\,A\,W_1$ **23** paleam $\alpha\,K\,H_2$; palea $A\,S\,W_1\,Br_1$ **24** oderant $\alpha\,A\,Br_1$ | eis $\alpha\,H_2$ **25** oderunt[1]] oderant $\alpha\,A\,An_4$ | oderunt[2]] oderant α **28** essent] mansissent η haberet $\alpha\,H_2$ **30** de bonis et malis *tr.* $Br_1\,P_{23}$ **34** hodie de bonitate *tr.* π (*exc.* H_1) $Br_1\,Y$; hodie de vanitate η | invenientur *Y ma*

Illorum autem vox qualis est, non intellegentium *neque quae loquuntur neque de quibus affirmant? Ne tangas immundum,* et: *Qui tetigerit immundum, inquinabitur.* Separemus nos, ne commisceamur malis. Et nos illis: 'Amate pacem, diligite unitatem. Nescitis a quam multis bonis separamini, dum quasi malis calumniamini?' Furiunt, saeviunt, quando ista dicimus. Nam quaerunt et mortificare nos. Apparuerunt saepe impetus eorum, apparuerunt insidiae. Cum ergo inter insidias illorum vivimus, et quibus dicimus: 'Amate pacem', adversantur nobis, nonne vox ista nostra est: CUM HIS QUI ODERUNT PACEM, ERAM PACIFICUS, CUM LOQUERER ILLIS, DEBELLABANT ME GRATIS? Quid est enim, fratres, DEBELLABANT ME? Et parum erat, si non adderet GRATIS. Quibus dicimus: 'Amate pacem, Christum amate'. Numquid dicimus: 'Honorate nos'? Sed: 'Honorate Christum'. Nos nolumus honorari, sed illum. Nam nos quid sumus ad Paulum apostolum? Qui tamen dicebat illis parvulis – quos mali homines et mali suasores praecidere ab unitate in schismata volebant –, quid eis dicebat ille? *Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis?* Hoc et nos dicimus: 'Amate pacem, amate Christum'. Si enim amant pacem, Christum amant. Cum ergo dicimus: 'amate pacem', hoc dicimus: 'Amate

37 1 Tim. 1, 7 **38** Is. 52, 11 **39** *cf.* Lev. 22, 4–6 **54** 1 Cor. 1, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}W_2\,K\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **46** eram *inc. K* **49** gratis *des. K* **57** cum *inc. K*

38 affirment $\alpha\,S\,H_2\,Br_1\,Y$ | tangar $\varepsilon\,Rm\,P_6$ **39** inquinatur $\alpha\,A\,H_2\,\gamma_1$ **41** separemini $\eta\,Br_1\,Y$ **42** furunt $\eta\,\gamma_1\,P_{23}\,ma$ **45** adversantur] et *praem. A* H_1 **46** eis $\alpha\,S\,W_1\,H_2\,\eta\,Br_1\,Y$ | oderant $\alpha\,S\,W_1\,Rm\,Y$ **47** loquebar $H_1\,H_2$ illis] eis $\alpha\,A\,W_1\,K\,\eta$ **48** enim] autem $W_1\,lo\,ma$ **49** quibus ... dicimus²] *aliter distinxerunt ma* | pacem amate *tr.* π (*exc.* H_1) $\eta\,Br_1$ **50** honorate¹] amate γ_1; amate et honorate *lo ma* **51** ad] audi $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,Y$ | apostolum Paulum *tr. lo ma* **52** qui tamen] quid ζ **57** amant] ament $\alpha\,A\,W_1$

Christum'. Quare? Quia de Christo ait apostolus: *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum.* Si ergo Christus ideo pax, quia *fecit utraque unum,* quare vos de uno fecistis duo? Quomodo ergo pacati estis, ut cum Christus faciat unum de duobus, vos faciatis de uno duo? Sed quia haec dicimus, cum his qui oderunt pacem sumus pacifici, et tamen illi qui oderunt pacem, cum loqueremur eis, debellabant nos gratis.

IN PSALMUM CXX

(*Sermo habitus in natali S. Crispinae martyris, cf. praef. p. 7sq.*)

(1.) Secundus est iste psalmus eorum quorum titulus est CANTICUM GRADUUM. Plures enim sunt significantes, ut iam in primo eorum audistis, ascensum nostrum, qui fit in corde ad deum, a convalle plorationis, id est ab humilitate contribulationis. Ascensus enim utilis nobis non potest esse, nisi primo humiliati a convalle nobis ascendendum esse meminerimus – convallis enim terrae locus est depressus: sicut loca terrae alta montes cc 1787

58 Eph. 2, 14
in ps. CXX,1,3 *cf.* Ps. 83, 6–7

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-W_2 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*
in ps. CXX,1,2 graduum *des. K*

58 enim est *tr.* H_1 ε *C* P_{23} **59** si ... unum *om. K* H_2 **61** pacati] pacifici γ ζ P_{23} *Y ma* | de duobus unum *tr.* η W_1 | facitis η ε γ_1 P_6 **62** duos η ε W_1 *Rm* Br_1 *Y* | qui] quia α H_2 *Y* | oderant *K* η Br_1 **63** *loquimur π (*exc.* H_1) η Br_1 *Y* **64** *debellant α *A K*
in ps. CXX,1,1 secundus] levavi oculos meos in (ad *A*) montes unde veniet auxilium mihi *praem. A* H_1 **3** vestrum P_{23} *Y* **4** dominum *C Y* | a] in γ; de *T* **5** nobis utilis *tr.* H_2 Br_1 **6** humilitatis *S* W_1 *Gt* An_4 An_3 *T*; humiliatis O_4 Br_1 P_{23} *Y* | convallis] convalles α W_1 H_2

et colles, ita convallis locus humilis –, ne dum praepropere et praepostere quaerimus exaltari, non ascendamus, sed ruamus.
mi 1606 Docuit autem ipse dominus a convalle plorationis ascendendum quando pro nobis humiliari usque ad mortem crucis et pati dignatus est. Hoc exemplum non relinquamus. Istam convallem plorationis martyres intellexerunt. Unde intellexerunt? Unde? Quia et ipsi de convalle plorationis, ut coronarentur, ascende-
15 runt.

(2.) Congruit et hodierno diei psalmus iste CANTICUM GRADUUM. De illis enim dictum est: *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua.* Haec est convallis plorationis, ubi a flentibus mittuntur semina. Quae sunt autem semina? Bona opera in
5 ista tribulatione terrena. Qui bene operatur in convalle plorationis, similis est homini seminanti per hiemem. Numquid frigore ab opere deterretur? Sic pressuris mundi non debemus a bono opere deterreri, quia vides quid sequitur. *Euntes* inquit *ibant et flebant mittentes semina sua.* Valde miseri, si semper flebant; valde
10 miseri, si numquam de lacrimis liberandi. Sed vide quid sequitur: *Venientes autem venient in exsultatione portantes gremia sua.*

(3.) Nihil aliud istis canticis docemur, fratres, quam ascendere, sed ascendere in corde, in affectu bono, in fide et spe et caritate, in desiderio perpetuitatis et vitae aeternae. Sic ascenditur. Congruit nos dicere quomodo ascendendum sit.

---

11 *cf.* Phil. 2, 8 **2,2** Ps. 125, 6 **11** *ibid.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}W_2\ K\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

8 convalles $\alpha\ W_1\ H_2\ Y$ **13** unde intellexerunt *om.* $\pi\ P_7\ X$
2,1 hodierno die $A\ H_2$; hodiernae diei $Br_1\ P_{23}$ **3** convalles $V_2\ Vr\ H_2$ **5** tribulatione] operatione W_1 **7** ab] a bono α | a bono] ab $A\ Y$ **8** quid] quod $H_1\ H_2\ An_4\ Y$ **11** gremia] *cf. serm. 313D, 3*; germina $H_1\ Br_1c.\ P_{23}$ *ma*
3,1 edocemur W_1 **2** sed ascendere *om.* $W_1\ \eta$ | et[1] *om. ma* **3** caritate] in *praem.* $S\ Y$ | sicut α_2 **4** dicere] discere $\alpha_2\ Vr\ S\ W_1\ Y$

Quanta terribiliora lecta de evangelio audivit caritas vestra! Videtis certe *quia hora domini sicut fur in nocte ita veniet. Si sciret* inquit *paterfamilias qua hora fur veniret, amen dico vobis quia non pateretur perfodi parietem suum.* Dicitis modo: 'Quis ergo novit cc 1788 qua hora veniet, quia hora sicut fur erit?' Nescis qua hora veniat? Semper vigila, ut quod nescis quando veniat, paratum te inveniat, cum venerit. Et ad hoc forte nescis quando venturus est, ut semper paratus sis. Illum enim patremfamilias subito occupabit hora illa, qui paterfamilias superbus significatus est. Noli velle esse paterfamilias, et non te subito illa hora occupabit. Et quid ero, inquis? Qualem audisti de psalmo: *Pauper et dolens ego sum.* Si enim pauper et dolens eris, non eris paterfamilias, quem illa hora subito inveniet, et subito premet. Patresfamilias enim sunt illi qui praesumentes de cupiditatibus suis, et in deliciis huius saeculi defluentes, tument, et eriguntur adversus humiles, et insultant sanctis intellegentibus angustam viam, quae ducit ad vitam. Talibus enim veniet illa hora subito, quia tales erant et in diebus Noe, quorum dierum commemorationem audistis factam in evangelio. *Sic erit adventus filii hominis* inquit *quomodo in diebus Noe. Manducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, novellabant, aedificabant, donec introiit Noe in arcam; et venit*

3,6 1 Thess. 5, 2 | Matth. 24, 43 15 Ps. 68, 30 20 *cf.* Matth. 7, 14 23 Matth. 24, 37–39; Luc. 17, 26–27

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-$W_2\ K\ B$) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

5 quanto α_2 *Vr A S* H_2 *Y* 6 videte α_2 | fur] ita *add.* W_1 7 venit W_1; veniet *A S* H_2 8 perfodiri α *A* H_1 W_1 9 veniet] γ_1 *ma*; veniat *cett.* | quia] qua *S Gt* | hora[2]] domini *add. S* W_1 *Y* | erit] veniet H_2 P_6 | nescis] nescit H_2; nescitis Br_1 *Y* 10 quod] quia *ma* | cum venerit paratum te inveniat *tr.* W_1 P_{23} Br_1 11 ad] ut α 12 occupavit α *S* ε *Rm* P_{23} *Y* ζ 13 illa hora *tr.* W_1 *S* η *Y* 14 hora illa *tr. A* H_2 | occupavit α W_1 H_2 15 quale *A* O_4 17 premit *A* H_2^2 Br_1 19 diffluentes *ma* 21 subito illa hora *tr.* α *A* | et *om.* H_1 *S C Y* 22 dierum *om.* α | facta *Vr S* 23 inquit *om.* ζ 24 bibebant] et *praem.* α

diluvium, et perdidit omnes. Quid ergo? Omnes peribunt qui ista faciunt, qui nubunt, qui uxores ducunt, qui novellant, qui aedificant? Non, sed qui de his praesumunt, sed qui ista deo praefe-
mi 1607 runt, sed qui propter haec offendere deum cito parati sunt. At
30 vero qui istis inanibus aut non utuntur, aut utuntur tamquam non utentes, plus praesumentes de illo qui dedit quam de his quae data sunt, et intellegentes in his eius consolationem et misericordiam, et non occupati donis, ne a donatore ruerent – qui tales sunt, non illos invenit imparatos hora illa sicut fur. Talibus dixit
35 apostolus: Vos autem non estis in tenebris, ut dies ille vos tamquam fur comprehendat; omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei. Ideo dominus, cum diceret timendam esse horam sicut furem, noctem posuit, et apostolus ita: *Quia hora domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Non vis ut te inveniat? Noli esse in nocte.
40 Quid est noli esse in nocte? *Filii lucis estis et filii diei, non sumus noctis neque tenebrarum.* Qui sunt filii noctis et tenebrarum? Iniqui, impii, infideles.

(4.) Sed et ipsi audiant antequam veniat hora, et dicat illis apostolus: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.* Sicut iste psalmus habet, evigilent. Iam illuminati sunt montes: quid adhuc dormiunt? Levent OCULOS suos IN MONTES, UNDE *v. 1*
cc 1789 VENIET AUXILIUM illis. Quid est iam illuminati sunt montes?

---

30 utuntur[2] ... utentes] *cf.* 1 Cor. 7, 31 **35** 1 Thess. 5, 4–5 **4,2** Eph. 5, 8

---

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}W_2\,K\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **4,3** evigilent *inc. K*

---

27 qui[1]] quae $\alpha\,H_2$ | nubent $O_4\,C\,Br_1$ **28** deo ista *tr.* α **30** inanibus] γ_1; omnibus inanibus P_6; omnibus *cett. ma* | aut[1] *om.* W_1 | aut utuntur *om. C ac., N* **33** occupatis α | ruant ζma **34** inveniet *lo ma* **35** tamquam fur comprehendat vos *tr.* η **37** dei $A\,H_1$ | timendam ... 5,13 praesumentes *non bene legitur* W_1 **38** nocte $W_1\,X$ | et *om.* η **39** ita] ait *add.* $\varepsilon\,C\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y$ **40** dei $Vr\,A\,Br_1$

4,3 evigilent] levavi oculos meos in montes unde veniet auxilium mihi auxilium meum a domino qui fecit caelum et terram *add.* ζ **5** iam *om.* $A\,H_1$

Iam ortus est sol iustitiae, iam ab apostolis praedicatum est evangelium, praedicatae sunt scripturae, patuerunt omnia sacramenta, conscissum est velum, patuit secretum templi, iam tandem levent OCULOS IN MONTES, UNDE VENIET AUXILIUM illis. Hoc enim praecipit iste psalmus secundus de his qui inscribuntur CANTICUM GRADUUM. Sed non rursus praesumant de montibus, quia ipsi montes non a se lucent, sed ab illo lucent de quo dictum est: *Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Montes possunt intellegi homines magni, homines clari. Et quid maius Iohanne Baptista? Qualis ille mons erat, de quo ipse dominus dicit: *In natis mulierum nemo exsurrexit maior Iohanne Baptista*! Vides certe istum magnum montem lucentem, audi confitentem. Quid confitentem? *Nos omnes* inquit *de plenitudine eius accepimus.* De cuius ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo est tibi auxilium, non a montibus, in quos tamen, nisi levaveris oculos per scripturas, non admoneberis, ut ab illo illumineris.

(v. 2)

(5.) Canta ergo quod sequitur. Si vis audire ut firmissime ponas pedes in gradibus, ne in illa ascensione aut fatigeris aut lapsus cadas, dic quod sequitur: NE DES AD MOVENDUM PEDEM MEUM. Unde moventur pedes? Unde motus est pes illi qui erat in paradiso. Sed prius attende unde motus est illi qui erat inter

v. 3

mi 1608

6 *cf.* Mal. 4, 2 8 *cf.* Matth. 27, 51 13 Ioh. 1, 9 16 Matth. 11, 11 18 Ioh. 1, 16

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}W_2\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 7 patuerunt *des. K* 11 sed *inc. K* 15 clari *des. K* 5,1 canta *inc. K* 2 gradibus *des. K* 3 ne *inc. K*

6 est[1] *om. A* H_1 10 praecipit] praecepit $\delta_1 H_2 Y N$; illis *add.* $\varepsilon P_6 P_{23} Y$ 12 dictum] scriptum *C* 15 quis maior $\gamma_1 \zeta$ | maius] est *add.* εP_{23} 16 dominus ipse *tr.* γ_1 17 magnum *om. A* H_1 21 admoveris *A S*; admoveberis P_6 *lo ma*

5,3 lapsu η 4 meum] tuum γe_3 | pes *om. K* η | ille *A* η 5 unde *om.* α est] pes *add.* $H_2\ \varepsilon\ \zeta Y P_{23}$; pes *praem.* Br_1 | ille *A* H_1 η

angelos, et moto pede cecidit, et de angelo factus est diabolus: moto enim pede cecidit. Quaere unde cecidit: superbia cecidit. Non ergo movet pedem nisi superbia. Ad ruinam non movet pedem nisi superbia. Ad ambulandum et proficiendum caritas movet, ad cadendum superbia movet. Ideo et ille quid dicit in
cc 1790 psalmo? *Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Si sub tegmine, semper humiles, semper de deo sperantes, semper de se non praesumentes. *Sub tegmine alarum tuarum sperabunt:* non enim a se satiantur ut beati sint. Sed quid sequitur? *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrentem voluptatis tuae potabis eos.* Ecce sitientes, ecce inebriati, ecce sitiunt, ecce bibunt; sed non a se bibunt, nec ipsi sibi sunt fons. Sed unde bibunt? *Sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Si sub alis, humiles sunt. Quare? *Quia apud te* inquit *fons vitae.* Non ergo a se irrigantur montes, sicut a se non illuminantur montes. Nam vide quid sequitur: *In lumine tuo videbimus lumen.* Si ergo in lumine ipsius videbimus lumen, quis cadit a lumine, nisi cui ipse non est lumen, et voluerit sibi esse lumen? Ipse cadit a lumine quo illuminatur. Ideo sciens non cadere nisi eum qui sibi vult lucere, cum sit per se tenebrae, statim subiecit: *Non veniat mihi pes superbiae, nec manus peccatorum moveat me,* id est imitatio peccatorum non

---

5,11 Ps. 35, 8 **15** Ps. 35, 9 **19** Ps. 35, 10 **21** Ps. 35, 10 **25** Ps. 35, 12

---

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}W_2\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **8** ruinam *des. K*

---

8 ad ... superbia *om.* $S\,H_2$ | movet[2]] movit α **9** proficiendum] et ascendendum *add. lo ma* **10** movet[1]] pedem *add.* $S\,\eta\,\varepsilon\,P_{23}\,Y$ | superbia movet] superbiae *S*; superbiam W_1 | et ideo *tr.* η | qui $Vr\,H_2\,\varepsilon\,Y\,Br_1$ **14** a *om.* ε **15** et ... eos] usque potum dabis eis W_1 | torrentem] $Vr\,R_3\,S\,H_2\,C^2\,e_3$; torrente *cett. ma* | voluptatis tuae] *cf. en. 35, 14, 31sq.*, deliciarum tuarum $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,ma$ **18** si *om.* $H_2\,Gt$ **21** ergo] enim η **22** cui ipse] qui sibi $\pi\,\eta\,T$ **23** et] qui *add.* $P_{23}\,Br_1\,T$ | esse] se *add.* $\varepsilon\,C\,P_6\,P_{23}$ | quod $A\,S$ **26** nec ... peccatorum] et m. p. non $H_2\,\gamma\,\zeta\,P_{23}\,ma$ | moveant W_1; commoveant η

moveat me, ut cadam a te. Quare timuisti et dixisti: *Non veniat mihi pes superbiae*? Sequitur: *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem.* Quos modo vides operari iniquitatem, iam damnati sunt; sed ut damnarentur, ibi ceciderunt, cum illis venit pes superbiae. Recte ergo iste audiens ut ascendat et non cadat, ut a convalle plorationis proficiat, non in tumore superbiae deficiat, ait deo: NE DES AD MOVENDUM PEDEM MEUM. Et deus illi: NEQUE DORMITET QUI CUSTODIT TE. Intendat caritas vestra. Quasi una sententia facta est ex duabus vocibus. Homo dixit ascendens et cantans canticum graduum: NE DES AD MOVENDUM PEDEM MEUM, et deus tamquam diceret: 'NE DES AD MOVENDUM PEDEM MEUM dicis mihi, adde: NEQUE DORMITET QUI CUSTODIT TE, et non movebitur pes tuus'. (6.) Dixerit autem ille: 'numquid in potestate mea est ut non dormitet qui custodit me? Volo ut non dormiat neque dormitet'. Ergo illum tibi elige qui non dormiet neque dormitabit, et non movebitur pes tuus. Deus numquam est dormiens. Sed vis habere custodem non dormientem? Deum elige custodem. NE DES AD MOVENDUM PEDEM MEUM dicis tu bene, optime, sed et ille dicit tibi: NEQUE DORMITET QUI CUSTODIT TE. Tu forte conversurus te eras ad homines custodes, et dicturus: 'Quem sum inventurus non dormientem? Quis homo non dormitabit? Quem invenio? Quo ibo? Quo revertar?' Ille tibi osten- mi 1609

28 Ps. 35, 12–13 31 *cf.* Ps. 83, 7

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-$W_2\ K\ B$) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 32 ait *inc. K* 6,5 dormiens *des. K* | deum *inc. K* 6 custodem *des. K* 7 sed *inc. K*

27 me moveat *tr.* π (*exc.* H_1) $O_4\ Br_1$ | me *om.* $H_2\ Y$ 28 qui] omnes *praem.* $\gamma\ \zeta$ (*cf. 121, 3, 13*; *131, 14, 7*) 30 ubi π 32 domino $Br_1\ P_{23}$ 33 ne] *non $\gamma\ \zeta\ P_{23}\ Y$ | tuum ε | deus] dominus $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ 37 et ... meum *om.* $A\ F_2\ X$ | deus *om.* α | diceret] adde *add.* $\alpha\ S\ H_2$ 38 adde *om.* $\alpha\ A\ S\ H_2\ Br_1$; addit *Primmer* 6,3 dormiet] dormit $\varepsilon\ \zeta\ H_2$; dormivit α 4 neque] non η | dormitavit $S\ W_1\ K\ \gamma$ 5 sed] si $T\ Y\ ma$ | elige deum *tr.* η 9 dormitavit $K\ \gamma$ 10 iste $X\ ma$ ostendet $H_2\ \varepsilon\ Y$

dit: ECCE NON DORMITABIT NEQUE OBDORMIET QUI CUSTO- *v. 4*
cc 1791 DIT ISRAEL. Vis habere ergo custodem non dormientem neque dormitantem? ECCE NON DORMIET NEQUE DORMITABIT QUI CUSTODIT ISRAEL: Christus enim custodit Israel.

Esto ergo Israel. Quid est ISRAEL? ISRAEL interpretatur 'videns deum'. Et quis videt deum? Primo *per fidem*, postea *per speciem*. Si per speciem nondum potes, per fidem vide. Si eius faciem videre non potes, quoniam ibi species, posteriora eius vide. Hoc dictum est Moysi a domino: *Non potes videre faciem meam, posteriora mea videbis, cum transiero.* Exspectas forte ut transeat: iam transiit, tu vide posteriora ipsius. Ubi transiit? Audi Iohannem: *Cum venisset* inquit *hora ut transiret de mundo ad patrem,* dominus noster Iesus Christus iam fecit pascha. Pascha autem transitus interpretatur. Nam verbum est Hebraeum; et putant homines Graecum esse, quasi passionem, sed non est. A diligentioribus et doctioribus inventum est quia pascha Hebraeum verbum est, et non interpretatur passionem, sed transitum. Per passionem enim transiit dominus a morte ad vitam; et fecit nobis viam credentibus in resurrectionem eius, ut transeamus et

---

6,16 per[1] ... speciem] *cf.* 2 Cor. 5, 7 **19** Ex. 33, 20.23.22 **22** Ioh. 13, 1

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-W_2 B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **14** Israel *des. K*

---

11 dormitavit ε | obdormiat A H_1 **12** ergo habere *tr. S* W_1 ε Y **13** non ... dormitabit] non dormitavit neque obdormiet W_1 O_4; non dormitet neque obdormitavit S | dormitabit] obdormitavit K H_2; obdormitabit A H_1 Br_1 Y; dormitavit γ | qui] quis V_2 R_3 Br_1 P_{23} **15** Israel[3] A H_1 ζ Y *ma*; *om. cett.* **16** videns] homo *praem.* η ε T | et ... fidem] *anacoluthon quoddam videtur mihi; at Primmer locum corruptum opinatur* | quis ... deum] quomodo videtur deus ζ *ma*; *om.* H_2 **17** faciem eius *tr. lo ma* **19** faciem meam videre *tr.* Br_1 P_{23} **20** pertransiero ζ **21** vides α | eius α W_1 **23** noster *om.* H_2 η Br_1 **24** hebraeum est *tr.* Br_1 P_{23} **26** doctioribus] a *praem. lo ma*; doctoribus V_2 W_1 O_4 Rm **27** interpretantur *ma* | passio sed transitus ζ **28** per] post A H_1 | dominus transiit *tr.* α η P_6 | a] de α Br_1 **29** resurrectione α_2 H_2 ε Y

nos de morte ad vitam. Non magnum est credere quia mortuus est Christus: hoc et pagani, et Iudaei, et omnes iniqui credunt; hoc omnes credunt, quia mortuus est. Fides Christianorum resurrectio Christi est; hoc pro magno habemus, quia credimus resurrexisse. Ergo tunc se voluit videri, cum transiret, hoc est cum resurrexisset, tunc in se voluit credi, cum transiret, quia *traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram.* Et ipsam fidem in resurrectionem Christi maxime commendavit apostolus. Ait enim: *Si credideris in corde tuo quia deus eum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Non dixit: 'Si credideris quia mortuus est Christus', quod et pagani et Iudaei et omnes inimici eius crediderunt, sed ait: *Si credideris in corde tuo quia deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Hoc credere, hoc est esse Israel, hoc est videre deum. Quamvis adhuc posteriora eius, tamen cum credideris in posteriora, pervenies ad visionem faciei. Quid est hoc? Cum credideris in id quod posterius pro te factus est Christus, cum credideris in id quod posterius suscepit Christus – nam in primo facies eius quae est? *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Posteriora eius quae sunt? *Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis* – cum ergo credis in hoc quod pro te factum est verbum, et resurrexit in carne, ne tu de tua carne desperares, efficeris Israel. mi 1610

36 Rom. 4, 25 38 Rom. 10, 9 47 Ioh. 1, 1 49 Ioh. 1, 14

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-$W_2\,K\,B$) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 31 Christus *inc. K*

34 resurrexisse] eum *praem.* Rm^2 *lo ma* | transisset V_2 *Gt* 35 cum transiret *om.* δ 37 resurrectione $V_2\,A\,S\,W_1\,K\,Rm\,T$ 39 eum deus *tr.* $An_4\,An_3$ ζ | suscitavit illum (eum Br_1) $A\,Br_1\,P_{23}$ | a] ex η 41 eius omnes inimici *tr.* η; eius inimici *tr.* $\alpha_2\,S\,W_1\,H_2\,Br_1\,Y$ 42 quia] quod η | hoc[1]] est *add.* η 43 est[1] *om.* $H_1\,H_2\,Rm$ 46 posterius] pro te *add.* $\varepsilon\,H_2\,T$ 47 primo] principio $W_1\,\eta\,ma$ 49 habitabit $\alpha\,H_2$ 51 tu *om.* $W_1\,\varepsilon$

Factus autem Israel cum fueris, non dormitabit neque dormiet qui custodit te, quia iam Israel es, et audisti in psalmo: ECCE NON
cc 1792 DORMITABIT NEQUE OBDORMIET QUI CUSTODIT ISRAEL. Chris-
55 tus enim ipse dormivit, sed resurrexit. Quid enim ait ipse in psalmo? *Ego dormivi, et somnum cepi.* Numquid remansit in somno? *Exsurrexi* inquit *quoniam dominus suscepit me.* Si ergo iam resurrexit, iam transiit; si iam transiit, vide posteriora eius. Quid est 'vide posteriora eius'? Crede in resurrectionem eius. Et
60 quia ait apostolus: *Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit in virtute dei,* et iterum ait: *Christus surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur,* recte tibi cantat: ECCE NON DORMITABIT NEQUE OBDORMIET QUI CUSTODIT ISRAEL. Adhuc forte quaeris carnali sensu: 'Quis est qui NON DORMITABIT
65 NEQUE OBDORMIET?' Et cum quaeris inter homines, falleris; numquam inventurus es. Noli ergo praesumere de quodam homine: omnis homo dormit, et dormitabit. Quando dormitat? Cum portat carnem infirmitatis. Quando dormiet? Cum fuerit mortuus. Noli ergo praesumere de homine. Potest dormitare morta-
70 lis: dormit moriens. Noli quaerere inter homines.

(7.) Et quis, inquis, custodiet me, qui non dormitat neque dormiet? Audi quid sequitur: DOMINUS CUSTODIET TE. Non *v. 5* ergo homo dormitans et dormiens, sed dominus custodit te.

---

56 Ps. 3, 6 **60** 2 Cor. 13, 4 **61** Rom. 6, 9

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}W_2\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

52 Israel ... fueris] cum fueris Israel *tr.* $\gamma_1\ T$ | obdormiet $\alpha\ \eta\ \gamma_1$ **54** dormitavit $W\ \gamma_1$ **55** surrexit $Vr\ H_2$ **56** somnium $A\ S\ H_2\ N\ ac.$ | numquid] num N^1 (*ex* nam) P_{23} **57** et surrexi $W_1\ H_1\ \gamma_1\ T$; et resurrexi P_6 | quoniam] quia η | suscipiet $\alpha\ S\ H_2\ \eta\ ma$ **63** dormitavit $H_1\ K\ H_2\ \gamma$ **64** dormitavit $H_1\ W_1\ \varepsilon\ Rm$ **66** quoquam *ma* **67** dormitavit $H_1\ \gamma$

7,1 inquit α | custodit $\pi\ \eta\ \varepsilon\ T$ **2** quod $\alpha\ \delta_1$ **3** custodiet $\alpha\ A\ H_1$

Quomodo te custodit? DOMINUS TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE. Eia, fratres, intellegamus adiuvante domino quid sibi velit DOMINUS TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE. Videtur enim mihi habere sensum occultum quare non dixerit: DOMINUS CUSTODIET TE absolute et simpliciter, sed addidit SUPER MANUM DEXTERAE TUAE. Quid enim? Dexteram nostram deus custodit, et sinistram non custodit? Nonne ipse nos totos fecit? Nonne qui fecit nobis dexteram, ipse fecit et sinistram? Postremo si placuit dici de dextera sola, quare dixit: SUPER MANUM DEXTERAE TUAE, et non iam super dexteram tuam? Cur hoc diceret, nisi aliquid hic occultum, quo pulsando perveniremus, absconderet? Diceret enim aut DOMINUS CUSTODIET TE, et nihil adderet, aut si dexteram addere voluit, DOMINUS CUSTODIET TE super dexteram tuam; aut certe, quia addidit MANUM, hoc diceret: DOMINUS CUSTODIET TE super manum dexteram tuam, non SUPER MANUM DEXTERAE TUAE. Quod dominus ipse suggerere dignatur, promam vobis. Qui et in vobis habitat, sine dubio facit vos adprobare verum esse quod dico. Nam quid dicturi sumus ignoratis, sed cum dixerimus, non mi 1611
ab ipsis nobis vobis ostendemus verum esse quod dicimus, sed
vos ipsi agnoscetis verum esse quod dicimus. Unde autem agnos- cc 1793
cetis, nisi demonstrante illo qui in vobis habitat, quantum de illo
numero estis, quorum vox est: NE DES AD MOVENDUM PEDEM

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}W_2\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **7,5** tuae *des. K*

4 custodiet te *tr.* α | custodiet $\alpha\,A\,W_1\,\eta\,Br_1\,Y$; quomodo te custodiet *iter.* W_1 | tuum *om.* $\eta\,\varepsilon\,C$ **8** custodit $H_1\,W_1\,H_2\,\eta\,\varepsilon\,Rm\,Y$ **10** dominus $H_1\,N\,P_6$ | sinistram] nostram *add.* $\alpha\,A\,H_1\,\varepsilon\,C^2\,Rm\,\zeta\,P_{23}\,Y$ **11** nobis *om.* $H_1\,Rm$ **12** de *om.* $W_1\,Y$ **14** dexteram] manum *praem.* $\delta_1\,\zeta\,P_{23}$ **16** custodit $W_1\,P_6$ **17** custodit $W_1\,O_4\,\varepsilon\,P_6$ | super] manum *add.* $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1$ | quod $S\,Y$ **21** facit vos adprobare sine dubio *tr.* η | faciet $S\,W_1\,Y$ **22** ignorantes $A\,S$ **23** ostendimus $A\,S\,\varepsilon\,P_6\,Br_1\,P_{23}$ | sed ... dicimus *om.* $W_1\,T\,C$ **24** agnoscetis²] agnoscitis $S\,P_{23}\,Br_1$; agnoscentes H_2 **25** quantum] in *praem. A ma*; quanti η

nostrum, et quibus dicitur: NEQUE DORMITET QUI CUSTODIT TE? Oportet enim ut Christus non dormiat in vobis, et modo intellegetur verum esse quod dicimus. Quomodo inquies? Quia si dormiet fides vestra, dormit Christus in vobis. Christus enim in corde vestro fides Christi est. Ait apostolus: *habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* In quo non dormit fides, vigilat Christus. Et si forte dormiebat fides tua, et ideo in ista quaestione fluctuabas, quasi navis illa quae tempestatem patiebatur, ubi Christus dormiebat, excita Christum, et sedabuntur tempestates.

(8.) Fidem ergo vestram interrogo, carissimi. Quoniam filii estis ecclesiae, et in ecclesia profecistis, et in ecclesia proficietis qui nondum profecistis, et in ecclesia proficiendi estis qui iam proficitis, interrogo vos quid soletis intellegere quod dictum est in evangelio: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Hoc enim intellecto invenietis quae sit dextera, et quae sit sinistra. Simul intellegetis et utramque partem deum fecisse, et dexteram et sinistram, et tamen non debet scire sinistra quid faciat dextera. Sinistra nostra dicitur quidquid temporaliter habemus; dextera nostra dicitur quidquid nobis aeternum et incommutabile dominus pollicetur. Si autem ille qui dabit aeternam vitam, ipse et de istis temporalibus consolatur praesentem vitam, ipse fecit dexteram et sinistram. Dicit de quibusdam psalmus apud David: *Quo-*

7,31 Eph. 3, 17 **34** *cf.* Matth. 8, 24. 26; Luc. 8, 24; Marc. 4, 38 **8,5** Matth. 6, 3 **13** Ps. 143, 8

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-$W_2\,K\,B$) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

27 nostrum] meum π (*exc.* H_1) $\eta\,P_6$ *ma* **28** modo] quomodo $Br_1\,P_{23}$ | intellegitur δ_1 $\eta\,T\,Br_1\,P_{23}\,Y$; intelligitis P_6; intellegetis $C^2\,D$ *ma* **30** dormit α_2 A $\eta\,C$ | fides] vestra *add.* $Br_1\,Y$ **32** dormiet $W_1\,H_2$

8,2 proficitis $A\,H_1$ | et^2 ... proficietis *om.* $A\,H_1\,Gt\,P_{23}\,Br_1$ **4** profecistis α $W_1\,H_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1$ | quid] quod $A\,C$ **8** debeat η | quid] quod $S\,\gamma_1$ **12** istis] ipsis $\varepsilon\,C\,Y\,P_{23}$

rum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis. Invenit ergo quosdam quos reprehendit, qui dexteram veram pro sinistra habebant, et veram sinistram dexteram sibi fecerant: qui sint isti exponit consequenter. Omnis homo qui felicitatem non putat esse hominis solam, nisi in istis temporalibus facultatibus et deliciis et affluentia et copia mundi huius, iste est stultus atque perversus, qui sinistram fecit sibi dexteram. Tales illi erant de quibus dicit psalmus, non quia a deo non acceperant etiam quae temporaliter possidebant, sed quia ipsam solam putabant esse beatam vitam, et nihil aliud requirebant. Audite enim quid de illis consequenter dicit: *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis,* et sequitur: *Quorum filii eorum velut novellae constabilitae, filiae eorum ornatae sicut similitudo templi, cellaria eorum plena eructantia ex hoc in hoc, oves eorum fecundae multiplicantes in exitibus suis, boves eorum crassi; non est ruina sepis nec exitus neque clamor in plateis eorum.* Magnam felicitatem quorundam descripsit. Posset tamen istam felicitatem et aliquis iustus habere, sicut habuit Iob, sed Iob pro sinistra illam habebat, non pro dextera. Nam dexteram non habebat nisi apud deum perpetuam et sempiternam felicitatem. Ideo concessa est percutienda sinistra, et suffecit ei dextera. Quomodo percussa est sinistra? Tentationibus diaboli. Abstulit subito diabolus – mi 1612 cc 1794

24 *ibid.* 25 Ps. 143, 12–14

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-$W_2\,K\,B$) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

15 quos *om.* $\varepsilon\,P_{23}$ | qui] quia ε 16 fecerunt $A\,H_1\,H_2\,\gamma\,T$ 18 solam nisi] sola nisi N; solum nisi $O_4\,\gamma_1\,Y$; nisi solum ζ *ma* 20 sibi facit *ma* facit sibi $O_4\,\varepsilon\,C\,D\,F_2\,P_6$ 21 non a deo *tr.* $\alpha\,W_1\,A\,S\,Y\,Br_1$; non a domino η | acceperunt $S\,H_1\,\gamma\,\zeta$ 25 et sequitur *om.* $W_1\,X\,P_7$ | eorum^2 *om.* $\alpha\,H_2\,\zeta\,\gamma_1$ 26 velut] sicut α 28 crassae $\eta\,\zeta\,\gamma_1$ 30 possit $P_{23}\,Br_1$ | istam] et *praem.* α 32 illa $W_1\,H_2\,S$ | dexteram] pro dextera α; dextera W_1 34 percutienti α H_1 | sufficit $\alpha\,\delta_1\,\gamma$

permissus quidem a deo, ut iustus probaretur, impius puniretur – abstulit omnia. Sed Iob qui noverat sinistram sinistram esse, et dexteram nonnisi dexteram, quomodo se tenuit ad dexteram et exsultavit in domino? Consolatus est damna, quia non est passus damnum de interioribus divitiis: deo plenum cor habebat. *Dominus* inquit *dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum.* Haec erat dextera ipsius, ipse dominus, ipsa vita aeterna, illa lucis possessio, fons vitae, lumen in lumine. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae.* Ipsa erat dextera. Sinistra vero erat pro adiutorio consolationis, non ad firmamentum felicitatis. Nam felicitas eius vera atque germana deus erat. Isti autem de quibus dicit David quia os eorum *locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis,* non hinc eos reprehendit, quia his omnibus abundabant, sed quia os eorum *locutum est vanitatem.* Quid enim sequitur? Cum enumerasset copias eorum, ait: *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Haec est vanitas quod locutum est os eorum, quod *beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Tu quid dicis, qui nosti quid est sinistra, et quid est dextera? Sequitur et dicit: *Beatus populus cuius est dominus deus ipsius.*

(9.) Intendat ergo caritas vestra. Vidimus sinistram, vidimus et dexteram. Audi hoc confirmatum in Canticis canticorum:

---

40 Iob 1, 21 44 Ps. 35, 9 47 Ps. 143, 8 51 Ps. 143, 15 54 *ibid.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}W_2\ K\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

37 sinistram²] non nisi *praem.* $P_{23}\ Br_1\ Y^2$ | et *om.* $A\ Br_1\ ma$ 39 damno $S\ \zeta$ 40 dei $P_{23}\ Br_1\ Y$ 43 illa] ipsa $H_1\ P_6\ Br_1$ 48 hinc eos] in eos α; in eis α_2 50 loquitur α 51 ipsorum α; illorum W_1 52 quod¹] quam $T\ lo\ ma$ 54 est² *om.* $\alpha\ A\ H_1\ H_2\ Rm\ T\ Br_1$

9,1 vidimus¹] audivimus $A\ H_1\ \eta$ | vidimus²] et audimus $A\ H_1$ 2 et *om.* $V_2\ S\ W_1\ H_2\ \eta\ \varepsilon\ P_{23}\ Y$

Sinistra eius inquit *sub capite meo.* Sponsa dicit de sponso, de Christo ecclesia in amplexu pietatis et caritatis. Quid ait? *Sinistra eius sub capite meo, dextera eius complectetur me.* Quid autem, quia sursum erat dextera, deorsum sinistra, et sic complectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad consolationem, imponens dexteram ad protectionem? *Sinistra* inquit *eius sub capite meo.* Deus illam dat: ideo sinistra eius, quia omnia ista temporalia deus dat. Quam vani sunt, quam impii, qui ab idolis, a daemonibus ista petunt! Quam multi a daemonibus ista petunt, et non illa habent? Et rursus, qui illa non petunt a daemonibus, habent ea, sed non a daemonibus ista dantur. Item multi petunt a deo, et non habent. Novit enim ille dispensare sinistram, qui vocat ad cc 1795
dexteram. Ergo si est sinistra, sit sinistra, sed sub capite sit: supra illam sit caput tuum, id est supra illam sit fides tua, ubi habitat Christus. Noli temporalia praeponere fidei tuae, et non erit sinistra super caput tuum, sed omnia temporalia subde fidei tuae, et fidem tuam praepone omnibus temporalibus, et erit sinistra sub mi 1613
capite tuo, et recte dextera eius complectetur te.

(10.) Audi hoc ipsum exponi in Proverbiis, quid est sinistra ipsa, quid est dextera, cum de sapientia diceret: *Longitudo* inquit *dierum et anni vitae in dextera eius, in sinistra autem eius divitiae et gloria.* Longitudo illa dierum aeternitas est. Hoc enim proprio modo dicit scriptura longum quod aeternum est. Nam quidquid finem habet, breve est. Alio loco: *Longitudine* inquit *dierum*

---

3 Cant. 2, 6 4 *ibid.* 10,2 Prov. 3, 16 6 Ps. 90, 16

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}W_2\ K\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

3 inquit eius *tr.* $H_2\ X\ Br_1$ 4 caritatis] *cf. en. 124, 1, 5; 126, 1, 8*; castitatis π (cast. et piet. *tr.* W_1) η 5 quia] qui η 10 a] ac α | a daemonibus *om.* $W_1\ \eta$ 11 petunt[1]] sperant *add.* $Br_1\ P_{23}$ | ista[2]] illa $A\ S\ W_1\ Y\ Br_1$ | illa] illam α 13 donantur η 14 enim *om.* $W_1\ H_1\ Rm$ 17 sinistra] tua *add.* $Y\ Br_1$ 10,2 est *om.* $Y\ P_{23}\ Br_1$

replebo eum. Et numquid aliter pro magno diceretur: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut longaevus sis super terram?* Super quam enim terram, nisi de qua dicit: *Spes mea es tu, portio mea in terra viventium?* Ibi esse longaevum quid est, nisi ibi vivere in aeternum? Nam esse hic longaevum quid est, nisi usque ad senectutem pervenire? Etsi longa videtur aetas, cum pervenerit, convincitur brevis, quia finitur. Et multi maledicentes parentibus, senescunt in hac terra. Multi autem obsequentes parentibus, cito eunt ad dominum. Numquid ergo impletur, ut longaevus sit secundum hanc vitam? Sed longaevum pro aeternitate illa positum est. Longaevitas est in dextera eius, at vero divitiae et gloria, id est sufficientia vitae huius, ea quae bona existimantur ab hominibus, sinistra est. Nescio quis venit, et vult tibi percutere dexteram, id est tollere tibi fidem tuam: tu accepisti alapam in dexteram, praebe sinistram, id est ut illud tollat quod temporale est, et non ea quae aeterna habes. Audite Paulum apostolum hoc facientem. Homines persequebantur in eo quod Christianus erat: percutitur illi dextera; ille sinistram opponebat: *Civis romanus sum,* ait. Dexteram contemnebant, ille de sinistra terrebat, quia

---

7 Ex. 20, 12 9 Ps. 141, 6 17 *cf.* Prov. 3, 16 20 *cf.* Matth. 5, 39 24 Act. 22, 25

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-$W_2\ K\ B$) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

8 sis longaevus η 10 ibi^2 *om.* $P_{23}\ Br_1$ 11 hic esse *tr. C lo ma* | usque *om. C ma* | senectam π (*exc.* H_1) η 12 videatur $P_7\ \varepsilon\ Y\ P_{23}$ | convincetur *a* H_1 13 brevis convincitur *tr. C ma* | quia] et *add. A* H_1 15 deum *A* $W_1\ \eta\ Y$ sis $\alpha\ A\ S$ 17 longa (-ge *S*) vita $H_1\ S\ \gamma\ Y$ 20 tibi tollere *tr.* α | tuam *om.* α $H_2\ P_{23}\ Br_1$ | tu *om. A S X* | dexteram] dextera *A Rm*; si quis percusserit in dextera maxilla tua *add. A* H_1 21 praebe] illi *add. A* H_1 | et *om.* $\alpha\ A\ W_1\ H_2\ P_{23}\ Br_1$ 24 *ita distinxit Primmer* | civis] quis es α 25 contemnebant] persecutor contemnebat $H_2\ P_7\ X$ | ille ... terrebat *om.* H_2; illi et de sinistra terrebat ille (ille *om.* H_1) $H_1\ \zeta\ \gamma_1$ *ma*

illi dexteram eius timere non poterant; nondum enim Christo crediderant.

Quid ergo, si dextera amplectitur, sinistra sub capite est, quid est *nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua*? Id est, quando facis bonum opus, propter vitam aeternam fac. Nam si opus bonum in terra propterea feceris ut terrena tibi abundent, scit sinistra tua quid faciat dextera tua: miscuisti dexteram sinistrae. Noli facere nisi propter vitam aeternam. Ideo fac, et securus facies: ad hoc enim tentavit deus eum. Si propter solas res humanas et solam vitam istam facis quod facis, sinistra sola operatur. Si autem propter vitam aeternam operaris, dextera sola operatur. Si autem habes intentionem ad vitam aeternam, sed subrepit tibi cupiditas vitae temporalis ut attendas etiam istam quando facis opus bonum, ut hic tibi aliquid retribuatur, miscet se sinistra operibus dexterae: hoc vetat deus. cc 1796

(11.) Veniamus nunc ad illud quod ait psalmus: DOMINUS TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE. Manum potestatem dicit. Unde probamus? Quia et manus dei potestas dei dicta est. Nam diabolus, qui tentavit Iob, hoc ait deo: *Mitte manum tuam, et tange omnia quae habet.* Quid est *Mitte manum tuam*, nisi da potestatem? Evidentius audi, frater, ne forte carnali sensu adhuc cogites quia membris distinctus est deus, audi mi 1614

29 Matth. 6, 3 **11,4** Iob 1, 11

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-W_2 K B) | γ: ε γ_1 | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

28 si *om.* A H_1 **30** opus bonum *tr.* π (*exc.* H_1) η **31** terrenae γ_1 An_4 An_3, N *lnp.* **34** facis ε P_{23} | ad *om.* α S H_2 Y Rm | ad ... eum] hoc enim mandavit deus A H_1 *ma* **35** et] non *add.* H_2; propter S W_1 Y | istam vitam *tr.* α A S W_1 H_2 Br_1 **36** opereris α A H_1 η, operere S | operaris ... aeternam *om.* W_1 **37** subripit S H_2 **38** ista α A H_1 η Br_1

11,2 manum^2 *om.* η **5** habet] et vide si faciem benedicet tibi *add.* η ε C *ma* **6** tuam] et tange omnia quae habet *add.* S Y | audite fratres Br_1 P_{23} Y **7** cogitetis $Br_1{}^2$ P_{23} Y | deus *om.* H_1 S

evidenter quomodo dicatur manus potestas. Ait quodam loco scriptura: *Mors et vita in manibus linguae.* 'Novimus linguas frusta quaedam carnis. In ore moventur, et percutiendo palatum et dentes distinguunt sonos quibus loquimur. Ostendantur mihi manus linguae'. Lingua ergo non habet manus? Sed habet manus! Quae sunt manus linguae? Potestas! potestas linguae. Quid est *mors et vita in manibus linguae? Ex ore tuo iustificaberis, et ex ore tuo condemnaberis.* Ergo si manus potestas, quid est manus dexterae? Nihil arbitror intellegi congruentius, nisi ut intellegamus MANUM DEXTERAE potestatem quam tibi dedit deus ut, si velis, ad dexteram sis. Erunt enim impii omnes ad sinistram; erunt autem omnes filii boni ad dexteram, quibus dicetur: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Ut autem sis a dextris, id est ut possis dei filius fieri, potestatem accepisti. Quam potestatem? De qua dicit Iohannes: *Dedit eis potestatem filios dei fieri.* Unde accepisti hanc potestatem? *Credentibus* inquit *in nomine eius.* Si ergo credis, ipsa tibi potestas data est, ut sis inter filios dei. Esse autem inter filios dei, hoc est ad dexteram pertinere. Ergo fides tua manus dexterae tuae, id est potestas quae tibi data est, ut sis inter filios dei, manus est dexterae tuae. Sed quid valet ipsa potestas quam accepit homo, nisi dominus protegat? Ecce credidit, iam ambulat in fide: infirmus est, inter tentationes agitatur, inter molestias, inter carnales corruptiones, inter suggestiones cupiditatis, inter versu-

9 Prov. 18, 21 **14** Matth. 12, 37 **19** Matth. 25, 34 **23** Ioh. 1, 12

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}W_2\,K\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **11,15** ergo *inc. B*

12 sed] et *lo ma* **13** manus] lingua *add.* ζ | potestas[1] $Br_1 P_{23}$; *om. cett. ma* potestas[2]] potestates η | quae $Br_1 P_{23}$ **17** manus α | velis] donante deo *add.* $\varepsilon C\,\zeta\,Y\,ma$ **18** omnes impii *tr.* αH_1 **19** dicitur *A B* **21** a dextris] ad dexteram *X lo ma* | dei ... fieri] dici filius $\delta\,\eta$ **25** esse ... dei *om.* η **31** cupiditates α

tias et laqueos inimici. Quid valet ergo quia habet potestatem, credidit in Christum ut sit inter filios dei? Vae homini illi, nisi et ipsius fidem dominus protegat; id est ut non te permittat tentari supra quam potes ferre, sicut dicit apostolus: *Fidelis deus, qui non* cc 1797
vos permittet tentari supra quam potestis ferre. Ille ergo qui non sinit tentari supra quam possumus ferre, quamvis iam fideles simus, quamvis iam manus dexterae nostrae sit in nobis, tegit nos deus super manum dexterae nostrae. Non nobis sufficit habere manum dexterae, nisi ille et ipsam manum dexterae protegat.

(12.) Ecce hoc de tentationibus dixi: intendite quid sequatur. Protegit te dominus SUPER MANUM DEXTERAE TUAE dixi, et, quod arbitror, recognovistis. Si enim non recognovissetis et de scripturis non recognovissetis, non vocibus vestris intellectum vestrum mihi significaretis. Ergo quia intellexistis, fratres, videte quid sequitur. quare protegat dominus, et super manum dexterae, id est super ipsam fidem, in qua potestatem accepimus esse filii dei et esse ad dexteram. Quare oportet ut protegat dominus? Propter scandala. Unde sunt scandala? De duobus timenda sunt mi 1615

35 1 Cor. 10, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}W_2\,K)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **32** ergo *inc.* W_2 **12,5** videte *inc.* *K* **6** sequitur *des.* *K*

32 quia] qui $H_1\,S\,W_1\,W_2\,\varepsilon\,\gamma_1$ **33** credidit] et *praem.* *A* H_1; credit $\delta_1\,B$ | illi *om.* $\pi\,\eta\,Br_1$ | nisi et] si etiam *B* **34** dominus] Christus α | protegat] non *praem.* *B* **36** permittat $\delta_1\,H_2\,B\,\eta\,Br_1$ | potestis] possumus *B* **38** sumus H_2 *B* | protegit $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,Y$ **39** dominus *A* $W_1\,W_2\,\eta$ | super] supra *A* H_2 **40** ille] ipse $Br_1\,P_{23}$ | ipsam] illam $Br_1\,P_{23}$ ipse ε
12,1 intende η | sequitur $\eta\,Y$ **2** protegat *lo ma*; proteget *C* **3** non *om.* H_2 η | et *om.* $S\,H_2$ **4** non[1] *om.* π (*exc.* H_1) η **6** sequitur] *K add.* per diem sol non uret te neque luna per noctem *i.e. versum 6, quem vero hoc loco desideratum et inde a l. 13 explanatum tandem in l. 58sq. invenies* **7** filii] $W_1\,W_2\,\eta$ $Br_1\,P_{23}$; filius H_2; inter filios ζ; filios *cett. ma* **8** ut *om.* $\alpha\,W_1\,W_2\,H_2\,Br_1\,Rm$; et *S* **9** scandala unde sunt *tr.* *B*

scandala, quia et duo sunt praecepta in quibus tota lex pendet et prophetae, dilectio dei et proximi. Ecclesia propter proximum diligitur, deus autem propter deum. In deo intellegitur figurate dictus sol, in ecclesia intellegitur figurate dicta luna. Quisquis potest errare, ut aliud de deo credat quam oportet – non credat patrem et filium et spiritum sanctum unius esse substantiae, deceptus est versutia haereticorum, maxime Arrianorum – si aliquid minus in filio aut minus in spiritu sancto quam in patre crediderit, passus est scandalum in deo. Quisquis rursus putaverit ecclesiam in una parte esse, et non eam cognoverit diffusam toto orbe terrarum, et crediderit eis qui dicunt: *Ecce hic est Christus, et ecce illic,* sicut modo audistis cum evangelium legeretur, cum ille totum orbem emerit, quia tantum pretium dedit, ille tamquam in proximo scandalizatur, a luna uritur. Quisquis igitur errat in ipsa substantia veritatis, a sole uritur, et per diem uritur, quia in ipsa sapientia errat de qua dictum est: *Dies diei eructat verbum.* Unde dicit et apostolus: *Spiritalibus spiritalia* comparamus. *Dies diei eructat verbum: spiritalibus spiritalia comparantes. Dies diei eructat verbum: sapientiam loquimur inter perfectos.* Quid est *et nox nocti annuntiat scientiam*? Parvulis praedicatur humilitas Christi et caro Christi et crucifixio Christi, quia ipsum est lac quod sufficit

12,10 Matth. 22, 40 **20** Matth. 24, 23 **25** Ps. 18, 3 **26** 1 Cor. 2, 13 **27** 1 Cor. 2, 6 **28** Ps. 18, 3

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

11 proximi] dilectio *praem.* $\pi\,\eta\,Br_1$ | proximum] deum in deo proximus *A* H_1 **13** dictum $\pi\,\eta\,\varepsilon$ **16** deceptus [est] versutia ..., si ... crediderit *proposuit Primmer* | versutiis η **18** deo] a sole uritur *add. K D ma* **19** unam partem *S Y* | diffusam] esse *praem.* $Br_1\,P_{23}$ **20** et[2] *om.* $W_1\,W_2\,B\,Br_1\,P_{23}$ **22** qui P_{23} Br_1 **23** scandalizatus ζ | igitur] ergo *lo ma* | in ipsa substantia veritatis errat *tr.* $W_1\,W_2\,H_2\,\eta$ **25** sapientia] substantia *B* **26** et *om.* $H_2\,Br_1$ | comparantes *ma* **27** spiritalibus ... verbum *om. S* $W_1\,W_2\,\eta\,\zeta\,Br_1\,Y$ **29** annuntiat] indicat $W_1\,W_2\,H_1\,H_2\,\varepsilon\,\zeta\,P_{23}\,Rm$ **30** et *om. B*

parvulis. Et ideo non relinquuntur in nocte parvuli, quia lucet et cc 1798
luna etiam in nocte, id est per carnem Christi praedicatur ecclesia, quia ipsa caro Christi caput ecclesiae est. Quisquis ibi non scandalizatur, in ipsa ecclesia et carne Christi, a luna non uritur. Quisquis scandalizatus non fuerit in veritate illa incommutabili 35
et incontaminabili – non in isto sole, quem nobiscum vident muscae et pecora, sed in illo sole de quo dicunt impii in fine: *Quid nobis profuit superbia? Et divitiarum iactatio quid contulit nobis? Transierunt omnia tamquam umbra*, et cum ista dixissent, *ergo* inquiunt *erravimus a via veritatis et iustitiae lumen non luxit* 40
nobis, et sol non est ortus nobis. Numquid non iste sol omnibus impiis oritur, illo instituente de quo dictum est: *Qui facit solem suum oriri super bonos et malos?* Ergo alium solem fecit deus, qui oritur super bonos et malos, istum quem vident et boni et mali; alius est autem ille sol non factus, sed genitus, per quem facta 45
sunt omnia, ubi est intellegentia incommutabilis veritatis; de ipso mi 1616
dicunt impii: *Et sol non ortus est nobis.* Quisquis in ipsa sapientia non errat, non uritur a sole. Quisquis in ecclesia et in carne domini et in his quae pro nobis temporaliter gesta sunt, non errat, non uritur a luna. Omnis autem homo, quamvis iam 50

38 Sap. 5, 8–9 40 Sap. 5, 6 42 Matth. 5, 45 47 Sap. 5, 6

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}K)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

31 in nocte] in nocente *B* 33 est ecclesiae *tr.* $\alpha S W_2 B Y \eta$ 36 incontaminabili] a sole non uritur *add.* (*Primmer approbante*) $S Y P_{23} Br_1 \zeta$ (non uritur a sole *T*) | in *om.* $\alpha S A H_1, H_2 ac.$ | istum solem *Vr S Y* | sole] non uritur *add. lo ma* 37 in[1] *om.* $W_1 W_2$ 39 omnia] illa *add.* ζ | et *om.* $W_1 W_2 \eta$ 40 lumen iustitiae *tr.* $A H_1$ 41 ortus est *tr. ma* 42 impiis *om.* $S Y$ | solem suum facit *tr. A*; solem suum oriri facit H_1 44 et[2] *om.* $B \zeta Br_1$ 45 est *om.* $H_1 ac., H_2$ 47 est ortus *tr.* $W_1 W_2 \eta Br_1$ | ipsa *om.* η 48 carne] resurrectione *B* 49 temporaliter pro nobis *tr.* $P_6 Br_1$ | temporalibus $A H_1$

crediderit in Christum, aut ibi errat, aut ibi errat, si non in illo fit quod dictum est: DOMINUS TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE. Ideo enim cum dixisset: DOMINUS TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE, quasi quaesisset ille et dixisset: 'Iam ecce est manus dexterae meae, iam elegi credere in Christum, accepi potestatem inter filios dei esse; quid est quod deus tegumentum meum est adhuc supra, id est SUPER MANUM DEXTERAE meae?', sequitur: **PER DIEM SOL NON URET TE NEQUE LUNA PER NOCTEM.** Ad hoc igitur tegumentum tuum est super manum dexterae tuae, ut non te urat sol per diem neque luna per noctem. Nam hinc intellegite, fratres, quia figurate dictum est. Etenim revera, solem visibilem si cogitemus, urit per diem: numquid luna urit per noctem? Sed quid est ustio? Scandalum. Audi apostolum dicentem: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?* *v. 6*

(13.) PER DIEM ergo SOL NON URET TE NEQUE LUNA PER NOCTEM. Quare? Quia **DOMINUS CUSTODIET TE AB OMNI MALO.** Ab scandalis in sole, ab scandalis in luna, ab omni malo te custodiat, qui est TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE, qui NON DORMIT NEQUE DORMITABIT. Et ad quam rem? Quia in tentationibus sumus. DOMINUS CUSTODIET TE AB OMNI MALO. *v. 7*

cc 1799

---

64 2 Cor. 11, 29

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

51 aut[1] *om.* ζ | aut[2] ... errat $A_1\ H_1\ D$; *om.* $\pi\ \gamma_1\ \zeta$; aut ibi non errat $\eta\ \varepsilon\ Y\ Br_1\ P_{23}$; aut ibi *K w ma* | in illo] illo $A^2\ H_1$ illi *B* | fit] fiet $W_1\ W_2\ \eta$ **53** ideo enim] et ideo *B* **57** meum] tuum $H_1\ H_2\ Y^2$; tuum eum *S Y* **59** tuum *om.* π (*exc. S*) $\eta\ Br_1$ **62** si solem visibilem *tr. B* $An_4\ An_3$; si solem visibilem si *N* uret *B* **65** non ego *tr. S* H_2

13,2 custodit *S* $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon$ **3** sole] et *add.* $\delta\ \eta\ \varepsilon$ | ab[1. 2]] *bis* a $\eta\ Br_1\ Y$ luna] et *add. B* **4** custodiet *A* $H_1\ \zeta\ Br_1$ *ma* | quis *B*, $Br_1 ac.$ **5** dormitavit α $W_1 W_2\ H_1$; dormitat *B* **6** rem *om.* $W_1\ W_2$ | custodit H_2 (*ac.*) η

CUSTODIAT ANIMAM TUAM DOMINUS. Etiam in ipsa
v. 8 anima CUSTODIAT DOMINUS INTROITUM TUUM ET EXITUM TUUM EX HOC ET USQUE IN SAECULUM. Non quasi corpus tuum – nam in corpore perempti sunt martyres –, sed CUSTODIAT ANIMAM TUAM DOMINUS, quia de anima non cesserunt martyres. Et saeviebant persecutores in Crispinam, cuius hodie natalicia celebramus; saeviebant in feminam divitem et delicatam, sed fortis erat, quia dominus tegumentum eius super manum dexterae eius, ille qui eam custodiebat. Haec enim, fratres, numquid est qui in Africa ignoret? Clarissima etiam fuit, nobilis genere, abundans divitiis, sed haec omnia sinistra erant, sub capite erant. Venit inimicus qui feriret caput, et sinistra illi obiecta est, quae erat sub capite. Caput supra erat, dextera desuper complectebatur. Quid poterat facere persecutor, quamvis delicatae feminae? Erat quidem illa et sexu infirma et divitiis forte languidior et consuetudine corporali infirmior, sed quid ad tanta munimenta? Quid ad illum sponsum mittentem sinistram sub caput, et dextera sua complectentem? Quando sic munitam percuteret inimicus? Et tamen percussit, sed in corpus. Quid autem dicit psalmus? CUSTODIAT DOMINUS ANIMAM TUAM. Anima non cessit, corpus percussum est. Et corpus ad tempus percussum est. Nam in fine

mi 1617

13,24 *cf.* Cant. 2, 6

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 13,8 custodiat *inc. K* 10 saeculum *des. K*

---

8 in ... anima] ipsam animam $\eta\ T\ \gamma_1$ 9 custodiet γ_1 10 hoc] nunc *add.* $\alpha\ \eta$ $\varepsilon\ \zeta ma$ | corpus] in *praem.* $\varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$ 11 custodiet $S\ W_1\ \varepsilon\ P_{23}$ 14 divitem] in divitem $\alpha\ W_1\ W_2\ H_2\ \eta$, et divitem $S\ Y$; debilem α_2 16 haec] hanc α_2 *ma* 17 etiam] enim ζ | fuit etiam *tr.* $\alpha\ A\ H_1$ | nobili η | genere nobilis *tr.* α genere *om.* ε 18 sed] et η 21 delicata femina $S\ Y$ 22 et^2 *om.* $\gamma_1\ \zeta ma$ 24 quid] sed *praem.* $S\ Y$ | sub capite $H_2\ B$ 25 percutere $W_1\ W_2$ 27 custodiat animam tuam dominus *tr.* $W_2\ \eta\ C\ P_6$; animam tuam dominus custodiat W_1 | cesset $W_2\ H_2$ 28 et corpus *om.* η | est^2 *om.* α

resurrecturum est. Quia et ipse qui dignatus est esse caput ecclesiae, praebuit corpus suum ad tempus percutiendum, sed carnem suam ille triduo resuscitavit, carnem nostram in fine resuscitaturus est. Ideo suscitatum est caput quo attenderet corpus, et non deficeret. CUSTODIAT ANIMAM TUAM DOMINUS. Ipsa non cedat, ipsa non frangatur scandalis in persecutionibus, in tribulationibus, ipsa non cedat deficiendo, sicut dominus dicit: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed eum timete, qui habet potestatem et corpus et animam occidere in gehenna ignis.* Hanc ergo animam tuam custodiat dominus, ne cedas persuasori malo, ne cedas promittenti falsa, ne cedas minanti temporalia, et CUSTODIAT ANIMAM TUAM DOMINUS.

cc 1800 (14.) Et deinde: CUSTODIAT DOMINUS INTROITUM TUUM ET EXITUM TUUM EX HOC ET USQUE IN SAECULUM. EXITUM EX HOC ET USQUE IN SAECULUM, nam INTROITUM ad tempus. Attende: CUSTODIAT DOMINUS INTROITUM TUUM, ET EXITUM TUUM EX HOC ET USQUE IN SAECULUM. EXITUM idem custodiat. Quid est INTROITUM? Quid est EXITUM? Quando tentamur,

35 Matth. 10, 28

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **14,5** exitum *inc. K*

29 caput esse *tr.* ζ **31** triduo] in *praem.* ζ | resuscitabit H_2; suscitavit $\alpha\ B$ finem $\alpha\ A\ O_4\ P_{23}$ **32** ideo ... est *om. B* | quod $S\ N\ \gamma_1\ T$ | et] ut ζ; *om.* W_2 **34** scandalis] $B\ \gamma\ \zeta\ ma$; in *praem. cett.* **35** cedat] $\alpha\ S\ W_1\ W_2\ P_{23}\ ma$; cadat *cett.* **37** et[1] *om.* W_2 (W_1 *lnp.*) $\gamma_1\ \zeta\ ma$ | et[1] ... animam] et animam et corpus *tr.* α | occidere] perdere *A ac.*, $Br_1\ P_{23}$; mittere η; et mittere *add. S B* **38** gehennam $A\ H_1\ \eta\ Y$ **39** minanti] promittenti *praem.* ε **40** custodit $S\ H_2\ B\ P_{23}\ Y$

14,2 hoc] nunc *add.* $\zeta\ C\ Br_1$ | exitum[2] ... saeculum $\alpha\ S\ W_1\ W_2\ T$; *om. cett. ma* **3** *ita distinxit Primmer* | nam ... 5 saeculum *om.* $F_2\ H_2\ C$ **4** introitum $A\ S\ W_1\ W_2\ Br_1$; tuum *add. cett. ma* **5** hoc] nunc *add.* $W_2\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ exitum ... custodiat *del. Primmer* | idem] *id est $\pi\ P_7\ D\ \varepsilon$

intramus; quando vincimus tentationem, eximus. Audi INTROITUM, audi EXITUM. *Vasa figuli probat fornax*, ait scriptura, *et homines iustos tentatio tribulationis.* Si sic sunt homines iusti quomodo vasa figuli, necesse est, ut vasa figuli, intrent. Et non quando intrant, iam securus est figulus, sed cum exierint. Dominus autem securus est, quia novit qui sunt eius, et novit qui in fornace non crepent. Illi non crepant, qui non habent ventum superbiae. Humilitas ergo custodit in omni tentatione, quia a convalle plorationis ascendimus cantantes canticum graduum; et custodit dominus introitum ut salvi intremus. Sana fide simus quando accidit tentatio, et custodit EXITUM EX HOC ET USQUE IN SAECULUM. Cum enim exierimus ab omni tentatione, iam in aeternum nulla nos tentatio terrebit, nulla concupiscentia saltem sollicitabit. Audi apostolum idipsum commemorantem, id quod paulo ante commemoravi: *Fidelis deus, qui non permittat vos tentari supra quam potestis ferre.* Ecce introitus tuus custoditur. Quando non tibi sinit deus accidere tentationem quam non potes ferre, introitum tuum custodit: videte si custodit exitum. *Sed faciat* inquit *cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere.* Numquid possumus nos, fratres, interpretari aliter quam ipsa verba mi 1618

14,8 Eccli. 27, 6 12 2 Tim. 2, 19 21 1 Cor. 10, 13 24 *ibid.*

adsunt π: $\alpha\,\delta$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 7 eximus *des. K* 18 cum *inc. K* 19 terrebit *des. K*

8 ait scriptura *om.* η 9 iusti *om. B* 10 intrent] fornacem *praem.* ζ *ma* 12 et *om.* $W_1\,W_2\,\eta$ 14 tentatione] tribulatione *B* | a *om.* $\alpha\,W_2\,H_1$ 16 dominus custodit *tr. A* H_1 | introitum] tuum *add.* $\alpha\,S$ | ut *om.* $\alpha\,H_2$ 17 accedit $\pi\,Br_1\,P_{23}$ | hoc] nunc *add.* $\gamma_1\,Br_1$ *ma* 20 sollicitabit] sollicitavit S W_1 W_2 | id] idipsum $\varepsilon\,P_{23}$; *om.* $\alpha\,\gamma_1$ *ma* 21 permittat] *cf. Trin. 13, 16, 18,* permittit $\alpha\,\eta\,C\,P_6$ (*vos permittit tr.* $\alpha\,P_6$); permittet *ma* 23 tibi non *tr. A* H_1 | accedere $\alpha\,A\,H_1\,B\,\eta$ 24 vide $\alpha\,A\,H_1\,H_2\,Y$ | exitum si custodit *tr. A* H_1 | exitum] et *praem. lo ma* | faciet $\eta\,Rm\,\zeta\,P_{23}$ 26 possumus] non *praem.* γ_1

apostoli docuerunt? Custodite ergo vos, sed non a vobis, quia dominus tegumentum, qui custodit, qui nec dormitat nec dormit. Semel dormivit pro nobis: surrexit; iam non dormiet.

Nemo de se praesumat. De convalle plorationis ascendimus, non remaneamus in via. Gradus in via restant; non debemus pigri remanere, non debemus superbi cadere. Dicamus deo: 'Non moveatur pes noster'. Non dormiat qui custodit vos. In nostra potestate est, si eum nobis faciamus custodem qui non dormit neque dormitat, qui custodit Israel. Quem Israel? Videntem deum. Ita erit auxilium tuum a domino, ita erit TEGUMENTUM TUUM SUPER MANUM DEXTERAE TUAE, ita custoditur introitus et exitus tuus EX HOC ET USQUE IN SAECULUM. Nam si de te praesumpseris, motus est pes tuus; si motus est pes, iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cades, si superbus es, quia humilis in convalle plorationis dicit: NE DES AD MOVENDUM PEDEM MEUM.

cc 1801 (15.) Etsi brevis psalmus est, longa tamen tractatio, et longus sermo. Putate, fratres, quia per natalem beatae Crispinae invitavi vos, et immoderatior fui in convivio producendo. Nonne posset hoc vobis fieri, si quis vos militaris invitaret, et ad mensam sine mensura bibere cogeret? Liceat nobis hoc facere in

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

28 tegumentum] tuum *add.* $\alpha\,H_1\,B\,\eta\,\varepsilon$ | nec[1]] non $\varepsilon\,P_{23}$ | nec[2]] neque H_2 $\varepsilon\,P_{23}$ 29 dormitavit ε | dormitat $\varepsilon\,Y$ 30 nemo de *om.* α | se] sed α 31 gradus ... restant *om.* η 32 remanere] in via *praem.* $H_2\,\varepsilon\,P_{23}\,Y$ 33 dormiet *C lo ma*; dormitat $A\,H_1$ | vos] nos *ma* 34 est] deo donante *add.* $\varepsilon\,\zeta$ $P_{23}\,Y\,ma$ | facimus $H_1\,S\,H_2\,Br_1\,Y$ | qui] quia H_2; quia ipse $\pi\,\eta\,Br_1\,Y$ 37 tuum *om.* $\delta_1\,W_1\,W_2\,\gamma_1\,T\,Br_1$ 38 introitus] tuus *add.* $P_6\,lo\,ma$ | hoc] nunc *add.* $\alpha\,\eta\,P_6\,ma$ 39 pes[2]] tuus *add.* $\varepsilon\,T$ | iam] etiam $W_1\,W_2$ 40 cadis $\alpha\,S\,W_1\,W_2\,H_2\,B\,\eta\,P_{23}\,Br_1\,Y$ 41 dicis $W_1\,W_2\,\varepsilon\,P_{23}$; dices η

15,2 per] pro η; *om.* O_4 propter $O_4 pc.$ | natale η 3 vos] hos $W_1\,W_2$ 4 possit $A\,H_1\,B$ | et *om.* $H_1\,Br_1$ 5 mensuram $\alpha\,S\,B$ | facere] vobis *add.* α

sermone divino, ut inebriemini et satiemini, quemadmodum et dominus pluvia sua temporali terram dignatus est irrigare, ut cum maiore gaudio nos non sineret ire ad locum martyrum, sicut hesterno die promiseramus. Illi enim martyres sine labore hic sunt nobiscum.

IN PSALMUM CXXI

(1.) Sicut amor immundus inflammat animam, et ad terrena concupiscenda et peritura sectanda perituram vocat, et in ima praecipitat atque in profunda demergit, sic amor sanctus ad superna elevat, et ad aeterna inflammat, et ad ea quae non transeunt neque moriuntur, excitat animam, et de profundo inferni levat ad caelum. Habet tamen omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in anima amantis: necesse est ducat. Sed vis nosse qualis amor sit? Vide quo ducat. Non ergo monemus ut nihil ametis, sed monemus ne mundum ametis, ut eum qui fecit mundum, libere ametis. Obligata enim anima amore terreno, quasi viscum habet in pennis: volare non potest. Mundata vero ab affectibus sordidissimis saeculi, tamquam extensis pennis et

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **15,10** nobiscum *des. S*
in ps. CXXI,1,1 – 14,9 *K huius Enarrationis excerpta ita retractata habet, ut uniuscuiusque saepius neque initium neque finis indicari possit.*

6 divino sermone *tr. C ma* | ut] et γ_1 | inebriamini γ_1 | et^2 *om. A* H_1 7 dignatus est terram *tr. lo ma* 8 non *om.* $W_1\,W_2$ *ma*; *exp.* O_4 9 hesterna *A* $H_1\,\eta$ 10 nobiscum] amen *add.* $\alpha\,W_1\,W_2\,B\,\eta$
in ps. CXXI,1,1 et *om. Vr* $\alpha_2\,B$ | a terrena concupiscentia γ_1 2 peritura $W_1\,Y\,O_4$ 3 profundo $H_2\,Br_1$ 4 levat γ_1 | et^2 *om.* $\pi\,Br_1$ 7 animam $W_1\,W_2\,Y$ | ducat] ut *praem.* δ_1 8 ergo] enim ζ 10 anima enim *tr.* $\varepsilon\,Rm$ | terreno (-a W_1) amore *tr.* $W_1\,W_2\,\eta$ | quasi] quia α 12 extentis $\alpha\,B\,Br_1$ | et] e *B*

duabus alis resolutis ab omni impedimento, id est duobus praeceptis dilectionis dei et dilectionis proximi volat. Quo, nisi ad deum ascendens volando, quia ascendit amando – quod antequam possit, gemit in terra, si iam inest ei volandi desiderium, et dicit: *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam?* – quo autem volabit, nisi de mediis scandalis, ubi gemebat etiam iste cuius haec vox est quam commemoravi? De mediis ergo scandalis, a commixtione malorum hominum, a palea quibus grana commixta sunt, volare vult ubi non patiatur coniunctionem et societatem iniqui alicuius, sed vivat in sancta societate angelorum civium in aeterna Ierusalem.

(2.) Ideo psalmus iste, quem hodie suscepimus tractandum sanctitati vestrae, ipsam Ierusalem desiderat, id est iste qui ascendit in hoc psalmo. Est enim CANTICUM GRADUUM, quod saepe diximus caritati vestrae, quia non sunt gradus isti descendentium, sed ascendentium. Ascendere ergo vult iste. Et quo vult ascendere, nisi ad caelum? Quid est in caelo? Utrum ideo vult ascendere, ut sit cum sole et luna et stellis? Absit! Sed est in caelo aeterna Ierusalem, ubi sunt cives nostri angeli: ab ipsis civibus nostris peregrinamur in terra. In peregrinatione suspiramus, in civitate gaudebimus. Invenimus autem et socios in ista peregrinatione, qui iam viderunt ipsam civitatem, et invitant nos ut curra-

mi 1619 cc 1802

---

in ps. CXXI,1,13 Matth. 22, 37–40 **17** Ps. 54, 7

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

15 ascendit ζ | quia] qui $\gamma_1\,T\,Y$ **16** posset $W_1\,W_2\,\varepsilon\,C\,Y$ **18** volavit $W_1\,W_2\,B\,\varepsilon\,\gamma_1$ | nisi *om.* $B\,\eta\,\varepsilon\,C\,P_6$ **19** vox haec *tr.* α **20** palea cui $\delta_1\,\eta\,An_4^1$; paleis quibus $T\,ma$ **22** sancta *om.* η | sanctam societatem *B*; societatem (*om.* sanctam) η

2,1 suscipimus $W_2\,B$ **5** vult ergo *tr.* δ_1 **6** ad] in $W_1\,W_2\,ma$ | caelo] caelum *B ac.*, $P_{23}\,Br_1\,P_6$ **8** ibi $\delta_1\,W_1\,W_2$ **9** in[3]] sed *praem.* $W_1\,W_2$ **10** et *om.* $\alpha\,H_2$

v. 1 mus ad illam. Ad hos gaudet iste qui et dicit: IUCUNDATUS SUM IN HIS QUI DIXERUNT MIHI: IN DOMUM DOMINI IBIMUS. Fratres, veniat in mentem caritati vestrae, si qua forte festivitas martyrum et locus aliquis sanctus nominatus, quo certo die turbae confluant ad celebrandam sollemnitatem, illae turbae quomodo se exsuscitant, quomodo se hortantur et dicunt: 'Eamus, eamus'. Et quaerunt: 'Quo eamus?' Et dicitur: 'Ad illum locum, ad sanctum locum'. Invicem sibi loquuntur, et tamquam incensi singillatim faciunt unam flammam, et ipsa una flamma facta ex collocutione sese accendentium rapit illos ad locum sanctum, et cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locum corporalem sic rapit amor sanctus, qualis amor debet esse qui concordes rapit in caelum et dicentes sibi: IN DOMUM DOMINI IBIMUS? Ergo curramus, curramus quia in domum domini ibimus. Curramus, et non fatigemur, quia illuc perveniemus, ubi non lassabimus. Curramus in domum domini, iucundetur anima nostra in his qui ea nobis dicunt. Qui enim ea nobis dicunt, priores viderunt ipsam patriam de longinquo clamantes ad posteriores: IN DOMUM DOMINI IBIMUS, ambulate, currite. Viderunt illam apostoli, et dixerunt nobis: 'Currite, ambulate, sequimini, IN DOMUM DOMINI IBIMUS'. Et quid dicit et unusquisque nostrum? IUCUNDATUS SUM IN HIS QUI DIXERUNT MIHI: IN DOMUM DOMINI IBIMUS. Iucundatus sum in prophetis, iucundatus sum in

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

12 hoc γ_1 | qui *om.* B | et *om.* $W_1\ W_2\ K\ \zeta$ 13 quae dixerunt $A^2\ K\ Br_1$; quae dicta sunt $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1$ 14 mente α | festivitas] est *add.* $Br_1\ P_{23}$ 15 nominatur $W_1\ W_2\ \zeta\ ma$ 16 confluunt $\alpha\ \gamma_1$ | ad *om.* δ_1 | celebrandum $H_2\ \eta$ | festivitatem B Y | turbae[2] *om.* ζ 17 excitant $\alpha\ B\ P_6$; suscitant η se[2] *om.* η 19 locum sanctum *tr.* δ_1 20 unam *om.* α 21 accedentium $H_1\ \varepsilon$ 23 temporalem $W_1\ W_2\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta P_{23}\ Y$ 24 in[1]] ad B | et *om.* δ_1 25 curramus[1] *om.* $K\ H_2$ 27 lassabimur $\alpha\ \delta_1 B\ An_4\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ ma$ 28 qui[1]] quae αB | ea[1] *om.* $W_1\ W_2\ B$ | enim *om.* α | ea enim *tr.* δ_1 | ea nobis[2] nobis ea *tr.* $H_2\ Br_1$ 32 et[2] *om.* δ (*exc.* B) C *ma* 33 quae dicta sunt η, quae $A^2\ An_4\ \gamma_1\ Br_1$

apostolis. Omnes enim isti dixerunt nobis: IN DOMUM DOMINI IBIMUS.

(3.) STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM. *v. 2*
Ecce habes domum domini, si quaerebas quid sit domus domini. In illa domo domini laudatur qui condidit domum; ipse deliciae omnium habitantium in domo; ipse sola spes hic, et res ibi. Ergo
mi 1620 qui currunt, quid debent cogitare? Quasi ibi iam sint, et ibi stent. Magnum enim est ibi stare inter angelos, et non deficere. Qui enim inde lapsus est, *in veritate non stetit*. Quicumque non sunt lapsi, in veritate stant. Et ille stat, qui deo fruitur. Qui autem se
cc 1803 frui voluerit, cadit. Quis autem se frui vult? Qui superbus est. Ideo ille qui semper stare volebat in atriis Ierusalem *in lumine tuo* inquit *videbimus lumen*, non in lumine meo. Et *apud te* inquit *fons vitae*, non apud me. Et quid adiecit? *Non veniat mihi pes superbiae neque manus peccatorum dimoveat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Si ergo illi non potuerunt stare, quia superbi fuerunt, humiliter ascende, ut dicas: STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM. Cogita qualis ibi futurus sis, et quamvis adhuc in via sis, hoc tibi pone ante oculos, quasi ibi stes, quasi iam inter angelos indeficiens gaudeas, et fiat in te quod dictum est: *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te.* STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM. Cuius Ierusalem? Solet enim

---

3,7 Ioh. 8, 44 10 Ps. 35, 10 12 Ps. 35, 12*sq.* 19 Ps. 83, 5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S *K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

3,1 atriis] tuis *add.* $\eta\ \varepsilon\ Y$ 2 domus] domum *Vr C*; illa *praem.* α_2 4 ipsa *Vr N C* 6 enim *om.* $W_1\ W_2$ 9 frui se *tr.* η 10 atriis] tuis *add. B* | inquit tuo *tr.* $W_1\ W_2\ B\ \eta\ Br_1$ 13 neque ... peccatorum] et m. p. non $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ *ma* | dimoveant $W_1\ W_2\ B\ Y$; moveat $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ *ma* | qui] omnes *praem.* $\zeta\ \gamma_1$ *ma* (*cf. 131,14,7; 120, 5, 28*) 14 nec] non *mi* 18 quasi[1]] iam *add.* $\delta_1\ W_1\ W_2$, H_2*pc.* 20 tua] domine *add. B* ε 21 atriis] tuis *add. B* ε

dici et ista Ierusalem, sed ista Ierusalem umbra est illius. Et quid magnum est stare in ista Ierusalem, quando ista Ierusalem stare non potuit, quae in ruinam conversa est? Hoc ergo pro magno spiritus sanctus ex inflammato corde amantis huius eloquitur, quia dicit: STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM? Nonne illa est Ierusalem, cui dixit dominus: *Ierusalem, Ierusalem, quae interficis prophetas, et lapidas missos ad te*? Quid magnum ergo iste concupiscebat, stare inter illos qui interficiebant prophetas, et lapidabant missos ad se? Absit ut de ista Ierusalem sic cogitet qui sic amat, qui sic ardet, qui sic vult pervenire ad illam Ierusalem matrem nostram, de qua dicit apostolus *aeternam in caelis.*

(4.) Audi postremo, noli mihi credere, audi quid sequatur, et quam Ierusalem designet mentibus nostris. Cum enim dixisset: STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM, quasi diceretur illi: 'De qua Ierusalem dicis? De qua Ierusalem loque-
v. 3 ris?', subiecit statim: **IERUSALEM QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS.** Fratres, quando dicebat ista David, perfecta erat illa civitas, non aedificabatur. Nescio quam ergo civitatem dicit, quae modo aedificatur, ad quam currunt in fide lapides vivi, de quibus dicit Petrus: *Et vos tamquam lapides vivi coaedificamini in domum spiritalem,* id est templum sanctum dei. Quid est *lapides vivi coaedificamini*? Vivis, si credis; si autem credis, efficeris templum

---

27 Matth. 23, 37 31 Gal. 4, 26 32 2 Cor. 5, 1 4,9 1 Petr. 2, 5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

23 erat α | ista[1]] istam $B\ W_1\ W_2$ | ista[2]] ipsa $\pi\ \eta$ **25** sanctus] loquitur *add.* α **26** atriis] tuis *add.* B **27** non α **31** amant $W_1\ W_2$
4,1 sequitur $\alpha\ \varepsilon$ **2** designat α **4** de[1] ... dicis *om.* $W_1\ B$ | de[2] ... loqueris *om.* η **6** ista *om.* $K\ C$ **8** quam] iam *add.* $\varepsilon\ P_{23}\ Br_1^2\ Y$ | currimus ε **9** aedificamini $H_2\ \eta$ **11** si[2] ... credis *om.* η

dei, quia dicit apostolus Paulus: *Templum enim dei sanctum est, quod estis vos.* Ipsa ergo modo civitas aedificatur; praeciduntur de montibus lapides per manus praedicantium veritatem, conquadrantur ut intrent in structuram sempiternam. Adhuc multi lapides in manibus artificis sunt; non cadunt de manibus artificis, cc 1804 ut possint perfecti coaedificari in structuram templi. Est ergo ista IERUSALEM QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS: fundamentum mi 1621 ipsius Christus est. Dicit apostolus Paulus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Fundamentum quando ponitur in terra, desuper aedificantur parietes, et pondus parietum ad ima tendit, quia in imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum nostrum in caelo est, ad caelum aedificemur. Corpora aedificaverunt istam instructuram quam videtis amplam surrexisse huius basilicae, et quia corpora aedificaverunt, fundamentum in imo posuerunt. Quia vero spiritaliter aedificamur, fundamentum nostrum in summo positum est. Illuc ergo curramus, ubi aedificemur, quia de ipsa Ierusalem dictum est: STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM. Sed quam Ierusalem? IERUSALEM QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS. Parum dixit, ut ostenderet Ierusalem, quia dixit: UT CIVITAS AEDIFICATUR; adhuc potest illa corporalis

12 1 Cor. 3, 17 19 1 Cor. 3, 11

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

12 Paulus apostolus *tr.* $\pi\ \eta\ Y$; Paulus *om.* $K\ Br_1$ 13 civitas modo *tr.* $W_1\ W_2\ Br_1$ | civitas] ut *praem.* B 14 manum $\pi\ Br_1$ | conquadrati $W_1\ W_2\ H_2\ \eta$ 16 manibus[1]] manus $\delta_1\ B$ | artificis[1]] artificum α | cadant $A\ B\ H_2\ W_1\ Gt$; cadent $W_2\ \eta\ P_{23}$ 19 eius $W_1\ W_2\ \eta$ | Paulus apostolus *tr.* $\alpha\ W_1$ | fundamentum] enim *add.* $W_1\ W_2\ H_2\ \varepsilon\ P_{23}\ ma$ 20 quod[2]] id η 24 aedificemur] aedificatur N; aedificantur An_4 | istam] in *praem.* B 25 structuram $A\ H_2\ Y\ \zeta$ 27 nostrum *om.* $W_2\ H_2$ 28 ibi $\alpha\ \delta_1\ H_2\ Br$ 30 sed ... Ierusalem *om.* B quam] *cf. infra*; cuius $D\ ma$ 31 Ierusalem ostenderet *tr.* δ_1 32 aedificatur (-bitur η) ut civitas *tr.* $\delta\ \eta\ Y$ | intellegi corporalis *tr.* δ_1

intellegi. Quid si enim exsistat aliquis et dicat: 'Iam quidem et cum ista dicerentur temporibus David, et ista canerentur, erat civitas illa perfecta, sed videbat in spiritu ruituram, et iterum aedificandam. Expugnata est enim illa civitas, et factus est transitus in Babyloniam populi captivati, et dicta est ista in scripturis transmigratio in Babyloniam. Et prophetavit Ieremias post septuaginta annos captivitatis aedificari posse illam civitatem quae destructa erat a debellantibus'? Forte ait aliquis: 'Hoc videbat David in spiritu, ruituram civitatem Ierusalem a debellantibus, et iterum posse post septuaginta annos aedificari, et ideo dixit: IERUSALEM QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS. Noli ergo putare illam civitatem esse dictam quae constat ex sanctis, tamquam lapidibus vivis'. Quid sequitur, ut tollat totam dubitationem? Ait enim: STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM; sed quam dico Ierusalem? Non istam, inquit, quam videtis stare corporeis parietibus erectam, non, sed IERUSALEM QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS. Quare non civitas, sed UT CIVITAS, nisi quia ista structura parietum, quae erat in Ierusalem, visibilis civitas erat, sicut proprie dicitur ab omnibus civitas, illa autem aedificatur tamquam civitas quia et illi qui in eam intrant *vivi tamquam lapides sunt*: non enim vere lapides sunt. Sicut illi ut

34 *cf.* 4 Reg. 25, 11 37 *cf.* Mt. 1, 11 38 Ier. 25, 12 52 1 Petr. 2, 5

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

33 quid si] quis *B* | enim si *tr.* ζ | et^2 *om.* $\pi\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}$ 37 ista *om.* δ_1 39 posse aedificari *tr.* $W_1\ W_2$ 42 posse *om.* $\delta_1\ Y$ 43 putare] dubitare Br_1 *ras.*, *Y* 45 lapidibus] ex *praem.* $\delta_1\ W_1\ W_2\ Gt\ \varepsilon\ \gamma_1\ P_{23}\ Y\ \zeta$ | quid] et *praem.* α 46 atriis] tuis *add.* *B* Y^2 47 non] an $A^2\ B$; numquid ζ | inquit *om.* ζ 50 quia *om.* γ_1 | ista *om.* α | instructura η | Ierusalem] visibili *add.* α visibili $H_2\ \eta$ 52 tamquam] ut $W_1\ W_2\ \eta$ | ea π (*exc. B*) Br_1 | tamquam vivi *tr.* ζ 53 illi ... sic] alii lapides non lapides sicut γ_1; illi lapides non lapides sunt alii lapides non lapides sicut $\varepsilon\ Br_1\ P_6\ Y$ (*post* illi *add.* ut P_6; ut *add. post* alii Br_1)

cc 1805 lapides non lapides, sic illa UT CIVITAS non civitas. Quia dixit
55 AEDIFICATUR, nomine quippe aedificii structuram compagemque corporum atque parietum voluit intellegi. Nam civitas proprie in hominibus habitantibus intellegitur. Sed manifestavit nobis civitatem se urbem dixisse quia dixit: AEDIFICATUR. Et quia aedificium spiritale similitudinem habet quandam ad aedificium corporale, ideo AEDIFICATUR UT CIVITAS. (5.) Sed dicat quod sequitur, auferat omnem dubitationem, quia non carnaliter debemus accipere Ierusalem, IERUSALEM QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS.

5 CUIUS PARTICIPATIO EIUS IN IDIPSUM. Iam modo, fratres, quisquis erigit aciem mentis, quisquis deponit caliginem carnis, quisquis mundat oculum cordis, elevet et videat. Quid est IDIPSUM? IDIPSUM. Quomodo dicam, nisi IDIPSUM? Fratres, si potes-
mi 1622 tis, intellegite IDIPSUM. Nam et ego quidquid aliud dixero, non
10 dico IDIPSUM. Conemur tamen quibusdam vicinitatibus verborum et significationum perducere aciem mentis, perducere infirmitatem mentis ad cogitandum IDIPSUM. Quid est IDIPSUM? Quod semper eodem modo est, quod non modo aliud et modo aliud est. Quid ergo est IDIPSUM, nisi quod est? Quid est quod
15 est? Quod aeternum est. Nam quod semper aliter atque aliter est,

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

---

55 nomine] nonne *Rm P*$_3$ **56** in *om.* δ_1; *eras.* H_2 **57** se nobis civitatem W_1; se (*suprascr.*) in nobis civitatem W_2 **59** spiritalem $\delta_2\ \varepsilon$ | quandam habet *tr.* $\gamma\ \zeta P_{23}$ | ad ... corporale] ad (*om. C*) aedificium spiritale similitudinem corporalem habet γ; aedificium corporale *Vr* H_2; aedificii corporalis α_2 *Vr*^{2} H_2^2 *ma*

5,1 sed] ut *B* **2** auferat] et *praem. X ma* **3** Ierusalem^2 *B*; *om. cett. ma* **5** modo] ergo $\gamma\ \zeta$ **7** quid ... idipsum^3] *distinxit Primmer* | idipsum quid est *tr. C ma* **9** et *om.* π (*exc. B*) **10** conemur] contempnemur γ_1 **11** perducere^1 ... mentis^2] $W_1\ W_2\ Gt\ \eta\ \varepsilon$; perducere infirmitatem mentis $\alpha\ \delta_1\ H_2\ B\ \zeta\ \gamma_1$ *Br*$_1$ *Y ma*; perducere aciem mentis $P_7\ P_{23}$ **14** est ergo *tr. lo ma* | ergo ... est^5 *om.* $W_1\ W_2$ **15** quod^1] nisi *praem.* $W_1\ W_2\ B\ Y$ | aeternum] in *praem.* α

non est, quia non manet; non omnino non est, sed non summe est. Et quid est quod est, nisi ille qui, quando mittebat Moysen, dixit illi: *Ego sum qui sum*? Quid est hoc, nisi ille, cui cum diceret famulus eius: *Ecce mittis me; si dixerit mihi populus: 'Quis te misit?', quid dicam ei?*, nomen suum noluit aliud dicere quam *Ego sum qui sum*, et adiecit et ait: *Dices itaque filiis Israel: 'Qui est misit me ad vos'*? Ecce IDIPSUM: *Ego sum qui sum; qui est, misit me ad vos.* Non potes capere: multum est intellegere, multum est apprehendere. Retine quod pro te factus est, quem non possis capere. Retine carnem Christi, in quam leveris aegrotus, et a vulneribus latronum semivivus relictus, ut ad stabulum perducereris, et ibi sanareris. Ergo curramus ad domum domini, et perveniamus ad civitatem ubi stent pedes nostri, civitatem QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS, CUIUS PARTICIPATIO EIUS IN IDIPSUM. Quid enim debes tenere? Quod pro te factus est Christus, quia ipse est Christus, et ipse Christus recte intellegitur: *Ego sum qui sum*, quomodo est in forma dei. Ubi *non rapinam arbitratus est esse aequalis deo*, ibi est IDIPSUM. Ut autem tu efficiaris particeps in idipsum, factus est ipse prior particeps tui, *et verbum caro factum est*, ut caro participet verbum. Quia vero quod *verbum caro factum est et habitavit in nobis* ex semine venit Abraham – promissum est autem Abrahae et Isaac et Iacob quod ex semine eorum benedice-

5,19 Ex. 3, 13 **20** *ibid.* 14 **25** *cf.* Luc. 10, 30–34 **32** Phil. 2, 6 **34** Ioh. 1, 14 **36** *cf.* Gen. 22, 18

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

18 cui] qui *C ma* **19** mittes $W_1\ W_2\ H_2\ B\ Y$ | mihi *om.* $H_1\ \gamma_1$ **20** aliud noluit *tr.* $B\ Y$ **21** filiis *om.* γ_1 **22** ecce ... vos *om.* $Vr\ \alpha_2\ C$ **23** potest $W_1\ W_2\ O_4$ **24** posses $\alpha\ W_1\ W_2\ H_2\ \eta\ ma$; potes $P_6\ P_{23}\ Br_1$ **25** qua $\alpha\ \delta_1\ W_1\ H_2$ | levaberis α; levabaris *C ma* **26** ut] et $\varepsilon\ Rm\ Y$; *om.* ζ | perducaris ζ **27** saneris ζ | ergo] et π (*exc.* $H_1\ B$) **31** recte] rex *B* **32** rapina ε | esse] se *add.* α *C* | aequalem $Vr^2\ \alpha_2\ Gt$ **33** ubi *A ac.*, $W_1\ W_2$ | efficiaris tu *tr. C ma* **34** particeps tui prior *tr.* $W_1\ W_2$ **37** ex] in $\alpha\ W_1\ W_2\ \eta$

cc 1806 rentur omnes gentes, et inde videmus ecclesiam toto orbe diffusam –, loquitur ad infirmos deus. Firmitatem cordis quaesivit, cum diceret: *Ego sum qui sum*; firmitatem cordis quaesivit, et aciem contemplationis erectam, cum dixit: *Qui est misit me ad vos.* Sed nondum habes forte contemplationem: noli deficere, noli desperare. Qui est voluit esse homo, ut tu es; et ideo secutus ait Moysi quasi expavescenti nomen – quod nomen? 'Quod est est'–: *Et dixit* inquit *dominus ad Moysen: 'Ego sum deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob; hoc mihi nomen est in aeternum.* Noli de te desperare, quia dixi: *Ego sum qui sum'*, et '*Qui est misit me ad vos,* quia tu modo fluctuas, et mutabilitate rerum et varietate mortalitatis humanae percipere non potes quod est IDIPSUM. Ego descendo, quia tu venire non potes. *Ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob.* In semine Abraham spera aliquid, ut confirmari possis ad videndum qui venit ad te in semine Abrahae'.

mi 1623 (**6.**) Ergo hoc est IDIPSUM de quo dictum est: *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Ecce IDIPSUM, cuius *anni non deficient.* Fratres, nonne anni nostri quotidie deficiunt, nec stant omnino? Nam et qui venerunt, iam non sunt, et qui futuri sunt, nondum sunt; iam illi defecerunt, et illi defecturi venturi sunt. In hoc ergo ipso uno die, fratres, ecce modo loquimur, in momento est, praeteritae horae transierunt, futurae nondum venerunt; et cum venerint, et ipsae transibunt,

---

45 Ex. 3, 15 **47** Ex. 3, 14 **6,1** Ps. 101, 27–28

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

---

42 fortem $\pi\ \eta$ **43** es] esses in deo *B* **44** quod[2] ... est[2]] qui est ζ **47** de te *om.* $W_1\ W_2$ **49** idipsum] nomen *add.* δ_1 **52** posses *B*
6,3 anni[2] *om. B Y* **6** in ... 9 deficient] *distinxit Müller* | uno ipso *tr.* $W_1\ W_2\ \eta$ | ... fratres – ecce modo loquimur, in momento est – praeteritae horae ... *distinxit Müller* **7** loquimur] quod *praem.* ζ *X ma*

deficient. Qui sunt anni qui non deficiunt, nisi qui stant? Si ergo ibi anni stant, et ipsi anni qui stant unus annus est, et ipse unus annus qui stat unus dies est, quia ipse unus dies nec ortum habet nec occasum, nec inchoatur ab hesterno nec excluditur a crastino, sed stat semper ille dies, et quod vis vocas illum diem: si vis anni sunt, si vis dies est – quodcumque cogitaveris, stat tamen; ipsius stabilitatis participat illa civitas cuius participatio est IN IDIPSUM –, merito ergo, quia illius stabilitatis fit particeps, dicit iste qui illuc currit: STANTES ERANT PEDES NOSTRI IN ATRIIS IERUSALEM. Omnia enim ibi stant, ubi nihil transit. Vis et tu ibi stare et non transire? Illuc curre. IDIPSUM nemo habet ex se. Intendite, fratres, corpus habet, non est IDIPSUM, quia non in se stat. Mutatur per aetates, mutatur per mutationes locorum ac temporum, mutatur per morbos et defectus carnales: non ergo in se stat. Corpora caelestia non in se stant: habent quasdam mutationes suas, etsi occultas; certe de locis in loca mutantur, ascendunt ab oriente in occidentem, et rursus circumeunt ad orientem: non ergo stant, non sunt IDIPSUM. Anima humana nec ipsa stat. Quantis enim mutationibus et cogitationibus variatur. Quantis cc 1807 voluptatibus immutatur. Quantis cupiditatibus diverberatur atque distenditur. Mens ipsa hominis, quae dicitur rationalis, mutabilis est, non est IDIPSUM. Modo vult, modo non vult; modo scit, modo nescit; modo meminit, modo obliviscitur: ergo IDIPSUM nemo habet ex se. Qui voluit ex se habere IDIPSUM, ut

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}S\,K)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

9 deficient] et *praem.* $H_2\,\zeta X$; deficiunt π 10 annus *om.* $\delta_1\,K$ 14 stet $\delta_1\,K\,Y$ 15 stabilitas α 17 illic γ_1 | atriis] tuis *add.* $B\,Y$ 18 ubi] ibi $W_1\,W_2$ 19 et ... illuc *om.* α 20 corpus] quod *praem.* $X\,ma$ 21 mutatur[1] ... 23 stat] *distinxit Müller* 22 in se *om.* α 23 stat] stant $W_1\,W_2\,B\,\eta\,\varepsilon\,Y$ | corpora] et *praem.* α | non] ergo *add.* $\eta\,\varepsilon$ 25 occidente $\alpha\,W_1\,W_2\,B\,Y$ 26 stat] in se *praem.* $W_1\,W_2$ 28 voluntatibus $B\,\eta\,\varepsilon$ | diversatur $\gamma_1\,P_6$ 29 discinditur $\alpha\,A\,B\,ma$; discenditur H_1; descenditur H_2 | rationabilis ε

quasi ipse sibi esset IDIPSUM, lapsus est; cecidit angelus, et factus est diabolus. Propinavit homini superbiam, deiecit secum invidentia eum qui stabat. Isti sibi voluerunt IDIPSUM esse; sibi principari, sibi dominari voluerunt: noluerunt habere vere dominum, qui vere est IDIPSUM, cui dictum est: *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es.* Iam ergo post tantum languorem, post tantos morbos, difficultates, labores, redeat anima humiliata ad IDIPSUM, et sit in illa civitate CUIUS PARTICIPATIO EIUS IN IDIPSUM.

(7.) ILLUC ENIM ASCENDERUNT TRIBUS. Quaerebamus *v. 4* enim quo ascendat qui cecidit, quia diximus: ascendentis hominis vox est, ascendentis ecclesiae. Putamusne quo ascendit? Quo it, quo erigitur, quo ascendit, ILLUC ASCENDERUNT inquit TRIBUS. Quo ascenderunt tribus? In civitatem CUIUS PARTICIPATIO EIUS IN IDIPSUM. Ergo illuc ascenditur, in Ierusalem. Homo autem qui mi 1624 descendebat de Ierusalem in Iericho, incidit in latrones. Non descenderet, et non incideret in latrones. Quia vero descendendo incidit in latrones, ascendendo veniat ad angelos. Ascendat ergo, quia ascenderunt tribus. Sed qui sunt tribus? Multi noverunt, multi non noverunt. Sed et nos qui novimus, descendamus ad

34 *cf.* Gen. 3, 1 37 Ps. 101, 27*sq.* 7,7 Luc. 10, 30

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

33 cecidit] et *praem. B* 35 isti] qui *add.* $\varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 36 vere] verum $Y\ X\ P_{23}$ *ma*; *om.* $P_6\ Br_1$ *exp. T* | deum $C\ P_6$ 38 iam] heia η 40 eius *om.* α; est $W_1\ W_2$; est *add.* $\eta\ \varepsilon\ P_{23}$

7,1 tribus *om.* $W_1\ W_2$ 2 enim *om.* $A\ W_1\ W_2\ H_2\ \eta\ Br_1\ Y$ | ascendebat B 3 est *om.* α | ascendentis] et *praem.* $P_6\ Br_1$ | ecclesiae] ecclesia *add.* $An_3\ An_4$ | quo ascendit *om.* $H_1\ \gamma_1$ 4 illuc] enim *add.* $\delta_1\ W_2\ B\ \varepsilon\ P_6$ 5 civitate $\alpha\ B$ | eius] est $W_1\ W_2\ \eta$; *om.* B 6 ascenderunt $\alpha\ H_2\ B$ 7 de] ab $W_1\ W_2\ \eta$ incedit B | non] si *praem.* $\varepsilon\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 8 et] ut $W_1\ W_2$; *om.* $An_4\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ | incederet B; cederet δ_1 9 incedit BH 10 quia] quo $W_1\ W_2$ | qui] $W_1\ W_2\ B\ \eta\ C\ Br_1\ Y$; quid $\alpha\ \delta_1\ H_2\ P_{23}\ Rm\ P_3\ T$; quae $P_6\ ma$ 11 multi] et *praem.* $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ P_{23}$

illos qui non noverunt tribus, ut nobiscum ascendant quo ascenderunt tribus. Tribus alio nomine dici possunt curiae, sed non proprie. Itaque tribus uno nomine alio proprie dici non possunt, sed vicino dicuntur curiae. Nam proprie si dixerimus curias, non intelleguntur nisi curiae quae sunt in civitatibus singulis singulae; unde curiales et decuriones, id est quod sint in curia vel decuria; et nostis quia tales curias singulas habent singulae civitates. Sunt autem vel erant aliquando in istis quoque civitatibus curiae etiam populorum; et una civitas multas curias habet, sicut Roma triginta quinque curias habet populi. Hae dicuntur tribus. Has populus Israel duodecim habebat, secundum filios Iacob.

(8.) Duodecim tribus erant populus Israel: sed erant ibi mali, erant ibi boni. Quam enim malae tribus quae crucifixerunt dominum! Quam bonae tribus quae cognoverunt dominum! Illae ergo tribus quae crucifixerunt dominum, tribus sunt diaboli. Cum ergo hic diceret: ILLUC ASCENDERUNT TRIBUS, ne omnes cc 1808 tribus intellegeres, addidit: **TRIBUS DOMINI.** Quid est TRIBUS DOMINI? Quae cognoverunt dominum. Ex ipsis enim duodecim tribubus malis, erant ibi boni de bonis tribubus quae cognoverunt fabricatorem civitatis, et ipsa erant grana inter illas tribus, quae inter paleas commixta sunt. Ascendunt autem, non cum

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

15 curias *om.* δ_1; *eras.* H_2 16 intellegentur α W_1 W_2 *B* H_2 17 unde] dicuntur *add.* ζ 18 singulas *om.* W_1 W_2 *B* 19 erunt γ *T* P_{23} *Y* 20 curias multas *tr.* δ_1 | habet curias *tr.* W_1 W_2 | habent *B* 21 haec *C Rm* 22 habet γ_1 filios] numerum filiorum W_1 W_2

8,1 erant populus ε P_{23}; erat populus γ_1 P_6; erant populi π η *Br*$_1$ *T ma* 2 erant] et *praem. C ma* | ibi erant *tr.* W_1 W_2 | qui α *B Br*$_1$ 5 illuc] enim *add. X ma* 8 tribubus[1]] tribus π *Br*$_1$ | malis] mali ε *Rm Br*$_1$ *Y*; erant ibi mali ζ | boni] et *praem. B* | tribubus[2]] tribus π 9 tribus illas *tr.* δ_1 10 ascendit γ_1; ascenderunt *lo ma*

paleis, sed tribus purgatae, electae, quasi tribus domini. ILLUC ASCENDERUNT TRIBUS, TRIBUS DOMINI. Quid est TRIBUS DOMINI? TESTIMONIUM ISRAEL. Hoc quid sit, fratres, audite: TESTIMONIUM ISRAEL, id est in quibus cognoscatur quia est vere Israel. Quid est enim Israel? Interpretatio nominis eius dicta est iam, et saepe dicatur: forte enim, etsi recens dicta est, excidit. Dicendo nos faciamus ut non excidat etiam eis qui legere non noverunt aut nolunt: nos simus codex ipsorum. Israel 'videns deum' interpretatur; immo diligentius discusso verbo sic interpretatur Israel, 'est videns'. Utrumque: 'est videns deum'. Quia homo in se non est – mutatur enim et vertitur, si non participet eius qui est IDIPSUM –, tunc est, quando videt deum. Tunc enim est, quando videt eum qui est; et videndo eum qui est, fit et ipse pro modo suo ut sit. Ergo ipse est Israel: Israel est videns.

Superbus ergo non est Israel, quia non est PARTICIPATIO EIUS IN IDIPSUM, quia ipse sibi vult esse IDIPSUM. Qui sibi vult mi 1625 esse principium non est Israel. Omnis ergo fictus non est Israel, quia omnis superbus necesse est ut fictus sit. Hoc dico, fratres, necesse est ut omnis superbus velit videri quod non est; aliter

---

8,15 *cf.* in ps.in ps. CXX,6,15sq.

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

11 tribus[1]] ut *praem.* $W_1\,W_2$; cum $\eta\,\varepsilon\,Br_1\,Y$ | purgatae tribus *tr.* δ_1 | electae] et *praem.* $W_1\,W_2$ | illuc] enim *add.* W_2, *N ac.* **12** tribus[2] *om.* $\gamma_1\,T\,Br_1$ **13** israel] in *praem.* $\zeta\,Br_1$ | hoc ... israel *om.* $W_1\,W_2\,B$ **14** quia] qui $W_1\,W_2\,Br_1\,P_6$ **15** iam ... dicatur *om. B* **18** nolunt] noluerunt $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,Y\,ma$ **20** videns[1]] deum *add. B* $\zeta\,ma$ | utrumque ... videns *om.* α | quia ... 22 deum *distinxit Müller* **22** idipsum] in *praem.* $\alpha\,\delta_2\,B\,\eta$ **23** fit et] fiet *B* **24** Israel[2]] qui $W_1\,W_2$; *om.* $\alpha\,\delta_1\,\eta\,Br_1$ | Israel est *om.* $H_2\,B$ | videns] deum *add.* $W_1\,W_2\,B\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,P_{23}\,Y\,ma$ **25** est[2] *om.* $\alpha\,\delta_1\,H_2\,\eta\,Br_1$ **26** idipsum[2]] in *praem. C ma* | sibi vult[2]] vult sibi *tr.* π (*exc.* H_2) $\eta\,Y$ **27** est[1]] ergo *add.* $\pi\,\eta\,Br_1\,Y$ non est fictus *tr.* γ

non potest, fratres mei. Et utinam sic vellet superbus videri quod non est, ut vellet videri, verbi causa, choraula, cum choraula non esset. Cito enim probaretur; diceretur ei: 'Canta, videamus utrum choraula sis'. Non posset? Inveniretur falso se videri voluisse quod non erat. Dixit se eloquentem, diceretur ei: 'Loquere, et proba'. Si locutus fuerit, invenitur non hoc esse quod professus est. Superbus, quod peius est, iustum se vult videri, cum non sit; et quia iustitiam intellegere difficile est, difficile est superbos agnoscere. Volunt ergo superbi videri quod non sunt; ideo non est participatio eorum IN IDIPSUM: non pertinent ad Israel, qui est 'videns deum'. Quis ergo pertinet ad Israel? Qui est particeps IN IDIPSUM. Quis est qui participat in idipsum? Qui confitetur se non esse quod deus est, et ab illo habere quod bonum potest habere; a se autem non esse nisi peccatum, ab illo sibi esse iustitiam. Talis est in quo dolus non est. Et dominus videns Nathanaelem, quid ait? *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Si ergo verus Israelita, in quo dolus non est, tribus illae ascendunt ad Ierusalem, in quibus dolus non est. Et ipsae sunt TESTIMONIUM ISRAEL, id est per illas agnoscitur quia erant grana inter illam paleam, quando area cum videretur, tota palea putabatur. Erant ergo ibi grana, sed cum ascenderint in sublimitate illa cc 1809

45 Ioh. 1, 47

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

30 fratres mei] *post* aliter *tr. C ma*; *post* utinam *tr.* $\pi\,\eta\,Br_1\,Y$ | velit δ_1 | videri superbus *tr.* $W_1\,W_2\,B\,\eta$ **32** diceretur] si *praem.* $\varepsilon\,\eta$; namque *add.* ζ **33** non] cum *praem.* $B\,\varepsilon\,T\,Br_1\,P_{23}\,Y$ | possit *B* **34** voluisse] velle $W_1\,W_2\,\eta$; *om.* $\alpha\,\delta_1\,Br_1$ | dixit] si diceret *D ma* **35** probo $W_1\,W_2\,B$ | invenietur $W_1\,W_2$ **37** cum] quod γ | iustitia $\delta_1\,B$ **38** superbus *B* | videri superbi *tr. B* **41** quis] qui $\delta_2\,B\,\varepsilon\,\gamma_1\,Br_1\,P_{23}\,Y$ | in^2 *om.* $\delta_1\,H_2\,N\,T\,P_{23}$ **42** non esse] nosse $\alpha\,H_1\,H_2\,T\,Br_1\,Y$ **43** potest bonum *tr.* ζ **46** si ... est *om. A* H_2 (*add. mg.* $A^2\,H_2^2$) | ascenderunt δ_1 **48** qui $\varepsilon\,P_{23}$ **49** illa palea *B* **50** ibi ergo *tr.* $\alpha\,W_2\,H_2$ | grana] et *praem.* α | ascenderent *B* | sublimitatem illam *B T*

splendoris, cum fuerit area ventilata, tunc erit TESTIMONIUM ISRAEL, tunc dicent omnes mali: 'Vere quia erant ibi iusti inter malos, quando nobis omnes mali videbantur, et quales nos eramus, tales omnes putabamus'. TESTIMONIUM ISRAEL. Quo ascendunt? Quare ascendunt? AD CONFITENDUM NOMINI TUO, DOMINE. Magnificentius dici non potest. Sicut superbia praesumit, sic humilitas confitetur. Quomodo praesumptor est qui vult videri quod non est, sic confessor est qui non vult videri quod non est ipse, et amat quod est ille. Ad hoc ergo ascendunt Israelitae, in quibus dolus non est, quia sunt vere Israelitae, quia in ipsis est testimonium Israel, ad hoc ascendunt, AD CONFITENDUM NOMINI TUO, DOMINE.

(9.) QUONIAM IBI SEDERUNT SEDES IN IUDICIO. Mirum aenigma, mira quaestio, si non intellegatur. SEDES dicit, quos Graeci θρόνους appellant. Θρόνους Graeci sellas dicunt, tamquam honorabiles. Ergo, fratres mei, non est mirum si sedeant homines in sedibus, in sellis. Ut autem ipsae sedes sedeant, quomodo possumus intellegere? Tamquam si dicat aliquis: 'Sedeant hic cathedrae, aut sedeant hic sellae'. In sella sedetur, in sedibus sedetur, in cathedris sedetur. In sedibus sedetur, non ipsae sedes sedent. Quid est ergo hoc: QUONIAM IBI SEDERUNT SEDES IN IUDICIUM? Certe soletis audire, deo dicente: *Caelum mihi thronus* *v. 5*

---

51 *cf.* Matth. 3, 12 **9,10** Is. 66, 1; Act. 7, 49

---

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}S\,K)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

52 Israel] in *praem. B* **57** quomodo] ergo *add.* π (*exc.* H_1) $\eta\,\varepsilon\,P_6\,P_{23}$ *ma* **59** non *om.* $\alpha\,\eta\,\gamma_1$ *ma*

9,1 quia $K\,\eta$ | iudicium $\delta_1\,B\,T$ *ma* **2** intelligitur $W_1\,W_2\,B$ | quos] quod $\pi\,\eta$ **3** thronus[1] $W_1\,W_2$, *B ac.* H_2*ac.*; thronos *cett. ma* | vocant ζ | thronus[2] $W_1\,W_2$, H_2*ac.*; thronos *cett. ma* **6** sedeant] sede δ_1 **7** sellae] sic *praem. B* **8** in[2] ... sedetur] δ_1 *Gt T*; *om. cett. ma* | sedis $W_1\,W_2$ **10** iudicio δ_2 (*exc. B*) $\eta\,Br_1\,Y\,w$ | domino δ_1 | deum dicentem $W_1\,W_2$ | thronus] sedes K

est, terra autem scabellum pedum meorum. Latine autem totum sic dicitur: *Caelum mihi sedes est.* Qui sunt isti, nisi iusti? Qui sunt caeli, nisi iusti? Qui caelum, ipsi caeli, quia quae ecclesia, ipsae ecclesiae: sic sunt multae, ut una sit. Sic ergo et iusti, ita sunt iusti caelum, ut caeli sint. In ipsis autem sedet deus, et de ipsis iudicat deus. Et non sine causa dictum est: *Caeli enarrant gloriam dei.* Apostoli enim facti sunt caelum. Unde facti caelum? Quia iustificati. Quomodo peccator factus est terra, cui dictum est: *Terra es, et in terram ibis*, sic iustificati facti sunt caelum. Portaverunt deum, et de ipsis deus coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes. Erant ergo, erant illi caelum, et enarrabant gloriam dei. Nam ut noveritis ipsos dictos caelum, ibi ait in ipso psalmo: *In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.* Quaeris quorum, et invenies caelorum. mi 1626 cc 1810

Si ergo caelum sedes dei, apostoli autem caelum, et ipsi facti sedes dei, ipsi sunt thronus dei. Dictum est alio loco: *Anima iusti thronus sapientiae.* Magna res, magna res dicta est: *Thronus sapientiae anima iusti*: id est in anima iusti sedet sapientia tamquam in sella sua, tamquam in throno suo, et inde iudicat quidquid iudicat. Ergo erant throni sapientiae, et ideo dixit illis dominus: *Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.*

---

16 Ps. 18, 2 **18** Gen. 3, 19 **23** Ps. 18, 5 **26** *cf.* Prov. 12, 23 (LXX) **31** Matth. 19, 28

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

12 qui[2] ... iusti *om.* $P_7\,C\,X$ **13** ipsae] ipsi α **17** enim] autem $\alpha\,\delta_1$ | unde] enim *add.* ε | facti[2]] sunt *add.* $\delta_1\,\gamma_1\,ma$ **19** iusti *B* **20** tonabant δ_1 **21** erant[2] *om.* $\pi\,\eta\,\varepsilon\,P_{23}$ **22** caelos α **23** exivit $W_1\,C\,\zeta\,ma$ | in[2]] ad $W_1\,W_2\,\eta$ | orbis *om. B* **24** eorum] illorum $\alpha\,\delta_1$ | quaereres $\delta_1\,H_2\,B$ **25** caelum[1]] caeli δ_1 **26** throni $\delta_1\,H_2\,B\,\eta\,\varepsilon\,C\,P_{23}\,Y$; thronos (*i.e.* θρόνος) *Rm*; sedes *K* **27** magna res[2] *om.* $W_1\,B\,Y$ | anima iusti thronus sapientiae *tr.* $\pi\,Br_1\,Y$ **28** iusti[1]] *id est in (in *om. A ac.*) anima iusti thronus sapientiae *add.* δ_1 tamquam ... sua *om.* α **30** erant ergo *tr.* $W_1\,C$ **31** thronos] sedes *K*

Sic et ipsi sedebunt super duodecim sedes, et ipsi sunt sedes dei; de illis quippe dictum est – ibi enim sederunt sedes –: QUONIAM IBI SEDERUNT SEDES. Qui sederunt? SEDES. Et qui sunt SEDES? De quibus dictum est: *Anima iusti, sedes sapientiae.* Qui sunt SEDES? Caeli. Qui sunt caeli? Caelum. Quod est caelum? De quo dicit dominus: *Caelum mihi sedes est.* Et ipsi iusti sunt sedes, et habent sedes, et in illa Ierusalem sedebunt sedes. Ad quam rem? IN IUDICIUM. *Sedebitis* inquit *super duodecim sedes*, o vos sedes, *iudicantes duodecim tribus Israel.* Quos iudicantes? Infra qui sunt in terra. Qui iudicabunt? Qui facti sunt caelum. Illi autem qui iudicabuntur, in duas partes dividentur: una ad dexteram, altera ad sinistram erit. Iudicabunt cum Christo sancti. *Veniet* enim *in iudicium cum senioribus populi*, ait Isaias. Alii sunt ergo qui cum illo iudicabunt, alii qui ab illo iudicabuntur et ab illis qui cum eo iudicabunt. Dividentur ergo isti in duas partes: una ponetur ad dexteram, cui enumerabuntur eleemosynae quas fecerunt, alia ponetur ad sinistram, cui enumerabitur crudelitas et sterilitas misericordiae. Et illis ad dexteram constitutis dicetur: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Quare? *Esurivi* inquit *et dedistis mihi manducare.* Et illi: *Quando te vidimus esurientem?* Et ille: *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Ergo quid est, fratres? Illi iudicabunt, de quibus dictum est ut fiant amici de mammona iniquitatis, *ut et*

35 *cf.* Prov. 12, 23 (LXX) 37 Is. 66, 1; Act. 7, 49 43 Is. 3, 14 49 Matth. 25, 34–40 54 Luc. 16, 9

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

34 sederunt[1]] sedebunt $H_1\,\gamma P_{23}\,Y$ | sunt *om.* $W_1\,W_2$ 37 deus $\alpha\,\delta_1\,H_2\,Br_1\,P_{23}$ 42 unam K | alteram K 43 venient δ_1; venit $\alpha\,W_2$ (W_1 *lnp.*) K; venite $H_2\,B$ | in] ad ζ 45 eo] illo ζ 46 dividuntur α | ergo *om.* $W_1\,W_2$ 49 constitutis *om.* B 50 patres B 51 inquit] enim B; enim *praem.* Br_1 54 ut[2] *om.* $F_2\,Vr\,H_2\,Br_1$; cum *add.* $C\,P_6$

ipsi inquit *recipiant vos in aeterna tabernacula.* Sancti sedebunt cum domino attendere qui fecerunt misericordiam, et assument illos separatos in dexteram in regnum caelorum: et ipsa est pax Ierusalem. Quae est pax Ierusalem? Ut opera misericordiae corporalia iungantur operibus praedicationis spiritalibus, et fiat pax dando et accipiendo. Ait enim apostolus, qui rationem dati et accepti dixit esse istas eleemosynas, ait ergo: *Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?* Et de ipsa re ait alio loco: *Qui multum, non abundavit, et qui modicum, non defuit illi.* Quare *qui multum, non abundavit*? Quia quod plus habebat, dedit indigenti. Et quid est *qui modicum, non defuit illi*? Quia accepit ab illo qui abundavit, *ut fiat* inquit *aequalitas.* Ipsa est pax de qua dicitur: FIAT PAX IN VIRTUTE TUA.

(10.) Namque cum dixisset: QUONIAM IBI SEDERUNT SEDES IN IUDICIO, SEDES SUPER DOMUM DAVID, id est super familiam Christi, cui dederunt in tempore cibaria, statim tamquam ipsis *v. 6* sedibus ait: INTERROGATE QUAE AD PACEM SUNT IERUSALEM. O vos sedes, qui iam sedetis ut iudicetis, et facti estis sedes domini iudicantes, quoniam qui iudicant interrogant, qui iudicantur interrogantur: INTERROGATE inquit QUAE SUNT AD PACEM IERUSALEM. Interrogando quid invenient? Alios fecisse

---

60 Phil. 4, 15 61 1 Cor. 9, 11 63 2 Cor. 8, 15 66 2 Cor. 8, 14 67 Ps. 121, 7

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

---

55 tabernacula aeterna *tr.* δ *Br*$_1$ *Y* 60 dicit $\alpha\ \delta_1$ *W*$_1$ *B Br*$_1$ 62 si] nos *add.* *W*$_1$ *W*$_2$ $\eta\ \varepsilon$ *Y* | metimus *B* 63 alio loco ait *tr.* $\underline{\delta_1}$ | multum] habuit *add.* *Br*$_1$ *Y* | abundabit *B K* 64 multum] si *add.* *W*$_1$; habuit *add.* *Br*$_1$ *Y* | abundabit *B* 65 modicum] habuit *add.* *Br*$_1$ *Y* | defuit] minoravit *K* 66 quia] qui *W*$_1$ (*om.* *W*$_2$) *B H*$_1$ | abundabit *B H*$_2$ | inquit *om.* ~~*W*$_1$ *W*$_2$~~

10,2 iudicium *B Br*$_1$ *P*$_{23}$ 3 cibariam δ (*exc.* *H*$_2$) 4 interrogate] inquit *add.* α_2 5 ut iudicetis *om.* *B* 6 iudicantes]~~ *W*$_2$ *B* η *Br*$_1$~~; iudicantis *cett. ma* 7 ad pacem sunt *tr.* $\alpha\ \eta$ *Br*$_1$

misericordiam, alios non fecisse. Quos invenient fecisse misericordiam, ipsos vocabunt ad Ierusalem, quia ipsa SUNT AD PACEM HIERUSALEM.

Dilectio fortis res, fratres; dilectio fortis res. Vultis videre quam sit fortis dilectio? Quisquis per aliquam necessitatem non potuerit implere quod iubet deus, amet illum qui implet, et in illo implet. Intendat caritas vestra. Verbi gratia, uxorem habet, quam dimittere non potest; oportet ut obtemperet apostolo dicenti: *Uxori vir debitum reddat,* et: *Alligatus es uxori? Ne quaesieris solutionem.* Veniet in mentem quia melior est illa vita de qua dicit idem apostolus: *Vellem omnes esse sicut meipsum.* Attendit eos qui hoc fecerunt; amat eos, et in ipsis implet quod in se non potest. Fortis res est dilectio. Ipsa est virtus nostra, quia si in illa non fuerimus, nihil prodest quidquid aliud habuerimus. *Si linguis hominum loquar* inquit apostolus *et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum quasi aeramentum sonans aut cymbalum tinniens.* Adiungit aliud magnum: *Quod si distribuero omnem substantiam meam, et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Si autem sit sola caritas, quae non inveniat quod distribuat pauperibus, diligat, solum calicem aquae frigidae det: tantum illi imputabitur quantum Zacchaeo qui dimidium patrimonii donavit pauperibus. Quare

10,17 1 Cor. 7, 3.27 19 1 Cor. 7, 7 22 1 Cor. 13, 1.3 29 Matth. 10, 42 30 Luc. 19, 8

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 10,13 quisquis *inc.* f_5 14 implet *des.* f_5

9 inveniunt *B K* 10 ipsi $W_1\,\eta\,Y$ | quia ... Hierusalem *om.* $W_2\,B$ 12 fortis[1.2]] fortes *bis B* 13 fortis sit *tr.* $\alpha\,\delta_1$ 14 potest $W_1\,W_2$ 15 verbi gratia *om.* δ_1 | gratiam *B* 16 oportet *om. B* 17 dicente $W_2\,H_2\,ac$ 18 venit $\pi\,\zeta$ 19 idem *om.* $W_2\,Br_1$ | velle $W_1\,W_2$ 20 amet *B* 23 ait $W_1\,W_2$; dicit *lo ma* 24 quasi *om.* δ_1 25 distribuero] in cibos pauperum *add.* $\varepsilon\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y$ 27 sit *om. B* 28 quae *om. A* $W_1\,W_2\,H_2\,Br_1$ 29 imputatur δ

hoc? Ille tam modicum dedit, ille tam multum dedit, et tantum illi imputabitur? Tantum plane. Impar enim facultas, sed non impar caritas.

(11.) Illi ergo interrogant: vos cogitate quid estis. Iam ecce dictum est nobis: IN DOMUM DOMINI IBIMUS. Iucundati sumus certe in his qui dixerunt nobis: IN DOMUM DOMINI IBIMUS. Videte ergo si imus. Non enim pedibus imus, sed affectibus. Videte si mi 1628
imus. Interroget se unusquisque vestrum qualis est erga pauperem sanctum, erga indigentem fratrem, qualis est erga indigentem
mendicum. Videat si viscera eius non sunt angusta, quia interro- cc 1812
gare te habent sedes quae sedebunt in iudicium, et debent invenire quae sunt ad pacem Ierusalem. Et quomodo interrogant? Tamquam sedes dei. Deus interrogat? Si deum aliquid latet, et
illas sedes aliquid interrogantes fugere potest: INTERROGATE QUAE SUNT AD PACEM IERUSALEM. Sed quae sunt ad pacem Ierusalem? ET ABUNDANTIA inquit HIS QUI DILIGUNT TE. Ad ipsam Ierusalem convertit vocem. Abundantia est illis qui diligunt eam. Abundantia ex inopia: hic inopes, ibi abundantes; hic
infirmi, ibi firmi; hic egeni, ibi divites. Unde facti divites? Quia dederunt hic quod acceperunt a deo ad tempus, et acceperunt ibi quod postea deus retribuet in aeternum. Hic, fratres mei, et divites pauperes sunt. Bonum est diviti ut agnoscat se pauperem: si enim se plenum putat, tumor est ille, non plenitudo. Agnoscat
se inanem, ut possit impleri. Quid habet? Aurum. Quid nondum

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S\ K)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

32 imputatur δ
11,1 iam *om.* α 3 quae $Rm\ P_3\ \zeta\ Br_1$ 6 indigentem²] egentem $\delta_1\ W_1\ H_2\ \eta$ 8 te *om.* $B\ \zeta$ | iudicio $H_1\ H_2$ 10 latet aliquid *tr. lo ma* 12 sunt¹ ... pacem] ad pacem sunt *tr.* $B\ H_2$ 13 his ... diligunt] diligentibus B | te] eam δ_1 20 plenum se *tr.* $\pi\ Br_1$ | illi $\eta\ N^1\ An_4\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 21 se *om.* γ_1 | quid¹ ... aurum] qui habet aurum quid habet aurum ζ; qui habet aurum $W_2\ \gamma_1$

habet? Vitam aeternam. Attendat quid habeat, et videat quid non habeat. Fratres, ex eo quod habet, det, ut accipiat quod non habet; emat ex eo quod habet, illud quod non habet: et abundantia his qui diligunt illam.

(12.) FIAT PAX IN VIRTUTE TUA. O Ierusalem. O civitas *v. 7* quae aedificaris UT CIVITAS, cuius participatio tua IN IDIPSUM, FIAT PAX IN VIRTUTE TUA, fiat pax in dilectione tua, quia virtus tua, dilectio tua. Audi cantica canticorum: *Valida est sicut mors dilectio.* Magnum verbum, fratres: *Valida est sicut mors dilectio.* Magnificentius exprimi non potuit fortitudo caritatis, quam ut diceret: *Valida est sicut mors.* Quis enim resistit morti, fratres? Intendat caritas vestra. Resistitur ignibus, undis, ferro, resistitur potestatibus, resistitur regibus: venit una mors, quis ei resistit? Nihil est illa fortius. Propterea viribus eius comparata est, et dictum est: *Valida est sicut mors dilectio.* Et quia et ipsa caritas occidit quod fuimus, ut simus quod non eramus, facit in nobis quandam mortem dilectio. Ipsa morte mortuus erat qui dicebat: *Mundus mihi crucifixus est, et ego mundo*; ipsa morte mortui erant quibus dicebat: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Valida est sicut mors dilectio.* Si ergo valida, fortis

---

12,4 Cant. 8, 6 14 Gal. 6, 14 15 Col. 3, 3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

---

22 habeat] habet $H_1\ W_1\ W_2\ P_{23}$ | nondum $\varepsilon\ T\ P_{23}$ 23 habeat] habet $\gamma_1\ \zeta$ 24 amat $\alpha\ W_2$ 25 his] *praem.* in *praem.* δ_1 | illam] eam A; illum $H_1\ \gamma\ Br_1\ P_{23}$; te *ma*

12,1 fiat ... tua *om.* $W_1\ W_2$ 5 dilectio[2]] tua *add.* $\varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$ 6 magnificentia *B* 7 diceretur *A* (*deest* H_1) *Rm* P_6 *ma* | mors] dilectio *add.* $\varepsilon\ \gamma_1\ \zeta P_{23}\ Y$ *ma* 10 nihil] et *praem.* $W_1\ W_2$ | est[1] *om. C ma* | fortior $H_1\ \gamma\ Y$ | comparata] caritas *praem.* $\pi\ \eta\ \varepsilon$ *ma* | est[2]] caritas *add.* P_6; dilectio *T* 11 est[2] *om.* $\alpha\ A\ H_2$ *ma* | dilectio] tua *add.* $Br_1\ Y$ | et[1] *om. X ma* 12 ut] et *B* 13 ipsa] qua *add.* ε 16 valida[2]] est *add.* $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma*

est et magnae virtutis, et ipsa est virtus, et per ipsam reguntur infirmi a firmis, terra a caelo, populi a sedibus: ideo FIAT PAX IN VIRTUTE TUA, fiat in dilectione tua. Et per istam virtutem, per istam dilectionem, per istam pacem **ABUNDANTIA IN TURRIBUS TUIS**, id est in excelsis tuis. Pauci enim sedebunt in iudicio, sed multi ad dexteram positi faciunt populum civitatis illius. Multi enim pertinebunt ad singulos quosque excelsos, a quibus recipiantur in tabernacula aeterna, et erit abundantia in turribus eius. cc 1813
Plenitudo autem deliciarum et sufficientia divitiarum ipse deus, mi 1629
ipse IDIPSUM, ipse cuius participatio est civitatis IN IDIPSUM: ipsa erit abundantia nostra. Sed unde? Per caritatem, hoc est per virtutem. In quo est autem caritas, fratres? Qui non sua quaerit in hac vita. Audi Paulum apostolum habentem caritatem, ait: *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo.* Ubi est ergo quod dixisti: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*, et modo dicis te placere, modo hortaris ut et illi placeant? Sed non ibi posuit finem, ut quis propter se, non propter caritatem placeat. Qui gloriam suam quaerit, non quaerit salutem aliorum. Ait enim: *Sicut et ego omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi prodest, sed quod multis, ut salvi fiant.*

---

28 *cf.* Phil. 2, 4.21 30 1 Cor. 10, 33 31 Gal. 1, 10 35 1 Cor. 10, 33

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

17 virtutis] est *add. B* | per ipsam] ipsa *Vr* α_2 18 infirma $\alpha\ \delta_1\ H_2\ B$ | terra] et *B* | fit $\alpha\ B\ Y$ 19 fiat] pax *add.* $\eta\ \varepsilon\ P_{23}$ *ma* 20 abundantia] fiat *praem.* $\gamma\ P_{23}\ Y$ *ma*; fit *K* 21 sedebunt] sedes *add.* $\varepsilon\ T\ P_{23}\ Y$ 22 facient *X ma* 23 recipientur $\pi\ \eta$ 24 aeterna tarbernacula *tr. B* | eius] tuis α 26 ipse W_1 $W_2\ P_6$ 27 abundantia] et *praem. lo ma* 28 autem est *tr. ma* 29 Paulum *om. C ma* 32 dices *A B* 34 quo *B* 35 aliorum] eorum *B* 36 multis] utile est *add.* α

(13.) Ideo et hic cum de caritate diceret: PROPTER FRATRES MEOS inquit ET PROPINQUOS MEOS, LOQUEBAR AUTEM PACEM DE TE. O Ierusalem, civitas cuius participatio IN IDIPSUM, ego in hac vita et in hac terra, ego pauper, peregrinus et gemens, nondum perfruens pace tua, et praedicans pacem tuam,non propter me illam praedico, sicut haeretici, qui quaerentes gloriam suam dicunt: 'Pax vobiscum' et pacem non habent quam populis praedicant. Si enim haberent pacem, non conscinderent unitatem. Ego, inquit, LOQUEBAR PACEM DE TE. Sed quare? PROPTER FRATRES MEOS ET PROPINQUOS MEOS, non propter honorem meum, non propter pecuniam meam, non propter vitam meam: nam *mihi vivere Christus est, et mori lucrum*. Sed LOQUEBAR PACEM DE TE, PROPTER FRATRES MEOS ET PROPINQUOS MEOS. Nam cupiebat ipse *dissolvi et esse cum Christo*: et qui ista praedicaret propinquis et fratribus, *manere* ergo *in carne necessarium* inquit *propter vos*. PROPTER FRATRES MEOS ET PROPINQUOS MEOS LOQUEBAR AUTEM PACEM DE TE. *v. 8*

(14.) PROPTER DOMUM DOMINI DEI MEI QUAESIVI BONA TIBI. Non propter me quaesivi bona – nam non tibi quaererem, sed mihi. Ideo nec ego haberem, quia non tibi quaererem –, sed PROPTER DOMUM DOMINI DEI MEI, propter ecclesiam, propter *v. 9*

13,12 Phil. 1, 21

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

13,2 et propinquos meos inquit *tr.* $W_1\,W_2$ | propinquos] proximos $B\,H_2\,K\,\varepsilon$ | autem *om.* $\delta_2\,\zeta\,P_{23}$ 3 participatio] eius *add.* $B\,\varepsilon\,\zeta\,P_{23}\,Y$ 4 ego] ergo B pauper *om.* $\pi\,\eta$ 5 pace tua] pacem tuam $W_1\,W_2$; pace B 9 quare] inquit *add.* B 14 cupiebam $W_1\,W_2$ | qui ista] quis ita $\alpha\,A\,W_1\,B\,H_2$; quis ista $Br_1\,P_{23}\,P_6$ | propinquis praedicaret *tr.* $Br_1\,P_6$ 15 mane B | ergo ... inquit] inquit (*om.* ergo) in carne necessarium $\gamma\,\zeta\,P_{23}$ *ma* 16 propter vos *om.* B 17 autem *om.* $\alpha\,H_2\,B\,T\,Y$

14,2 quaesivi] quae sibi $W_1\,W_2$ | quaerere $W_2\,H_2$ 3 sed[1] ... quaererem *om.* B

sanctos, propter peregrinos, propter inopes, ut ascendant, quia dicimus eis: *In domum domini ibimus.* PROPTER ipsam DOMUM DOMINI DEI MEI, QUAESIVI BONA TIBI. Haec, fratres, prolixiora et necessaria carpite, manducate, bibite, convalescite, currite, apprehendite.

IN PSALMUM CXXII

(1.) Ascendentis cantica ex ordine cum sanctitate vestra cc 1814
consideranda suscepi, ascendentis et amantis, et ideo ascendentis quia amantis. Omnis amor aut descendit aut ascendit. Desiderio enim bono levamur ad deum, et desiderio malo ad ima praecipita- mi 1630
mur. Sed quia iam malo desiderio lapsi cecidimus, superest nobis, si agnoscimus quis ad nos non ceciderit, sed descenderit, haerendo illi ascendere, quia viribus nostris non possumus. Ipse dixit dominus Iesus Christus: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo.* Tamquam se solum videtur dixisse. Ergo ceteri remanserunt, quia solus ascendit, qui solus descendit? Quid debent facere ceteri? Uniri corpori ipsius, ut sit unus Christus qui descendit et ascendit. Descendit caput, ascendit cum corpore vestitus ecclesiam suam, quam sibi exhibuit

---

in ps. CXXII,1,8 Ioh. 3, 13 **13** *cf.* Eph. 5, 27

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

5 inopes] eius *add.* $\delta\ \eta\ \varepsilon\ \zeta$
in ps. CXXII,1,1 ascendentes $\delta_2\ B$ **2** ascendentis[1]] ascendentes *B* | amantes *B* | ascendentis[2]] ascendentes *B* **3** quod δ (*exc. A B*) η | amantes *B* ascendit aut descendit *tr.* $A^2\ H_2\ B$ **7** ascendamus $\varepsilon\ B\ P_{23}\ Y$ **8** dominus] noster *add.* $W_1\ W_2\ \eta$ | descendit de caelo *tr.* $\eta\ Br_1$ **9** de se solo $\varepsilon\ T\ P_{23}\ D$ *ma* **11** ceteri facere *tr.* $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ | uniri] viri *B* **13** ecclesiam suam] *B* $\gamma_1\ \zeta$ *ma*; ecclesia sua *cett.*

sine macula et ruga. Solus ergo ascendit? Sed et nos, quando cum illo sic sumus, ut in illo membra eius simus. Et nobiscum solus est, et ideo unus et semper unus. Unitas nos compaginat uni: et illi soli cum illo non ascendunt qui cum illo unus esse noluerint.

Iam vero quoniam ipse qui in caelo positus est, et carne suscitata immortalis, per quam fuit ad tempus mortalis, et nihil in caelo persecutionum patiens, nihil malitiarum et opprobriorum, sicut in hac terra quando pro nobis omnia sustinere dignatus est, compassus tamen corpori suo in terra laboranti, dixit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* – iam ipsum nemo tangebat, et se pati persecutionem de caelo clamabat –, non praeter spem esse debemus, immo cum magna fiducia praesumere quia, si per caritatem ipse nobiscum in terra est, per eandem caritatem et nos cum illo in caelo sumus. Sed diximus quemadmodum nobiscum ipse in terra sit, vocem eius diximus de caelo sonantis: *Saule, Saule, quid me persequeris?,* cum eum Saulus omnino non tangeret, sed nec videret. Quomodo autem ostenditur quia et nos cum illo in caelo sumus? Eodem ipso Paulo apostolo dicente: *Si surrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo.* Ergo et ille adhuc deorsum est, et nos iam sursum sumus: ille

---

23 Act. 9, 4 **31** Col. 3, 1–3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

---

16 ideo unus] idoneus α | unus[1]] est *add.* δ_1 H_2 | semper unus] sempiternus α | compaginet η **17** soli *om. B* | noluerunt α H_1 W_2 H_2 **18** qui *om.* α **19** suscitata] subsistit η | immortalitatis *B* **20** caelum *B* | persecutionem H_1*ac. B C* | patiens] et *add.* α **22** compassus] cum passus est H_1*ac.* γ_1 **24** clamabat de caelo *tr.* α **27** eo *lo ma* **28** in terra sit ipse *tr.* α | de caelo diximus *tr.* α **29** Saulus eum *tr.* α **30** cum illo *om.* γ_1 *T* **31** conresurrexistis P_6 *ma* **32** est *om.* W_1 An_4 **34** deo] domino Iesu δ_1 **35** et[1] *om. B* | et[2] *om.* ε

deorsum est compassione caritatis, nos sursum sumus spe caritatis. *Spe enim salvi facti sumus.* Sed quia spes nostra certa est, cc 1815
quamvis futurum sit, sic de nobis dicitur quasi iam factum sit.

(2.) Ascendat ergo iste cantator, sed de unoquoque corde vestrum cantet hic homo, et unusquisque sit iste homo. Cum enim dicitis illud singuli, quia omnes unum estis in Christo, unus homo illud dicit, et non: 'Ad te, domine, levavimus oculos
v. 1 nostros', sed: AD TE, domine, LEVAVI OCULOS MEOS. Debetis 5
quidem putare unumquemque vestrum loqui, sed unus ille maxime loquitur, qui etiam diffusus est toto orbe terrarum. Unus ille loquitur, qui alibi dicit: *A finibus terrae ad te clamavi, cum angeretur cor meum.* Quis est qui clamat a finibus terrae? Quis unus homo diffusus est usque ad fines terrae? Unusquisque homo mi 1631
in regione sua potest clamare: numquid a finibus terrae? Sed hereditas Christi, de qua dictum est: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae, ipsa clamat et dicit: *A finibus terrae ad te clamavi, cum angeretur cor meum.* Angatur cor nostrum, et clamemus. Unde angatur cor nostrum? Non de 15
his quae hic patiuntur et mali, verbi gratia, quia damnum patiuntur: nam si inde angitur cor, cinis est. Quia nescio quem tuorum ex voluntate dei amisisti, si inde angitur cor, quid magnum? Hinc anguntur et corda infidelium. Ista patiuntur et qui nondum in

---

37 Rom. 8, 24 **2,8** a ... meum] *cf.* Ps. 60, 3 **12** Ps. 2, 8

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*
2,1 ascendat *inc. K* **7** terrarum *des. K* **8** qui *inc. K* **13** terrae *des. K*

---

36 est *om.* $\alpha\,Br_1$ | cum passione *B* **37** enim] nos *add.* η
2,1 de] in $W_1\,W_2\,B\,\varepsilon$; *om. A* $H_2\,K\,Br_1\,\eta$ | corde uniuscuiusque ζ | corde *om.* $W_1\,W_2\,\eta$ **2** vestro $B\,\varepsilon\,Br_1\,Y$ **3** illud] aliud *K* **7** qui ... loquitur *om.* γ_1 **8** illi *B* | qui] quia *K* | cum] dum δ_1 **9** qui] iste *praem.* $\varepsilon\,P_{23}\,Y$ **11** regionem suam *B* | hereditas] illa *add.* π (*exc.* H_1) $\eta\,\varepsilon\,P_{23}\,P_6\,Y$ **14** dum $\delta_1\,\eta$ (*B lnp.*) **15** inde *B* **16** patiuntur²] patitur $\alpha\,\delta_1\,W_1\,W_2\,H_2$ **17** si *om.* α | angetur *B* **18** si *om. B* η | angetur *B* **19** angustantur *B*

Christum crediderunt. Unde angitur cor Christiani? Quia nondum cum Christo vivit. Unde angitur cor Christiani? Quia peregrinatur et desiderat patriam. Si inde angitur cor tuum, etiamsi felix secundum saeculum fueris, gemis; et si omnia prospera confluant, et undique tibi iste mundus arrideat, tu tamen gemis, qui in peregrinatione te constitutum vides, et sentis iam quidem te habere felicitatem secundum oculos stultorum, sed nondum secundum promissionem Christi, illam quaerens gemis, illam quaerens desideras, et desiderando ascendis et ascendendo cantas CANTICUM GRADUUM, et cantando CANTICUM GRADUUM dicis: AD TE LEVAVI OCULOS MEOS, QUI HABITAS IN CAELO.

(3.) Ascendens, quo levaturus erat oculos, nisi illuc quo tendebat, et ascendere desiderabat? De terra enim ad caelum ascendit. Ecce terra deorsum, quam calcamus pedibus nostris; ecce etiam caelum sursum, quod videmus oculis nostris; et ascendendo cantamus: AD TE LEVAVI OCULOS MEOS, QUI HABITAS IN CAELO. Ubi sunt ergo scalae? Tanta enim intervalla conspicimus inter caelum et terram, tanta separatio est, et tanta spatia locorum; illuc volumus ascendere, scalas non videmus: numquid forte fallimus nos, quia CANTICUM GRADUUM, id est canticum ascensionis cantamus? Ascendimus ad caelum, si cogitamus deum, qui ascensus in corde fecit. Quid est ascendere in corde? Proficere in deum. Quomodo omnis qui deficit, non descendit, sed cadit, sic omnis qui proficit, ascendit, sed si sic proficiat ut non superbiat,

cc 1816

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 30 ad *inc. K* 3,2 desiderabat *des. K* 10 ascendimus *inc. K* 12 deum *des. K*

---

20 Christo ε | angetur *B* 22 angetur *B* 24 ardeat *B* 25 quia *T ma* | te in peregrinatione *tr. B* | constitutum te *tr.* η | iam *om. B* 27 nondum] non *B* 29 et ... graduum *om. B* 30 dices *B*

3,4 etiam] enim α 6 scalae] stellae *B* 9 ascensionis] ascendentis $\pi\ \eta$ *Br*$_1$ 10 qui] quia π (*exc. H*$_1$ *B*) 12 descendit] ascendit *H*$_2$ ε 13 si *om.* α_2 *H*$_2$ *C*

si sic ascendat ut non cadat; si autem proficiendo superbiat, ascendendo iterum cadit. Sed ut non superbiat, quid debet facere? Levet oculos suos ad illum qui habitat in caelo, non se attendat. Omnis enim superbus se attendit, et magnus sibi videtur qui sibi placet. Sed qui sibi placet, stulto homini placet, quia ille ipse stultus est, cum sibi placet. Solus securus placet qui deo placet. Et quis est qui placet deo? Cui placuerit deus. Displicere sibi deus non potest; placeat et tibi, ut placeas illi. Sed tibi ille placere non poterit, nisi tu tibi displicueris. Si autem displices tibi, tolle a te oculum. Utquid te enim attendis? Si enim verum te attendis, invenis in te quod tibi displiceat, et dicis deo: *Peccatum meum ante me est semper.* Peccatum tuum sit ante te, ut non sit ante deum, et tu noli esse ante te, ut sis ante deum. Quomodo enim volumus ut non a nobis avertat faciem deus, sic volumus ut avertat faciem a peccatis nostris: nam utrumque illi cantatur in psalmis. *Ne avertas faciem tuam a me* vox est psalmi, vox est ergo nostra; et ille qui dicit: *Ne avertas faciem tuam a me,* vide quid dicat alio loco: *Averte faciem tuam a peccatis meis.* Si vis ut avertat faciem suam a peccatis tuis, tu ipse a te averte faciem tuam, et a peccatis tuis noli avertere. Si enim non ab eis averteris faciem tuam, tu ipse irasceris peccatis tuis; si autem tu non avertis faciem tuam a peccatis tuis, tu agnoscis, et ille ignoscit.

mi 1632

3,24 Ps. 50, 5 29 Ps. 26, 9 31 Ps. 50, 11

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 16 levet *inc. K* | attendat *des. K* 17 omnis *inc.* f_5 22 displicueris *des.* f_5

14 si[1] *om.* α_2 15 debite *B* 16 suos *om.* $H_2\,\varepsilon\,Y$ 19 solus *om.* δ_1 | placet deo *tr. B* 20 deo placet *tr.* $\alpha\,H_2\,\eta$ 22 potuerit *X ma* 23 enim te *tr.* ζ vere ζ *ma* 24 dices *B* 25 ante[1] contra $\delta_1\,H_2$ 26 enim *om. B* 27 avertat a nobis *tr.* $W_1\,W_2\,\eta$ 28 illic $\gamma\,P_{23}\,P_{14}\,P_{15}$ ille η | cantat $W_1\,W_2\,\eta$ 29 ne] et *praem. B* 31 ut **om.* $\alpha\,\delta_1$ 32 a[2] ... averte] averte a te *tr.* ζ | tuam *om.* $\alpha\,B\,H_2$ 33 ab eis non *tr.* $\delta_1\,B$ 34 tu[1] *om.* δ_1 | averteris $\pi\,Y$ | faciem tuam] eam (*uv*) *B* 35 tuam *om.* $V_2\,\eta\,Y$

(4.) At vero a te leva oculos ad illum, et dic: AD TE LEVAVI OCULOS MEOS, QUI HABITAS IN CAELO. Caelum, fratres mei, si corporaliter intellexerimus hoc quod videmus oculis corporeis, vere sic errabimus, ut non putemus nos illuc ascendere, nisi scalis positis aut aliquibus machinamentis. Si autem spiritaliter ascendimus, spiritaliter caelum intellegere debemus; si ascensus in affectu, caelum in iustitia. Quod est ergo caelum dei? Omnes sanctae animae, omnes iustae animae. Nam et apostoli quamvis in terra essent carne, caelum erant, quia in illis dominus sedens per totum mundum ambulabat. Ergo habitat in caelo. Quomodo? Quomodo dicit in alio psalmo: *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Qui habitat in caelo, habitat in sancto: *sancto* quid, nisi templo suo? cc 1817 *Templum enim dei sanctum est, quod estis vos.* Sed omnes adhuc infirmi et secundum fidem ambulantes, secundum fidem sunt templum dei; erunt aliquando et secundum speciem templum dei. Quamdiu sunt templum secundum fidem? Quamdiu in ipsis Christus per fidem habitat, sicut dicit apostolus: Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Sunt autem iam caeli in quibus iam per speciem habitat deus, videntes eum facie ad faciem omnes sancti angeli, omnes sanctae virtutes, potestates, sedes, dominationes: Ierusalem illa caelestis unde peregrinando ingemiscimus, et quam desiderando oramus. Ibi habitat deus. Illuc levavit

---

4,11 Ps. 21, 4 **13** 1 Cor. 3, 17 **14** *cf.* 2 Cor. 5, 7 **17** Eph. 3, 17 **19** *cf.* 1 Cor. 13, 12

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **4,2** caelum *inc. K* **5** positis *des. K* **7** caelum² *inc. K* **10** ambulabat *des. K*

4,3 vidimus *K* **4** erravimus $\delta_2\,\varepsilon\,\gamma_1\,Y$ **6** spiritaliter] spiritale δ_1 | caelum] in *praem. K* **7** quod] quid $\gamma_1\,\zeta$ **8** omnes iustae animae *om.* $W_1\,W_2\,H_2$ **9** dominus *om.* $H_1\,\gamma_1$; deus $\alpha\,K\,A\,H_1^2\,\zeta$ **10** quomodo *om.* $\delta_1\,H_2\,\eta\,Br_1$ **12** sancto² *om. B* **13** adhuc omnes *tr.* ζ **15** erunt] autem et α; enim *add. B* $\varepsilon\,P_{23}$ | speciem] fidem *B* **18** iam *om. B* **19** iam *om.* $\alpha\,\delta_1\,H_2$ | per speciem iam *tr. C ma*

iste fidem, illuc ascendit affectu, desiderando; et ipsum desiderium facit animam desudare sordes peccatorum, et mundari ab omni labe, ut fiat et ipsa caelum, quia levavit oculos ad eum qui habitat in caelo. Nam si caelum istud corporeum quod oculis videmus, intellexerimus esse habitationem dei, transitura est habitatio dei, quia caelum et terra transient. Deinde antequam faceret deus caelum et terram, ubi habitabat? Sed dicit aliquis: 'Et antequam faceret deus sanctos, ubi habitabat?' In se habitabat deus, apud se habitabat, et apud se est deus. Et quando dignatur habitare in sanctis, non sic sunt sancti domus dei ut ipsa subtracta cadat deus. Aliter enim nos habitamus in domo, aliter deus in sanctis: tu habitas in domo; si subtracta fuerit, cadis. Deus autem sic habitat in sanctis ut, si ipse discesserit, cadant. Quicumque ergo sic portat deum ut sit templum dei, non putet sic a se portari deum ut terreat deum, si se subducat. Vae illi si se subtraxerit deus, quia ipse cadit. Nam deus in se permanet. In quibus nos habitamus, ipsa nos continent: in quibus deus habitat, ipse illos continet. Iam videte quantum interest inter nostram habitationem et dei, et sic dicat anima: ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo, ut intellegat quia deus nec caelo indiget, ubi habitet, sed caelum ipso indiget, ut ab ipso inhabitetur.

mi 1633

---

28 caelum ... transient] *cf.* Matth. 24, 35

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **26** nam *inc. K* **31** deus[2] *des. K*

---

25 oculos] suos *add.* $W_1\,W_2\,\eta\,Y$ **26** istum $\delta_1\,\eta\,\varepsilon\,P_{14}\,P_{15}$ **27** transitus δ_1 **28** transibit *K*; transiet $\pi\,\eta$; transiit *Vr B*; transibunt $Br_1\,Y$ | deinde] et *praem.* α **29** dicet $\varepsilon\,P_{23}\,Y$ **31** deus[2] *om. B* **33** enim *om.* $W_1\,W_2$ **34** subtracta] ita *add. B* | cades $\alpha\,H_2$ **35** ipse] deus *add.* $W_1\,W_2\,B\,Br_1$ **38** permanet] semper manet $C\,P_6\,ma$ **39** habitat deus *tr.* ζ **40** continet] *rep.* in quibus deus (in quid W_2) habitat ipse illos continet $W_1\,W_2$ **42** nec in caelo deus ζ **43** ipso[1]] ipsum $\eta\,\varepsilon\,Y\,P_{14}\,P_{15}$

(5.) Quid ergo sequitur, quia dixit: AD TE LEVAVI OCULOS MEOS, QUI HABITAS IN CAELO? Quomodo levasti oculos tuos? ECCE SICUT OCULI SERVORUM IN MANUS DOMINORUM SUORUM, ET SICUT OCULI ANCILLAE IN MANUS DOMINAE SUAE, SIC OCULI NOSTRI AD DOMINUM DEUM NOSTRUM, QUOADUSQUE MISEREATUR NOSTRI. Et servi sumus et ancilla sumus; ille et dominus est et domina est. Aut quid sibi volunt ista verba? Et quid sibi volunt istae similitudines rerum? Attendat aliquantum caritas vestra. Non mirum si servi sumus, et ille dominus est, sed cc 1818 mirum si ancilla sumus, et ille domina est. Sed neque hoc mirum quia ancilla sumus; ecclesia enim sumus. Nec illud mirum, quia et ipse domina est: virtus et sapientia dei. Audi ergo apostolum dicentem: *Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocatis Iudaeis et Graecis*, ut iam sit servus populus et sit ancilla ecclesia, *Christum dei virtutem et dei sapientiam*. Utrumque audisti: *Christum dei virtutem et dei sapientiam*. Cum ergo audis Christum, leva oculos tuos in manus domini tui. Cum audis dei virtutem et dei sapientiam, leva oculos in manus dominae tuae, quia et servus et ancilla es: servus quia populus es, ancilla quia ecclesia es. Ipsa autem ancilla magnam dignitatem invenit apud deum: uxor facta *v. 2*

5,13 1 Cor. 1, 23*sq.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **5,1** sequitur *inc. K* **7** verba *des. K* **9** non *inc. K* **12** apostolum *des. K* **18** leva *inc. K*

5,2 qui ... caelo] usque caelo $W_1\ W_2$ | tuos] in caelum *add.* $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ P_6$ **3** manibus δ (*exc. B*) $\eta\ \varepsilon\ C\ \zeta\ Br_1\ Y$ **4** manibus δ (*exc. B*) $\eta\ \varepsilon\ C\ \zeta\ Br_1\ Y$ **6** nobis *K* | ancillae *K* $W_1\ W_2\ B\ H_2^2\ A^2\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ Y$ **10** ancillae *B A* $H_2^2\ Y$ illa $\alpha\ W_1\ W_2\ K\ B\ w$ **11** ancillae *K* **12** ipsa $\delta_2\ B\ Br_1\ Y\ w$ | virtus] enim est *add.* $\zeta\ X\ ma$; est $W_1\ W_2\ H_2\ \eta\ \varepsilon$ **14** vero] autem $\varepsilon\ T\ P_{23}$ **15** Graecis] Christum dei virtutem et dei sapientiam *add.* $\eta\ \varepsilon\ C\ Y\ P_{14}\ P_{15}\ ma$ | ancilla] et *praem.* δ_1 **16** utrumque ... sapientiam *om.* $W_1\ W_2\ Br_1$ **18** manum *K* cum] qui *praem.* $\eta\ \varepsilon\ Y$ **19** oculos] tuos *add.* $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y\ ma$

est. Sed donec veniat ad amplexus illos spiritales, ubi secure perfruatur eum quem dilexit, et cui suspiravit in ista diuturna peregrinatione, sponsa est; et accepit arrham magnam, sanguinem sponsi, cui secura suspirat. Nec illi dicitur: 'Noli amare', quomodo dicitur aliquando virgini iam desponsatae nondum nuptae, et iuste dicitur: 'Noli amare; cum facta fueris uxor, tunc ama'. Recte dicitur, quia praeproperum et praeposterum desiderium est et non castum, amare eum cui nescit an nubat. Potest enim fieri ut alius sponset, et alius ducat uxorem. Quia vero nullus est alius qui Christo praeponatur, secura amat ista, et antequam illi iungatur, amet, et de longinquo suspiret. Et de longinqua peregrinatione solus ducet, quia solus talem arrham dedit. Quis enim potest sic ducere ut moriatur pro ea quam vult ducere? Si enim mori pro ea voluerit, non erit qui ducat. Securus autem ille pro sponsa mortuus est, quam resurgens erat ducturus.

Verumtamen, fratres, interim simus quomodo servi et ancilla. Dictum est quidem: *Non vos dicam servos, sed amicos*, sed forte solis discipulis dixit dominus. Audi et Paulum dicentem: *Itaque iam* inquit *non est servus, sed filius; si autem filius, et heres per deum.* Populo dicebat, fidelibus dicebat. Iam ergo in nomine domini redempti sanguine ipsius, loti lavacro ipsius, filii sumus, mi 1634

32 *cf.* Ps. 119, 5 38 Ioh. 15, 15 40 Gal. 4, 7

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 31 ista *des. K* 33 solus[2] *inc. K* 36 ducturus *des. K*

22 amplexos δ (*exc. B* H_2) | illos] suos *K*; illius *B*; eius H_1 23 eo π (*exc. B*) η *ma* 25 quomodo] sicut *B* 26 nondum] et *praem.* $\gamma\ \zeta\ P_{23}\ Y$ *ma* 27 ama] amare ε | ama recte] amare et ei α 29 fieri enim potest *tr. B* 30 alius est *tr. C ma* 31 amet *ma* 32 amat *Cac. X ma* 33 ducit $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 34 quam] quia *K* | mori ... ea] pro ea mori *tr.* ζ 38 non] iam *praem. B* ζ 39 discipulis solis *tr.* $W_1\ W_2\ \eta$ | audi et] audite $\gamma\ T\ ma$ | Paulum] apostolum Paulum $\gamma\ P_{23}\ Y\ P_{14}\ P_{15}\ ma$; Paulum apostolum $\zeta\ Y$; apostolum $W_1\ W_2\ Gt\ \eta$ 40 est] es η

filius sumus quia sic multi sumus ut in illo unus simus. Quid sibi ergo vult quod adhuc tamquam servi loquimur? Numquid tantum meritum habere possumus in ecclesia, quamvis iam filii facti ex servis, quantum habuit ipse apostolus Paulus? Et tamen quid dicit in epistola? *Paulus servus Christi Iesu.* Si ille se adhuc dicit servum, per quem nobis evangelium praedicatum est, quanto magis nos debemus agnoscere conditionem nostram, ut maior sit in nobis gratia ipsius? Primo enim servos fecit, quos redemit. Sanguis enim ille pro servis pretium est, pro sponsa pignus est. cc1819 Agnoscentes itaque condicionem nostram, etsi iam filii per gratiam, servi tamen propter creaturam, quia universa creatura deo servit, dicamus: sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillae in manus dominae suae, sic oculi nostri ad dominum deum nostrum, quoadusque misereatur nostri.

(6.) Dixit et quare, sicut servi oculos habent in manus domini sui, et sicut ancillae oculos habent in manus dominae suae, SIC inquit OCULI NOSTRI AD DOMINUM DEUM NOSTRUM. Et quasi quaereres: 'Utquid?', QUOADUSQUE inquit MISEREATUR NOSTRI. Quales ergo voluit servos intellegi, fratres, qui oculos habent in manus dominorum suorum, et quales ancillas, quae oculos habent in manus dominae suae, quoadusque misereatur

47 Rom. 1, 1

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

43 ut] et $W_1 W_2$ | unum εY | ergo sibi *tr.* C *ma* **45** iam *om.* B **46** ipse *om.* B | Paulus apostolus *tr.* C **47** adhuc *om.* B **51** servis] servo $\pi\,\eta Br_1$ **54** manibus π (*exc.* B) η C Br_1 Y **55** manibus π (*exc.* B) η C Br_1 Y **6,1** habent oculos *tr.* $W_1 W_2\,\eta$ | habentes γT | manibus C P_6 **2** sui] quomodo sicut oculi servorum in manus dominorum suorum qui sunt isti servi qui sic habent oculos in manus dominorum suorum dixit et quare sicut oculi sicut servi *add.* B **3** oculi inquit *tr.* $\pi\,\eta Br_1$ Y **5** nobis B | servos voluit *tr.* $\pi\,\eta Br_1$ Y **6** manibus $H_1 H_2$ C | suorum *om.* α

domina earum? Qui sunt isti servi et ancillae, qui sic habent oculos in manus dominorum suorum, nisi qui iubentur caedi? OCULI NOSTRI AD DOMINUM DEUM NOSTRUM, QUOADUSQUE MISEREATUR NOSTRI. Quomodo? SICUT OCULI SERVORUM IN MANUS DOMINORUM SUORUM, ET SICUT OCULI ANCILLAE IN MANUS DOMINAE SUAE. Ergo et illi et illae, quoadusque misereatur vel dominus vel domina. Fac ergo aliquem dominum iussisse servum caedi: vapulat servus, sentit plagarum dolores, attendit ad manus domini sui, quoadusque dicat: 'Parce'. Manum enim ipsam potestatem dicit. Ergo quid dicimus, fratres? Iussit nos caedi dominus noster, et domina nostra sapientia dei iussit nos caedi, et in hac vita vapulamus, et tota ista vita mortalis plaga nostra est. Audi vocem psalmi: *Pro iniquitate erudisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animam meam.* Attendite, fratres, quam tabida est aranea, ut levi tactu conquassetur et moriatur. Et ne quasi carnem solam infirmitate mortalitatis putaremus nos habere tabidam, non dixit: 'Tabescere fecisti me', ne secundum carnem intellegeremus, sed ait: *Tabescere fecisti sicut araneam animam meam.* Nihil enim infirmius anima nostra posita in mediis tentationibus saeculi, in mediis gemitibus et parturitionibus molestiarum, nihil ea infirmius donec haereat soliditati caelesti, et sit in templum dei, unde iam non cadat, quia primo ut veniret ad hanc infirmitatem et tabificationem, sicut aranea

6,20 Ps. 38, 12 25 Ps. 38, 12

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 6,14 fac *inc. K* 20 est *des. K*

8 eorum π (*exc. B*) η 9 suorum *om.* $\alpha\ \delta_2\ \eta$ 10 oculi] sic *praem. B* 13 manibus *A C* | quousque δ (*exc. B*) $\gamma_1\ T$ 16 dominae suae *B* | quousque $\delta_1\ \gamma_1$ 19 et[1] *om.* $W_1\ W_2\ \eta$ | vita ista *tr. B Br*$_1$ 20 audivi $W_1\ W_2$ | propter iniquitatem $A^2\ H_1\ H_{22}$ 21 aranea $W_1\ W_2\ H_2\ B$ | meam] eius *A* $\eta\ Br_1$ 22 sit δ_1 24 me fecisti *tr.* P_6 *ma* 25 aranea $\delta_2\ B$ 27 tentationibus] tribulationibus *B* 28 illa *B* 29 et] ut $W_1\ W_2$ | templo $\alpha_2\ T$ *ma*

mi 1635 infirmis facta est, et de paradiso expulsa est. Tunc iussus est servus caedi.

Fratres mei, videte ex quo vapulamus. In omnibus qui ab initio generis humani nati sunt, in omnibus qui nunc sunt, in 35 omnibus qui postea nascentur, Adam vapulat. Vapulat Adam, id est genus humanum, et multi sic obduruerunt ut nec plagas suas sentiant. Qui vero ex ipso genere filii facti sunt, receperunt sen- cc 1820 sum doloris: sentiunt se vapulare, et noverunt quis iussit ut vapulent, et levaverunt oculos ad eum qui habitat in caelo, et sic 40 sunt oculi eorum in manus domini sui, quoadusque misereatur, sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillae in manus dominae suae. Vides felices aliquos in isto saeculo ridentes, iactantes se: non vapulant, immo peius vapulant; hoc ipso gravius caeduntur, quo sensum iam perdiderunt. 45 Evigilent et vapulent; sentiant quia vapulant, sciant quia vapulant, et doleant quia vapulant. Quoniam *qui apponit scientiam, apponit dolorem*: hoc scriptura dixit. Ideo dominus in evangelio: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.*

(7.) Audiamus vocem hominis qui vapulat, et sint istae uniuscuiusque nostrum voces et quando nobis bene est. Nam quis non intellegat vapulare se quando aegrotat, quando in carcere est, quando forte in catena, quando forte latrones patitur?

---

46 Ecle. 1, 18 **48** Matth. 5, 5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

31 infirma $H_1\ \gamma\ \zeta\ Br_1$ *ma* **33** in omnibus *om. B* **36** in multis α; multis *B* sic] iam corda *B* | obduraverunt *B* γ_1 **37** receperunt] et *praem.* $W_1\ W_2$ **39** oculos] suos *add.* $\delta_1\ \eta\ \varepsilon\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* **41** oculi[1] *om. A* $W_1\ W_2$ | manibus $H_2\ H_{12}$ **42** manibus $H_2\ H_1{}^2\ C$ **43** non] et putas quia *praem.* $W_1\ W_2$ **44** hoc ... caeduntur *om. B* **45** sciant ... vapulant *om.* $\delta_1\ H_2$
7,1 audiant *B* | istae ... nostrum] uniuscuiusque nostrum ipsae $W_1\ W_2$ **3** quando[1]] et *praem. B* **4** quando[1] ... catena *om.* $W_1\ W_2$ | forte[2] *om. B*

Quando ab aliquibus improbis ei aliquae molestiae irrogantur, sentit vapulare se. Magnus sensus est videre quia vapulat et quando illi bene est. Non enim ait scriptura in Iob: 'Tentationibus abundat vita humana', sed ait: *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* Totam ipsam vitam tentationem dixit. Omnis ergo vita tua super terram plagae tuae sunt. Plange quamdiu vivis in terra; sive feliciter vivas, sive in aliqua tribulatione constitutus sis, clama: AD TE LEVAVI OCULOS MEOS, QUI HABITAS IN CAELO. Ad manus domini, qui te iussit caedi, cui dicis in alio psalmo: *Propter iniquitatem erudisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animam meam*, clama ad manus caedentis, et dic:

v. 3 MISERERE NOSTRI, DOMINE, MISERERE NOSTRI. Non sunt istae voces vapulantis: MISERERE NOSTRI, DOMINE, MISERERE NOSTRI?

v. 4 (8.) QUONIAM MULTUM REPLETI SUMUS DESPECTIONE. IN PLURIMUM REPLETA EST ANIMA NOSTRA; OPPROBRIUM EIS QUI ABUNDANT, ET DESPECTIO SUPERBIS. Qui despicitur, contemnitur. Omnes qui secundum Christum pie volunt vivere, necesse est patiantur opprobria, necesse est contemnantur ab his qui volunt impie vivere, quorum felicitas tota terrena est. Irridentur illi qui felicitatem vocant quam oculis videre non possunt, et dicitur eis: 'Quid credis, insane? Vides quod credis? Reversus est aliquis ab inferis, et rettulit tibi quid ibi agitur? Ecce ego quod mi 1636 cc 1821

7,8 Iob 7, 1 14 Ps. 38, 12 8,4 qui ... vivere] *cf.* 2 Tim. 3, 12

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 7,16 miserere[1] *inc. K* 17 vapulantis *des. K* 8,1 quoniam *inc. K* 6 est *des. K*

---

5 aliquae] aliquid $\eta\ \varepsilon$ 8 humana] super terram *add.* $W_1\ W_2\ e_3$ 9 hominis ζ 10 plange] plagae $\pi\ \eta$ 11 aliqua] in *praem. B* 12 conclusus *B* 14 pro *B* 15 aranea W_2 (W_1 *lnp.*) H_2 *B* | clama] et *praem.* $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ 16 non] nonne *mi* 17 vapulantium $\eta\ \varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$ | miserere[1] ... domine] domine miserere nostri *om. B*

8,2 plurimo *B* 4 omnis α 6 nolunt pie *B Nac.* $\gamma_1\ \zeta ma$ 7 videre] terrenis *add.* $\delta_1\ H_{22}$ 9 agatur $\delta_2\ B$ | quod ego *tr.* $A^2\ \delta_2\ B\ \eta$

amo video et fruor'. Despiceris, quia speras quod non vides, et despicit te ille qui quasi tenet quod videt. Attende ipse si tenet. Noli turbari; vide si ipse tenet, et non tibi insultet, ne cum putas eum felicem in praesenti, amittas veram felicitatem futuram. Noli turbari: attende si tenet. Labitur hoc ab illo quod tenet, vel ipse ab eo quod tenet? Necesse est transeat aut ipse per res suas aut res ipsius per illum. Per quem transeunt res suae? qui vivus labefactus erit. Qui transit per res suas? Qui in divitiis moritur, quia, cum moritur, non eas secum affert ad inferos. 'Domum meam habeo', iactavit se. Quaeris: 'Quam domum tuam?' 'Quam mihi dimisit pater meus'. 'Et ille unde habuit hanc domum?' 'Avus noster illi eam dimisit'. Recurre et ad proavum, inde ad atavum, et iam nomina non potest dicere. Non inde potius terreris, quia multos attendis transisse per illam domum, et neminem ipsorum secum illam tulisse ad aeternam domum? Pater tuus hic eam dimisit; transiit per illam: sic et tu transibis. Si ergo transitum habetis in domo vestra, stabulum est transeuntium, non habitatio commanentium. Et tamen quia nos ea quae futura sunt speramus, et in futuram felicitatem suspiramus, et nondum apparuit quod erimus, quamvis iam filii dei simus, quia vita nostra abscondita est cum Christo in deo, REPLETI SUMUS

---

29 quamvis ... simus] *cf.* 1 Ioh. 3, 2 **30** *cf.* Col. 3, 3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

10 et[1] *om.* $\gamma_1\ \zeta$ **11** si ipse *tr. X ma* **12** ipse *om.* ζ | et *om.* $\pi\ \eta$ **13** praesentia *B* **14** ab illo hoc *tr.* $W_1\ W_2$ **16** ipsius] illius $W_1\ W_2$; suae $H_2\ \eta$; suas *B* res transeunt *tr. lo ma* **17** labefactaverit $\pi\ \eta\ P_{14}\ P_{15}$ | qui[1]] quis X^2 *lo ma* **18** aufert $\pi\ \eta\ Br_1\ T\ Y$; aufert secum δ_1 | iactavit se domum meam habeo *tr. B* **19** tuam *om. B* $\eta\ \zeta$ **21** et *om. B* | deinde *B* **22** potes $\alpha\ W_1\ H_2\ B\ Br_1\ T$ non[2]] nonne $\pi\ \eta\ \varepsilon\ P_{23}$ **23** terreberis $W_1\ W_2$ **24** eam $W_1\ W_2$ **25** hic] si *praem. B* **26** stabulum] transitum *B* | transeuntium] itinerantium $\pi\ \eta$ **27** commorantium $W_1\ W_2\ H_2$ **28** futura felicitate *B* | speramus γ (*exc.* C) $P_{23}\ P_{14}\ P_{15}$ **29** quid $\varepsilon\ e_3\ X$ | sumus $Vr\ \alpha_2\ B\ \gamma\ T$

DESPECTIONE, id est contemptu, ab his qui felicitatem quaerunt vel habent in isto saeculo.

(9.) IN PLURIMUM REPLETA EST ANIMA NOSTRA; OPPROBRIUM EIS QUI ABUNDANT, ET DESPECTIO SUPERBIS. Quaerebamus qui sunt QUI ABUNDANT; exposuit tibi cum dixit: SUPERBIS. Quod est autem OPPROBRIUM, hoc est DESPECTUS; et quod est QUI ABUNDANT, hoc est SUPERBIS. Repetitio sententiae est: et OPPROBRIUM EIS QUI ABUNDANT, et DESPECTIO SUPERBIS. Quare abundant superbi? Quia hic volunt esse felices. Quid? Quando et ipsi miseri sunt, numquid abundant? Sed forte quando miseri sunt, non nobis insultant. Intendat caritas vestra. Tunc insultant forte quando felices sunt, quando se iactant in pompa divitiarum suarum, quando se iactant in ventositate falsorum honorum, tunc insultant nobis, et quasi dicunt: 'Ecce bene mihi est, fruor ergo rebus praesentibus, recedant a me qui promittunt quod non ostendunt. Quod video teneo, quod video fruor. Bene mihi sit in hac vita'. Tu securior esto. Quia resurrexit Christus, et docuit te quid in alia vita daturus sit, certus esto quia dat. Sed insultat ille, quia tenet. Ferto insultantem, et ridebis gementem. Postea enim veniet tempus quando dicturi sunt illi ipsi: *Hi sunt quos aliquando habuimus in risum.* Verba sunt libri Sapientiae, quia prodidit nobis scriptura quae dicturi sunt illi ipsi qui nos modo irrident, et qui nos despiciunt, et a quibus impleti sumus opprobrio et cc 1822

9,18 Sap. 5, 3

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **9,2** quaerebamus *inc. K* **7** felices *des. K*

31 despectionem *Aac.* H_1 *ac.* $W_2 B$ | contemptum *B*; contemptui α **9,5** et *om.* $\pi\ \eta Br_1 P_{23}\ Y$ **8** quid abundant sed forte quando miseri sunt *rep.* $W_1 W_2$ **12** mihi bene *tr.* ζma **16** quod $\delta\ \eta$ **18** venit *B* **19** risu $\delta_1 B$; derisum $H_2\ \gamma_1\ \zeta Br_1$ **21** a *om.* $W_1 W_2$ | obbrobrium et despectionem $W_1 W_2 B$

despectione, quae verba habebunt tunc, quando a veritate despiciuntur. vident enim ad dexteram fulgere quos secum commixtos contempserant, cum factum in illis fuerit quod dixit apostolus: *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria*, et dicunt: *Hi sunt quos aliquando habuimus in risum et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem eorum sine honore: quomodo computati sunt inter filios dei, et inter sanctos sors illorum est?* Et sequuntur in eo sermone, et adiciunt: *Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis. Quid nobis profuit superbia? Et divitiarum iactatio quid contulit nobis?* Ibi tu non eis insultas, quia ipsi sibi iam insultant. Quod donec fiat, fratres, levemus oculos ad eum qui habitat in caelo, et non ab illo tollamus oculos, quoadusque misereatur nostri, et liberet ab omni tentatione et opprobrio et despectu.

(10.) Huc accedit quod aliquando et ipsi qui sunt in flagello infelicitatis temporalis, insultant nobis. Invenis aliquem pro merito iniquitatum suarum sive occulto iudicio dei sive manifesta damnatione, mitti in carcerem, portare catenam: et ipse insultat. Et cum ei dictum fuerit: 'Quare non bene vixisti? Ecce quo venisti male vivendo', ille respondet: 'Quare illi qui bene vivunt,

mi 1637

---

25 Col. 3, 4 **26** Sap. 5, 3–5 **30** Sap. 5, 6.8

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

---

22 despicientur ζX *ma* **23** videbunt ζ *ma* **24** contempserunt δ_1 | fuerit in illis *tr.* $\delta_1\,\gamma\,\zeta$ *ma* **25** apparebitis cum ipso ζX **26** gloriam γ | dicent ζ *ma* | risu *B*; derisum ζBr_1 **27** similitudine *Vr A B* | existimabamus $\gamma_1\,\zeta$ $P_{23}\,X$ **28** insania *B* | eorum] illorum $\eta\,P_{23}$ *ma* **29** sequentur ζ *ma* **30** eodem ζ | adicient $\gamma\,\zeta$ **31** est ortus *tr.* $\eta\,C$ **32** iactantia $\alpha\,\delta_1\,C^2\,X$ | eis insultas] vis insultare *B* **33** iam ipsi sibi *tr.* P_6, *C* (*om.* sibi) *ma* | donec] nec *B* **34** eum] illum $W_1\,W_2\,\eta$ | et *om. B* η **35** liberet] nos *add.* $H_2\,\eta$
10,1 aliquando] quod *add. B* **2** temporalis infelicitatis *tr.* ζ **4** mittitur *B*

ista patiuntur?' Sed illi propterea patiuntur ut probentur, tentationibus exerceantur, ut flagellis proficiant, quia *flagellat omnem filium quem recipit*. Et si unicum sine peccato flagellavit, et pro omnibus tradidit eum, quomodo debemus nos flagellari qui fecimus quare flagellamur? Cum ista dixerimus, illi et de infelicitate adhuc superbiunt, et afflicti, nondum humiliati, respondent et dicunt: 'Ista sunt verba Christianorum vanorum, qui credunt quod non vident'. Si et ipsi insultant, quid putamus, fratres, quasi non eos commemoratos in hoc psalmo, cum diceret: OPPROBRIUM EIS QUI ABUNDANT ET DESPECTIO SUPERBIS, quandoquidem insultatur Christianis et ab eis qui non abundant, sed cum sint in egestate et aerumnis, nec ipsi cessant insultare? Certe ergo OPPROBRIUM EIS QUI ABUNDANT? an forte nullus invenitur qui etiam positus in calamitate insultet, si non insultavit latro qui cum crucifixo domino crucifixus erat? Ergo si insultant et illi qui non abundant, quare psalmus ait: OPPROBRIUM EIS QUI ABUNDANT? Si diligenter discutiamus, et ipsi abundant. Unde abundant? Nam nisi abundarent, superbi non essent. Alius enim abundat pecunia, et inde superbus est; alius abundat honoribus, et inde superbus est; alius abundare se iustitia putat, et inde cc 1823

10,8 Hebr. 12, 6 9 pro ... eum] *cf.* Rom. 8, 32 20 non ... erat] *cf.* Luc. 23, 39

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

7 patiuntur[1]] $\alpha\,W_1\,W_2\,\eta\,T\,ma$; non *praem. cett.* | tentationibus] ut *praem.* $H_2\,\varepsilon\,C\,\zeta\,P_{23}$ 8 exerceantur] et *praem.* $W_1\,W_2$ | ut] et $\alpha\,H_1$ | flagellat] deus *praem.* V_2; dominus *add. T*; deus *lo ma* 10 omnibus] nobis *praem.* $\pi\,\eta\,\zeta$ nos debemus *tr.* $\delta_2\,\eta$, non debemus nos $B\,H_{22}$ 11 flagellaremur $\delta_1\,H_2\,Gt\,\varepsilon$; flagellemur $W_1\,\gamma_1$ (*exc. C*) $Br_1\,P_{23}$ | illis $A^2\,H_1\,H_2\,\gamma\,\zeta$ 12 superbiunt adhuc *tr.* $\eta\,ma$ 14 exultant *B* 15 eos non *tr.* α | commemoramus *B* 17 insultant *B* 18 sunt $\delta\,\eta\,B$ | exultare *B* | certe ... 21 erat *distinxit Weidmann* (WSt. 114 [2001], 601*sq.*) 20 si] sed *X lo* 21 crucifixo] Christo *praem. B* | si *om.* δ 22 non *om. Aac.* $H_1ac.$ 23 si *om.* α 26 *iustitiam πRm

superbit, quod peius est. Qui videntur non abundare pecunia, iustitia sibi videntur abundare adversus deum et positi in calamitatibus se iustificant, deum accusant et dicunt: Quid admisi aut quid feci?' Et tu dicis: 'Respice, recordare peccata tua, si nihil fecisti'. Titillatur aliquantum conscientia, et redit ad se, et cogitat
mi 1638 facta sua mala; et cum cogitaverit facta sua mala, nec sic vult confiteri quia digna patitur, sed dicit: 'Ecce manifeste feci multa, sed multos video peiora fecisse, et nihil mali pati'. Iustus est contra deum. Abundat ergo et ipse, plenum habet pectus iustitia; quandoquidem illi deus videtur male facere, et ipse sibi videtur iniuste pati. Et si dares illi navem gubernandam, in naufragium iret cum illa. Vult autem deum excutere de gubernatione huius mundi, et ipse tenere gubernacula creaturae, et distribuere omnibus dolores et laetitias, poenas et praemia. Infelix anima! Et quid miramini? Abundat, sed abundat nequitia, abundat malitia; et eo plus abundat nequitia quo sibi videtur abundare iustitia.

(11.) At vero Christianus homo non debet abundare, sed pauperem se debet cognoscere, et si habet divitias, scire debet quia non sunt illae verae divitiae, ut alias desideret. Qui enim divitias falsas desiderat, veras non quaerit; qui autem veras quaerit, adhuc pauper est, et recte dicit: *Pauper et dolens ego sum.* Rursus ille qui pauper est et nequitia plenus est, unde dicitur

---

11,5 Ps. 68, 30

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

27 qui] quod *praem.* δ_1 | pecunia iustitia *om.* $B\ H_2$; *pecuniam iustitiam α $W_1\ W_2\ \gamma_1$ 28 videtur B 29 amisi γ_1 31 ad] a $Vr\ H_1$ | cogitat] recordatur $W_1\ W_2$ 32 et ... mala *om. Aac.* $B\ Br_1$ 33 digne $\pi\ \eta\ Br_1$ 36 deus illi *tr.* $\pi\ \eta$ Y | mala $\eta\ C$ 37 iuste B | navim $X\ ma$ 38 gubernatione] mundatione B 39 et distribuere *om.* α; et *om.* δ 40 doloribus B | anima] abundat *add.* ζ 41 nequitiam W_1, W_2 (*ex* -ae) H_2 | malitiam $W_1\ W_2\ H_2$ 42 nequitiae W_2 H_2 | quod $W_1\ W_2$; quanto δ_1 | iustitiam W_1, W_2 (*ex* -ae)
11,2 debet se *tr.* $\gamma\ P_{23}\ T$ 6 pauper] et *praem. lo ma*

abundare? Quia displicet illi quia pauper est, et iustitia ipsa videtur abundare in corde suo adversus iustitiam dei. Et quae abundantia iustitiae nostrae? Quantacumque iustitia in nobis fuerit, ros est nescio quis ad illum fontem, ad saginam illam tantam stillicidia quaedam sunt, quae vitam nostram molliant, et duram iniquitatem solvant. Modo desideremus de pleno fonte iustitiae saginari, desideremus ubertate illa satiari, de qua dicitur in psalmo: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos.* Hic autem cum sumus, inopes nos esse intellegamus et egentes, non solum harum divitiarum quia non sunt verae divitiae, sed et ipsius salutis. Et quando sani sumus, intellegamus quia infirmamur. Quamdiu enim corpus hoc esurit et sitit, quamdiu corpus hoc vigilando fatigatur, stando fatigatur, ambulando fatigatur, sedendo fatigatur, manducando fatigatur, quocumque se verterit ad subsidium fatigationis, ibi invenit aliam fatigationem, non est perfecta sanitas, nec in ipso corpore. Non cc 1824 sunt ergo illae divitiae, sed mendicitas, quia quanto magis abundant, tanto crescit inopia et avaritia. Non est ista salus corporis, sed infirmitas. Paregorizamur quotidie medicamentis dei, quia

14 Ps. 35, 9

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

8 adversum $\alpha\,ma$ 9 in *om.* α | nos *B* 10 ros] fons *A* O_4 11 tantam] tamquam α 12 solvant] solum α | desideramus *B* 13 desideramus *B Y* 14 torrentem *B* W_1 | voluntatis $W_1\,W_2\,B$ 16 et] ut W_2; ut *praem.* W_1 non[1] ... harum] non solarum δ(*exc.* H_1) Br_1; novarum *B* | quia] quae $P_{23}\,P_6$ *ma* 18 hoc corpus *tr.* ζ 19 hoc corpus *tr. C T ma* | stando fatigatur *om. C* Br_1 21 se verterit] reverterit $W_1\,W_2$; se verteret $A^2\,H_1$ 22 est] ergo *add.* H_2 $\gamma\,\zeta\,P_{14}\,P_{15}$ 23 illae *om. B* | abundat $W_1\,W_2\,H_2\,\eta$ 24 avaritia] abundantia *B* | ista non est *tr. B* 25 paregorizamur] quare curamus V_2; pare gloridiamur *Vr*; quare gloriamur α_2; par ego ridiamur *B*; par ergo ridamur P_{15}; parum ergo rigamur $P_3\,P_6$; quare ergo panegorizamur *C*; par ego rideamur *Rm*

manducamus et bibimus: medicamenta ipsa sunt quae nobis apponuntur. Fratres, si vultis videre qualis morbus nos habeat, qui ieiunat septem diebus, fame consumitur. Ergo illa fames ibi est, sed ideo illam non sentis quia quotidie illam curas. Ergo nec ipsa sanitas nobis est perfecta.

mi 1639 (12.) Intendat caritas vestra quomodo nos intellegamus inopes, ut gaudeamus ad eum, et levemus oculos ad eum qui habitat in caelo. Non sunt illae verae divitiae: plus augent cupiditatem eis qui eas possident. Non est illa vera corporis sanitas, quia portatur infirmitas ubique defectiva: quocumque se verterit, deficit. In ipso adiutorio non invenies firmamentum. Lassatur stando: sedere vult. Numquid vel sedendo durabit? Quod sibi elegit ut non fatigaretur, ibi habet deficere. Lassatus est vigilando: dormiturus est. numquid, dormivit, non deficit? Lassatus est ieiunando: refecturus est. Si plus refecerit, inde deficit. In nulla re potest perseverare ista infirmitas. Iustitia quid? Quanta iustitia est inter tantas tentationes? Possumus continere ab homicidio, ab adulterio, a furtis, a periuriis, a fraudibus: numquid ab iniquis cogitationibus? Numquid et a suggestionibus malarum cupiditatum? Quae est ergo iustitia nostra? Totum ergo esuriamus, totum sitiamus, et veras divitias et veram sanitatem et veram iustitiam. Quae sunt verae divitiae? Caelestis illa mansio in Ierusalem. Quis enim dicitur dives in hac terra? Quando laudatur dives, quid

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

26 vivimus *B* 28 qui] si *add.* δ_1 30 est nobis *tr.* α

12,1 intendat] ergo *add. B* 2 ut] et $\eta\ Y$ | oculos] nostros *add.* $W_1\ W_2\ B$ ad eum oculos *tr.* $\delta_1\ Br_1\ Y$ | ad eum^2 *om.* α 4 ei $\alpha\ \delta_1\ H_2\ \eta\ Br_1$ | possidet α $\delta_1\ H_2\ \eta$ | sanitas corporis *tr.* $\pi\ \eta$ 8 eligit ε 9 numquid] quia *add.* $O_4\ \varepsilon\ C\ \zeta$ P_{23} *ma*; qui $W_1\ W_2$ | defecit $\alpha\ W_1\ W_2$ 11 est *om. B* 13 numquid ... cogitationibus *om.* $H_2\ B$ 15 ergo^1 *om.* π (*exc.* $W_1\ W_2$) $Br_1\ Y$ 16 et^1 *om. B* 17 in *om. B* 18 dives dicitur *tr.* δ_1 | in hac] hic in $\pi\ \eta\ Br_1$

dicitur? 'Multum dives est, nihil illi deest'. Laus certa laudantis illa est. Nam ista non est, cum dicit: 'Nihil illi deest'. Attende si nihil illi deest. Si nihil cupit, nihil illi deest: si autem adhuc cupit maiora, quam quae habet, ad hoc accesserunt divitiae, ut egestas cresceret. In illa vero civitate verae erunt divitiae, quia ibi nihil nobis deerit, quia nec indigebimus aliqua re, et vera sanitas erit. Quae est vera sanitas? Cum absorpta fuerit mors in victoriam, et cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, tunc erit vera sanitas, tunc erit vera et perfecta iustitia, ut nihil mali non solum facere, sed nec cogitare possimus. Modo autem inopes, pauperes, egentes, dolentes suspiramus, gemimus, oramus, levamus oculos ad deum, quoniam et cc 1825 illi qui felices sunt in hoc mundo, despiciunt nos – abundant enim –, et illi qui infelices sunt in hoc saeculo, despiciunt, quia et ipsi abundant, et iustitia, iustitia est in corde ipsorum, sed falsa. Ideo non perveniunt ad veram, quia repleti sunt falsa. Tu autem ut pervenias ad veram, esto egens et mendicus ipsius iustitiae, et audi evangelium: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

12,26 mortale ... immortalitatem] *cf.* 1 Cor. 15, 54.53 **36** Matth. 5, 6

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

19 dives] in terra *add.* α **20** cum] cui *Vr P*$_3$ *P*$_6$ | dicitur *D X ma* **21** illi[1] *om. lo ma* **22** habebat δ_1 **23** in *om. B* **25** victoria *B* | et *om.* $\gamma_1\ \zeta$ **28** nec] et α **29** pauperes] et *add.* ε *P*$_{23}$ **31** abundant ... despiciunt *om. B* **32** felices $\alpha\ \gamma_1$ | despiciunt] nos *add.* ε *P*$_6$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **33** iustitia[2] *B*; *om. cett. ma* | cor *B* **35** egenus α *H*$_1$ η **37** saturabuntur] amen *add.* α

IN PSALMUM CXXIII

(1.) Bene iam nostis, fratres carissimi, canticum graduum esse canticum ascensionis nostrae, eandemque ascensionem non corporis pedibus fieri, sed cordis affectibus. Hoc saepissime insinuavimus vobis, nec eadem saepius repetenda sunt, ut sit locus dicendi quae nondum dicta sunt. Et iste ergo psalmus, quem nunc vobis cantatum audistis, CANTICUM GRADUUM superscribitur. Ipse est titulus eius. Cantant ergo ascendentes, et
mi 1640 aliquando tamquam unus cantat, aliquando tamquam multi, quia et multi unus, quia et unus Christus, et in Christo membra Christi cum Christo unum faciunt, et horum omnium membrorum caput in caelo est. Corpus autem etiamsi laborat in terra, non est praecisum a capite suo. Desuper enim caput prospicit et consulit corpori. Nam si non consuleret, non diceret illi persecutori adhuc Saulo, nondum Paulo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Et haec optime nostis, et usitata sunt vobis. Non autem cum fastidio commemorentur eis quibus non exciderunt, ut per eorum patientiam redeant in cor etiam eorum quibus exciderant. Salubria sunt enim, et saepius dicenda. Sive ergo unus cantet sive multi cantent, et multi homines unus homo est, quia unitas est, et Christus, sicut diximus, unus est, et omnes Christiani membra sunt Christi.

(2.) Quid ergo isti cantant? Haec membra Christi quid cantant? Amant enim, et amando cantant, desiderando cantant.

---

in ps. CXXIII,1,14 Act. 9, 4

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*
in ps. CXXIII,1,1 bene *inc. K* **3** affectibus *des. K*

---

in ps. CXXIII,1,1 fratres *om.* $\delta\ \eta$ | carissimi *om. B* **3** corporeis *B* **7** cantate *B* ηma **8** tamquam[1] *om.* δ_1 **9** et[3] *om.* $\pi\ \eta$ **17** patientia *B* Br_1 | exciderunt $W_1\ W_2\ Br_1\ T$ **18** sive] et *praem.* ε

Aliquando cum tribulatione cantant, et aliquando exsultando cantant, cum in spe cantant. Tribulatio enim nostra in praesenti saeculo, spes enim nostra de futuro saeculo, et nisi in tribulatione praesentis saeculi consoletur nos spes futuri saeculi, perimus. Gaudium ergo nostrum, fratres, nondum est in re, sed iam in spe. Spes autem nostra tam certa est, quasi iam res perfecta sit: neque enim timemus promittente veritate. Veritas nec falli potest nec cc 1826 fallere. Bonum est ut haereamus illi; illa nos liberat, sed si manserimus in verbo eius. Modo enim credimus, tunc videbimus: cum credimus, spes est in isto saeculo; cum videbimus, res erit in futuro saeculo. Videbimus autem facie ad faciem: tunc autem videbimus facie ad faciem, cum habuerimus corda mundata. *Beati* enim *mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.* Unde autem corda mundantur, nisi per fidem, sicut Petrus ait in Actibus Apostolorum: *Mundans fide corda eorum*? Mundantur autem corda nostra per fidem, ut possint esse idonea capere speciem. Ambulamus enim nunc per fidem, nondum per speciem, sicut apostolus dicit: *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a domino*. Et quid est *peregrinamur*? *Per fidem enim ambulamus* inquit *non per speciem*.

Qui ergo peregrinatur, et per fidem ambulat, nondum est in patria, sed iam est in via; qui autem nec credidit, nec in patria

---

2,10 *cf.* Ioh. 8, 32. 31 **13** *cf.* 1 Cor. 13, 12 **14** *cf.* Matth. 5, 8 **17** Act. 15, 9 **20** 2 Cor. 5, 6 **21** *ibid.* 5, 7

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

2,4 in[1] *om.* $H_2 Br_1$ **5** enim] vero $\pi\,\eta Br_1 Y ma$ **6** spe γ_1 **7** ergo] enim δ_1 iam *om. B* **8** tamquam η | res *om.* α **9** veritas] enim *add.* $\gamma\,\zeta P_{23}\,ma$ **13** tunc ... faciem *om.* η | autem[2] *om. B* **14** facie] faciem *B* **15** mundi α $W_1 H_2 B N^2 An_4$ | autem] enim *B* **17** fide mundans *tr. B* **18** carpere δ_1 **21** inquit ambulamus *tr.* $H_2 Br_1$ | inquit *om.* η **24** nec[1] non *T ma* | credit $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta P_{23}\,Y ma$

est nec in via. Sic ergo ambulemus, tamquam in via simus, quia ipse rex patriae factus est via. Rex patriae nostrae, dominus Iesus Christus, et ibi veritas, hic autem via. Quo imus? Ad veritatem. Qua imus? Per fidem. Quo imus? Ad Christum. Qua imus? Per Christum. Ipse enim dixit: *Ego sum via, veritas et vita.* Dixerat autem aliquando credentibus in se: *Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Et cognoscetis* inquit *veritatem,* sed *si manseritis in verbo meo.* In quo verbo? Sicut dicit apostolus: *Hoc est verbum fidei quod* mi 1641 *praedicamus.* Primo ergo verbum fidei est; in quo verbo fidei si manserimus, cognoscemus veritatem, et veritas liberabit nos. Veritas immortalis est, veritas incommutabilis est, veritas illud verbum est de quo dicitur: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Et quis hoc videt, nisi corde mundato? Unde mundantur corda? *Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Quod ergo manet verbum in se, veritas est ad quam venimus, et quae nos liberat; quod autem praedicatur verbum fidei, in quo nos vult dominus permanere ut cognoscamus veritatem, hoc est verbum caro factum et habitans in nobis. Credis in Christum natum in carne, et pervenies ad Christum natum de deo, deum apud deum.

29 Ioh. 14, 6 **30** Ioh. 8, 31–32 **33** Rom. 10, 8 **37** Ioh. 1, 1 **39** Ioh. 1, 14

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

25 sumus $W_1\ W_2$ **26** patriae[1]] patria ε **27** et *om. B* **29** veritas] et *praem.* α **30** autem] enim *B*; *om.* $W_1\ W_2$ **32** manseritis] inquit *add.* $H_2\ \eta$ **34** est *om. B* **35** cognoscimus $\delta_1\ B\ Br_1$ | liberavit $W_1\ W_2\ Gt\ H_2\ N$ **39** et[1] *om.* α **41** imus α_2 **43** factum] $V_2\ O_4\ P_7^2\ \varepsilon$; est *add. cett. ma* | habitans] $\alpha\ W_1\ W_2\ H_2\ Br_1\ O_4\ P_{72}$; habitavit *cett. ma*

(3.) Exsultantes cantant isti quos legimus; membra ista Christi exsultantia cantant istum psalmum. Et quis hic exsultat, nisi in spe, sicut dixi? Et nobis certa sit ipsa spes, et exsultando cc 1827 cantemus. Non enim qui cantant alieni sunt a nobis, aut non in hoc psalmo vox nostra est. Sic audite, tamquam vos ipsos audiatis. Sic audite, tamquam in speculo scripturarum vos ipsos attendatis. Cum enim tamquam speculum attendis scripturas, exhilaratur facies tua; cum similem te invenies exsultatione spei membris quibusdam Christi, quae membra ista cantarunt, eris et tu in ipsis membris et cantabis ista. Cur ergo ista cantant exsultando? Quia evaserunt. Ergo spes est in qua cantant. Cum enim hic sumus et peregrinamur, nondum evasimus. Praecesserunt quidem membra quaedam de corpore illo de quo et nos sumus, quae possunt in veritate cantare. Et hoc cantarunt martyres sancti. Iam enim evaserunt, et in exsultatione cum Christo sunt, recepturi corpora iam incorrupta, eadem ipsa quae primo erant corruptibilia, in quibus passi sunt poenas. Inde illis fient ornamenta iustitiae. Ergo, sive illi iam in re sive nos in spe coniungentes affectum coronis eorum et desiderantes talem vitam qualem hic non habemus, sed habere non poterimus nisi eam hic desideraverimus, cantemus simul omnes et dicamus: nisi quia dominus erat in nobis. Respexerunt enim quidam tribulationes quas passi sunt, et consideraverunt, in eo iam loco et in beatitudine et in securitate

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* **3,21** cantemus *inc. K*

3,1 cantent γ_1 P_6 | ista *om. B* H_1 **2** exsultantia] exultant iam et O_4 ε *Y*, P_7^2 (*ex exultantium et*) | cantent ζ | psalmum istum *tr. lo ma* | exultat hic *tr.* ζ **3** in spe] spe γ_1 | et[1] *om.* δ_1 **5** sic ... audiatis *om.* W_1 W_2 **7** speculum] in *praem.* W_1 W_2 **8** spei] piis α **10** cur] cum δ_1 | isti cantant ista P_6 *ma*; ista cantant ista *C* | qui W_1 W_2 *B* **11** sumus] in corpore *add.* ζ **12** peregrinamur] a domino *add.* ζ **17** fiant O_4 ε **20** eam] cum *B* **21** omnes simul *tr.* ζ **22** quasdam ε *C Y ma* **23** in[2] *om.* δ η *C* | in[3] *om.* H_2 *Gt*

constituti, qua transierint, quo venerint, et quia difficile erat inde liberari, nisi adesset manus liberantis, et in gaudio dixerunt: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS. Sic coeperunt cantare. Nondum dixerunt unde evaserunt, tanta exsultatio est: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS. *v. 1*

(4.) DICAT NUNC ISRAEL: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS. Nunc dicat, quia iam evasit. Evadentes enim, id est eos qui iam evaserunt, constituit intuendos psalmus iste. Constituamus illos et nos in corde iam triumphantes, et tamquam ibi et nos simus, sicut in superiore psalmo dictum est: *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Nondum ibi erant, sed in via erant. Tanta autem laetitia erat festinantium et tanta perveniendi spes ut adhuc in via positi et laborantes, iam sibi illic constituti viderentur. Sic et nunc ponamus nos in illo triumpho quod erit in futuro saeculo, quando insultabimus morti iam finitae, iam consumptae, quando dicemus: *Ubi est, mors, contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Iam coniuncti angelis, et exsultantes cum rege nostro, qui primus resurgere voluit, quamvis prior mori noluerit – multi enim ante illum mortui sunt, sed nemo ante illum resurrexit in aeternum –, exsultantes autem cum illo, etiam ibi spe et corde constituti, quia evasimus, cogitemus quid evasimus, quae scandala, quas tribulationes mundi, quas persecutiones *v. 2*

mi 1642

cc 1828

4,5 Ps. 121, 2 **11** 1 Cor. 15, 55

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **26** nobis *des. K* **4,1** dicat *inc. K* **3** iste *des. K*

---

24 quia δ_1 | transierunt $\alpha\,H_1\,W_1\,W_2\,K\,P_6$ | erant $W_1\,W_2$ **25** adessent $W_2\,Br_1$ | et *om.* $H_2\,\zeta\,ma$ **27** evaserint $\pi\,\eta\,ma$
4,2 quia *om.* $\delta\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,Y$ | iam *om.* $\gamma_1\,P_{23}\,T$ | evasi *B* **4** iam in corde *tr.* $W_1\,W_2$ | et[2] *om.* $\delta_1\,T$ | et nos ibi *tr.* ζ **5** superiori $W_1\,W_2$ **6** atriis] tuis *add.* $\eta\,C\,Br_1$ **7** erat laetitia *tr. B* **8** spes] est *add.* η **11** dicimus δ_1 **13** qui *om. B* | primus] prius $H_2\,B$ **14** voluerit α (*tr. ante* mori) $\delta_1\,B\,\varepsilon\,Rm\,P_{23}$ **15** autem exultantes *tr.* $\alpha\,C$

omnium paganorum, quos dolos omnium haereticorum, quas suggestiones diaboli, quas cupiditatum conflictationes. Omnia ista quis evaderet, NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS? DICAT NUNC ISRAEL. Securus enim dicit Israel: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS. Quando? **DUM INSURGERENT HOMINES SUPER NOS.** Noli ergo mirari: victi sunt. Homines enim erant. Dominus autem erat in nobis, non homo erat in nobis. Homines autem insurrexerunt super nos. Sed tamen opprimerent homines alios homines, nisi in his hominibus qui non potuerunt opprimi, non homo esset, sed dominus.

(5.) Ergo NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS, CUM INSURGERENT HOMINES SUPER NOS – Quid enim facerent vobis, o homines? Exsultatis et cantatis et securi tenetis beatitudinem sempiternam. Quid vobis facerent homines insurgentes, nisi quia dominus esset in vobis? Nisi dominus esset in nobis, quid facerent? **FORSITAN VIVOS ABSORBUISSENT NOS.** VIVOS ABSORBUISSENT: non prius occidissent, et sic absorbuissent. O immanes! O crudeles! Non sic sorbet ecclesia. Petro *macta et manduca* dictum est, non: 'Vivos sorbe'. Quomodo ergo Petrus, id est ecclesia, mactat, et sic manducat? Et quomodo isti qui exsurrexerunt super nos, FORSITAN VIVOS ABSORBUISSENT NOS, NISI QUIA

v. 3

5,8 Act. 10, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 20 dicat *inc. K* 25 nos *des. K* 5,4 insurgentes *inc. K* 9 sorbe *des. K*

21 nunc *om. B* | securus ... Israel *om.* α | dicat $\varepsilon\,C^2$ 22 quando *om.* α super] in *K T* 25 surrexerant π; surrexerunt $V_2\,B\,T\,Br_1$ | oppriment δ_1 5,1 ergo *om.* α | nisi *om.* $\delta_1\,\eta$ 2 o *om.* $\alpha\,T\,ma$ 3 exultantes δ_1; exultantis α; exultantibus *lo ma* | cantantis α; cantantibus *lo ma* | securam α_2; secure *lo ma* | tenentibus *lo ma* 4 facerent vobis *tr. B* | insurgentes] in vos *add.* γ $\zeta\,P_{23}\,Y\,ma$; super vos homines *K* | nisi ... vobis (nobis $H_1ac.$) δ_1; *om. cett. ma* | quia *del. Primmer* 5 nobis] $\alpha\,\delta_1\,Gt$; vobis *cett. ma* 8 absorbet $\zeta\,ma$ 9 sorbet $\delta_1\,Gt$; obsorbe $\varepsilon\,C\,Y$; absorbe $Rm\,P_3\,\zeta\,ma$ 10 qui *om.* γ_1

DOMINUS ERAT IN NOBIS? Quia in ecclesiae corpus nemo intrat, nisi prius occisus. Moritur quod fuit, ut sit quod non fuit. Alioquin non occiditur et non manducatur ab ecclesia: esse in numero populi potest qui videtur oculis humanis, in numero autem populi qui cognitus deo est, de quo dicit apostolus: *Novit dominus qui sunt eius*, non potest esse, nisi manducatus, nec manducari poterit, nisi primo mactatus. Venit paganus, adhuc in illo idolatria vivit, inserendus est membris Christi. Inseratur necesse est, si manducatur, sed non potest manducari ab ecclesia, nisi primo mactatus. Renuntiet saeculo, tunc mactatur; credat in deum, tunc manducatur.

Quomodo ergo illi VIVOS ABSORBUISSENT NOS, NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS? Surrexerunt enim multi persecutores aliquando, et nunc non desunt. Singillatim insurgunt, et aliquando vivos absorbent, sed in quibus non est dominus. Ideo ante omnia illi dixerunt: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS, quia multi sorbentur, in quibus non est dominus. Hi sunt qui vivi
mi 1643 sorbentur, qui sciunt malum esse, et lingua consentiunt. Surrexerunt enim quidam persecutores, et dixerunt hominibus: 'Turificate; si non feceritis, occidimus vos'. Illi amaverunt hanc
cc 1829 vitam, et dulcedo vitae huius tenuit eos. Non plus dilexerunt ea quae promisit deus quam ea quae videbant in terra. Illa enim

16 2 Tim. 2, 19

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 12 in^2 *inc.* K 14 manducatur *des.* K

12 quia] nisi *add.* B 13 prius *om.* η | alioquin] qui *add.* $\gamma\ \zeta P_{23}$ *ma* 16 est deo *tr.* C ζBr_1 18 potest δ_1 | primo nisi *tr.* $W_1 W_2$ | idololatria *lo ma* 19 inseratur] ut *praem.* δ_2 (*exc.* H_2) $\eta\ \varepsilon\ \zeta P_{23}$ Y *ma*; at $\delta_1 H_2$ *ac.*, B | si manducatur] ut manducetur $\eta\ \varepsilon$ C ζP_{23}; manducetur Av_1 *ma* 20 primo] prius α δ_1; *om.* $W_1 W_2$ 28 absorbentur $V_2 R_3$ *ma* 29 absorbentur $V_2 R_3$ *ma* 33 terram B

credere iubebantur, quae nondum videbant, ista quae amabant videbant. Plus retinentes ea quae videbant, excluserunt de cordibus dominum; et quia non erat in eis dominus, vivi absorpti sunt. Quid est 'vivi absorpti sunt'? Turificando idolo scientes quia nihil est idolum. Nam si aliquid putarent esse idolum, mortui absorberentur; cum autem putant nihil esse idolum, et noverunt omnia illa gentilium vana esse, vivunt. Tamen cum faciunt quod volunt persecutores, vivi absorbentur. Sed ideo vivi absorbentur, quia non in eis est dominus. In quibus autem inest dominus, occiduntur et non moriuntur. Qui autem consentiunt et vivunt, vivi absorbentur, absorpti moriuntur. Isti autem qui passi sunt, et non consenserunt tribulationibus, exsultant et dicunt: dicat nunc Israel, dicat exsultans, dicat securus: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS, CUM INSURGERENT HOMINES SUPER NOS, FORSITAN VIVOS ABSORBUISSENT NOS.

(6.) DUM IRASCERETUR FUROR EORUM SUPER NOS. Nostis, fratres, in aliquo de superioribus psalmis, in ipso initio canticorum graduum contra linguam subdolam petisse auxilium quendam, qui coepit ascendere, et dixisse: *Domine, erue animam meam a labiis iniustis et a lingua dolosa.* Primo enim cum coeperit homo ascendere et proficere, in ipso exordio ascensionis linguas dolosas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam suasionem: 'Quid facis? Quare hoc facis? Aliter enim vivi non potest?

39 *cf.* 1 Cor. 8, 4 6,4 Ps. 119, 2

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

34 nondum] non $\delta_2 B\,\eta Y$ 37 quid ... sunt *om. B* | idolo] idolis $\varepsilon C\,\zeta P_{23}$ *ma* 40 tamen] et *praem. T ma* 42 non est in eis *tr.* $H_2 Br_1$ 45 consenserunt] cesserunt *ma* 47 exurgerent δ (*exc. B*) η
6,1 cum $H_1 T$ | ipsorum $W_1 W_2 A\,Gt\,Br_1$ 2 psalmo $\alpha\,\delta_2 B\,\eta$ 5 iniquis $W_1 W_2\,\eta$ | a^2 *om. B* | subdola *B* 8 quid] dicentes *praem.* ζ | vivere α (*exc. Vr*) $\gamma\,\zeta Br_1 P_{23} Y$ | potes $\gamma\,\zeta Br_1 P_{23} Y$

Serviri aliter deo non potest? Tu solus es qui vis hoc esse quod alii non sunt!' Et si inveneris alios qui tecum sunt, illa blanda et dolosa lingua quid dicit? 'Ecce illi potuerunt, forte tu non poteris. Aggrederis, deficies, et melius erat non incipere quam coepisse et defecisse'. Lingua dolosa adhuc blanditur. Si perseveraveris, vincitur lingua dolosa et blandiens. Incipit esse aperte saeviens; et quae blandiebatur ut seduceret, minatur ut terreat. Sed si dominus est in te, et non reliqueris de corde tuo Christum, quomodo per sagittas acutas et carbones desolatorios vicisti linguas dolosas – id est per verba dei quibus transfixum erat cor tuum, et per exempla iustorum qui de mortuis vivificati sunt, de peccatoribus facti sunt iusti, quomodo carbones de morte revivescunt –, quomodo ergo illos vicisti sagittis et carbonibus desolatoriis, dolose blandientes et blandiendo seducentes, sic istos vinces iam irascendo comminantes, quia blandiendo seducere
cc 1830 nequiverunt. Victi sunt cum blandirentur, vincantur et cum minantur. Sed vincuntur quomodo, NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS? Manifestum est quia non vicisti tu, sed vicit ille qui est in
mi 1644 te. Imperatorem talem portas et vinceris? Nonne ille est quem portas, qui dixit: *Ego vici saeculum*? Nonne prior moriens vicit diabolum, cum semper esset super omnem creaturam, quia verbum deus est apud deum? Quare vicit, nisi ut te doceret cum

17 *cf.* Ps. 119, 4 **28** Ioh. 16, 33 **30** *cf.* Ioh. 1, 1

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **6,23** quia *inc. K*

9 servire $\alpha\,\delta_1\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta Br_1 P_{23}\,Y$ | potes $\alpha_2\,\gamma\,\zeta Br_1 P_{23}\,Y$ **10** blande $W_1\,W_2$ *Gt* | et *om.* δ (*exc.* H_2) **11** lingua dolosa *tr.* δ_1 | tu forte *tr.* $W_1\,W_2\,H_2\,Gt$ **18** verbum α **20** facti ... iusti] iustificati *B* | quomodo ... revivescunt *om. B* **21** desolatoriis *om. B* **23** qui δ_2 (*exc.* H_2) *B* η **24** cum minantur] comminantur δ_2 **26** est[1] *om.* δ_1 **28** prius $\delta\,T\,Br_1$ **30** deus] dei $V_2\,\delta_1$ | doceret] et *add.* $\varepsilon\,Y\,P_{23}$

diabolo dimicare? Et tamen iam doctus es: nisi in te sit ille qui prior tibi vicit, vinceris. NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS, DUM INSURGERENT HOMINES SUPER NOS, FORSITAN VIVOS ABSORBUISSENT NOS, DUM IRASCERETUR FUROR IPSORUM SUPER NOS: iam irascuntur, iam aperte saeviunt.

v. 4 FORSITAN AQUA DEMERSISSET NOS. Aquam dicit populos peccatores; et videbimus qualem aquam in consequentibus. Quicumque autem consensisset illis, aqua illum operuisset. Moreretur enim morte Aegyptiorum, non transiret exemplo Israelitarum. Nostis enim, fratres, quia per aquam populus Israelitarum transiit, et ipsa aqua populus Aegyptiorum coopertus est. AQUA inquit DEMERSISSET NOS.

(7.) Sed qualis est ista aqua? Torrens est, fluit cum impetu, sed transitura est. Torrentes enim dicuntur fluvii qui repentinis imbribus crescunt; magnum habent impetum; quisquis incurrerit trahitur, sed in quo dominus non est; in quo autem dominus est, transit torrentem anima ipsius. Adhuc fluit torrens, sed iam transiit anima martyrum. Adhuc quamdiu saeculum hoc nascendo et moriendo currit, torrens est: hinc persecutiones, de isto torrente. Hinc bibit ille primus caput nostrum, de quo dictum est in psalmo: *De torrente in via bibit.* De torrente aqua illa quae significat populum persecutorem, inde bibit ille qui dixit discipulis: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?*

---

40 *cf.* Ex. 14, 22–29 7,9 Ps. 109, 7 11 Matth. 20, 22

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 39 Israelitarum *des. K* 7,1 sed *inc. K* 6 martyrum *des. K* 7 hinc *inc. K* 8 nostrum *des. K*

---

31 dimicare] quamvis *add.* $W_1 W_2$ | es *om. ma* | ille sit *tr.* $H_1 W_1 W_2$ 32 prius $\gamma_1\ \zeta$ | te δ_1 34 eorum η 38 autem *om.* $W_1 W_2$ 39 transisset $H_2 Br_1$

7,7 ipso δ (*exc.* H_1) η 8 vivit *B* | primus ille *tr. B* 9 bibet $H_1 w$ | illa *om.* α

De torrente in via bibit. Quid est *in via bibit*? Transiens bibit, non haesit. In via bibit, quia de illo forte dictum est: *Et in via peccatorum non stetit.* Transiens bibit. Et quid inde dictum est? *Propterea exaltavit caput. De torrente* inquit *in via bibit, propterea exaltavit caput.* Exaltatum est enim iam caput nostrum, quia de torrente in via bibit; passus est enim dominus noster. Si ergo iam exaltatum est caput nostrum, quid timet corpus torrentem? Sine dubio quia caput exaltatum est, et corpus dicit postea: TORRENTEM PERTRANSIIT ANIMA NOSTRA; FORTASSE PERTRANSIIT ANIMA NOSTRA AQUAM SINE SUBSTANTIA, ecce qualem aquam dicebat: FORSITAN DEMERSISSET NOS. Qualis autem est sine substantia? Quid est SINE SUBSTANTIA? *v. 5*

cc 1831

(8.) Primo quid est FORSITAN PERTRANSIIT ANIMA NOSTRA? Quomodo potuerunt enim, Latini expresserunt quod Graeci dicunt ἄρα. Sic enim habent Graeca exemplaria: ἄρα; quia dubitantis verbum est, expressum quidem dubitationis verbo quod est FORTASSE, sed non omnino hoc est. Possumus illud verbo dicere minus quidem Latine coniuncto, sed apto ad intellegentias vestras. Quod Punici dicunt *iar*, non lignum, sed quando dubitant, hoc Graeci ἄρα, hoc Latini possunt vel solent dicere: 'Putas', cum ita loquuntur: 'putas, evasi hoc'. Si ergo

---

13 Ps. 1, 1 15 Ps. 109, 7 8,7 *cf. vocem hebr.* ja'ar, *i.e.* silva, dumetum

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 20 fortasse *inc. K* 22 dicebat *des. K*

---

13 forte de illo *tr. B* 14 transiens] ita *praem.* α 15 exaltabit $H_1\ B\ \eta\ ma$ 16 exaltabit $B\ \eta\ ma$ | est *om.* $H_2\ Br_1$ 19 dicet $\alpha\ H_1\ H_2\ W_1\ W_2\ An_4\ Rm\ P_3$ *ma* 20 pertransiit[1]] pertransibit *B* | forsitan δ_2 (*exc. Gt*) Br_1 | fortasse ... nostra *om. B* 21 aqua *B K* 22 forsitan] aqua *add. B* γ 23 quid ... substantia *om.* $H_2\ \gamma\ \zeta\ P_{23}$

8,2 enim potuerunt *tr.* $\alpha\ \eta\ Br_1\ T$ | quod] enim *add.* α 3 graeca habent *tr. ma* 4 quia] quod ζ | expressum] est *add. lo ma* 6 verbum ε 7 ligno *B* 8 latine δ_1

dicatur: 'Forsitan evasi', videtis quia non hoc sonat, sed quod dixi: 'Putas', usitate dicitur; Latine non ita dicitur. Et potui illud dicere, cum tracto vobis – saepe enim et verba non Latina dico, mi 1645 ut vos intellegatis –, in scriptura autem non potuit hoc poni, quod Latinum non esset; et deficiente latinitate, positum est pro eo quod non hoc sonaret. Sic tamen intellegite dici: 'PUTAS, PERTRANSIIT ANIMA NOSTRA AQUAM SINE SUBSTANTIA'. Et quare dicunt 'Putas'? Quia magnitudo periculi vix facit credibile quod evasit. Magnam necem pertulerunt, in magnis discriminibus fuerunt; omnino sic pressi sunt ut paene vivi consentirent, ut paene vivi absorberentur; iam ergo evadentes, iam securi, sed ipsius periculi magnitudinem recordantes, 'putas, inquiunt, PERTRANSIIT ANIMA NOSTRA AQUAM SINE SUBSTANTIA'.

(9.) Quae est aqua sine substantia, nisi aqua peccatorum sine substantia? Peccata enim non habent substantiam; inopiam habent, non substantiam; egestatem habent, non substantiam. In ista aqua sine substantia perdidit ille minor filius totam substantiam suam. Nostis enim quia minor filius peregrinatus est, et dixit patri: *Da mihi portionem substantiae quae me contingit.* 'Quid tibi vis? Melius apud patrem servatur. Tua est. Dilapidare illam vis? Proficisci vis longius?' *Da mihi,* sed *da mihi.* Dedit illi. Profectus in regionem longinquam vivens prodige cum meretricibus, perdidit totam substantiam. Egens remansit, porcos pavit; in

9,6 Luc. 15, 12

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **8,16** et *inc. K* **18** evasit *des. K* **19** ut[2] *des.* H_2 **9,1** quae *inc. K* **3** substantiam[2] *des. K*

14 pro eo *om.* δ_1 **15** non *om.* δ_1 **16** aqua *B* **17** credibilem *B* **22** aqua *B* **9,1** quid δ_1 **2** substantiam] substantia *B* **3** substantiam[1]] substantia *B* substantiam[2]] substantia *B* **7** servantur δ_1 **8** da mihi[1] *om. Y T* | sed ... mihi *om.* η **9** profectus] est *add.* H_1 W_1 W_2 *Gt* **10** totam *om.* δ_1

egestate sua patris divitias recordatur. Nisi eum egestas pulsasset, illam satietatem non desideraret. Considerent ergo omnes peccata sua, videant si habent substantiam ipsa peccata. *Propter quid irritavit dominum peccator?* Si non vides peccatum tuum antequam facias, vel iam fecisti considera: dulcedo huius saeculi ad tempus fauces indulcat. In magnam amaritudinem postea convertetur. Ecce peccasti, et lucrum fecisti. Quid est quod fecisti lucrum? Ut lucrum faceres, offendisti deum; ut augeres pecuniam, fides deminuta est, et aurum crescit. Quid perdidisti, et quid
cc 1832 acquisisti? Quod acquisisti, aurum vocatur, quod perdidisti, fides vocatur. Compara fidem auro; si venalis esset in nundinis fides, haberet pretium. Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas? De arca gaudes, de corde non plangis? Abundas nescio quid in arca tua, sed vide quid deminutum sit in corde tuo. Cum aperueris arcam, invenies solidos qui non erant; bene, quia gaudes esse ibi quod ibi non erat. Attende arcam cordis; erat ibi fides, et non est. Si hac gaudes, quare hac non plangis? Plus perdidisti quam acquisisti. Vis videre quid perdideris? Nec naufragio tibi posset auferri. Nam aliquando perdunt omnia homines in mari, nudi exeunt. Multi naufragaverunt cum Paulo: amatores huius saeculi passi sunt naufragium, et nudi omnes exierunt; illi et quod foris habe-

13 Ps. 9, 34 (13) 30 *cf.* Act. 27, 41

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K* H_2) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ P_{23} *et al.*

11 nisi] enim *add.* ε | egestas eum *tr.* δ_1 **14** inritabit *B* | deum *lo ma* **15** iam] si *praem.* ζP_{32}; si *add.* P_{15}; ut *X* | fecisti] cum *praem. ma* **18** deum offendisti *tr. ma* **19** crevit *D ma* | quid acquisisti et quid perdidisti *tr.* W_1 W_2 **23** planges α W_1 W_2 | *abundat H_1 (*i.ras.*) *Rm* ζP_{23} *ma*; abundans *A* e_3 **24** deminutum *coni. I. B. Bauer*; minutum δ (*exc. Gt*) η; imminutum *T ma*; diminutum *cett.* **25** ibi esse *tr.* W_1 W_2 **26** et] sed α *A* H_1^2 *Gt* η *Br*$_1$; *om.* W_2 **27** hac quare *tr.* W_1 W_2 | planges α W_1 W_2 **28** nec *om. B* | naufragium α | posset tibi *tr.* ζ | possit α *A Gt B* **29** homines omnia *tr.* δ_2 | homines *om. C* | nudi] et *praem.* ζ | exeunt] et *praem.* ε ζ

bant amiserunt, et domum cordis sui inanem invenerunt. Paulus autem in corde ferebat patrimonium fidei suae: nullis fluctibus, nullis tempestatibus potuit auferri; nudus exiit, et dives exiit. Tales divitias quaerere debemus. 'Sed non eas video', dicis mihi. Stulta anima, non eas vides oculis carnis tuae: habeto oculum cordis, et vides eas. Sed non vides fidem. Quare illam vides in altero? Quare clamas quando tibi frangitur, si non eam vides? Frangat tibi aliquis fidem, clamas. Vis ergo tibi exhiberi, et tunc mi 1646 vides; cum petitur, ut exhibeas, tunc non uides? Quod clamas alium non habere erga te, plange te non habere erga alium. Et vide quia peccatum quod facis, sine substantia est. Quod enim acquiritur de peccato, videtur esse substantia. Sed et hoc non acquiritur. Ille enim habet aurum, qui novit uti auro: qui autem auro uti non novit, habetur, non habet, possidetur, non possidet. Estote domini auri, et non servi auri, quia et aurum deus fecit, et te super aurum ipse fecit; aurum fecit ad subsidium tuum, te ad imaginem suam. Vide quod supra te est, et calcas quod infra te est. Quid ergo acquisisti? Vis videre quam aqua sine substantia sit? Tolle tecum ad inferos quod acquisisti: quid facturus es? Acquisisti aurum, perdidisti fidem; post paucos dies exis de hac vita, aurum quod acquisisti perdita fide, auferre tecum non potes; cor tuum inane fidei ad poenas exit, quod plenum fide ad coronam exiret. Ecce nihil est quod fecisti, et propter nihil deum offendisti. Aqua sine substantia est quae te demersit. *Propter quid*

55 Ps. 9, 34 (13)

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S K H_2) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

32 invenerunt inanem *tr. lo ma* 33 ferebat] in corde *repet.* W_1 W_2 36 tuae *om. B* | habeto] vel *praem. B* 42 fecisti W_1 W_2 46 et[1] *om. B* 47 te[2]] et *praem.* γ ζ P_{23} *Y ma* 49 aquam δ_1 50 quod] quos ε 51 existi *B* 55 propter ... peccator] *post* vane *tr.* ε P_{23} *Y*

irritavit deum peccator? Confundantur inique facientes vane. Nemo enim non inaniter inique facit, sed nemo considerat.

(10.) Eunt homines, audiunt proverbium illud vulgare, et proverbia dei dormitant in eis. Quod proverbium? 'Malo quod teneo quam quod spero'. O infelix, quid tenes? Ecce dicis: 'Malo
cc 1833 quod teneo'. Tene sic ut non amittas, et dic: 'Malo quod teneo'.
5 Si autem non tenes, quare non illud tenes quod non potes amittere? Quid ergo tenes? Aurum. Tene ergo; si tenes, non tibi auferatur invito. Si autem et per aurum traheris quo non vis et ideo te quaerit maior raptor quia invenit minorem raptorem – ideo te quaerit, ideo te quaerit maior aquila quia prior cepisti
10 leporem: praeda tibi fuit minor, praeda eris maiori. Haec non vident homines in rebus humanis; tanta cupiditate caecantur. Mira res est, fratres; horrent qui considerant. Quaerit potentior infirmiorem, et quaerit eum opprimere, non ob aliud, nisi quia habet quod illi auferat. Videt illum pati sub se tribulationem, non
15 ob aliud, nisi propter quod habet; et hoc ipse, propter quod ille patitur tribulationem, ad se congerit. Non attendebat, quando illum persequebatur (ille fugiebat, ille torquebatur, ille timebat, ille ubi se absconderet quaerebat), unde pateretur ista mala, nisi quia habebat. Vel in illo disce quid fugias, quia si res quae illum

---

56 Ps. 24, 4 10,2 *cf.* A. Sonny, in: Otto, Nachträge 1968, 91*sq.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K* H_2) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

---

56 inritabit *B* | dominum $\alpha\ \delta_2$ | inique] iniqui W_1 W_2 *Gt* | vana α W_1 ε P_{23} *Y* 57 nemo[1]] vias tuas domine notas fac mihi et semitas tuas edoce me *praem.* W_1 W_2 | non *om. B* | inique] iniqua ζ | considerat] quod facit *add.* W_1 W_2 | considerat ... eunt] considerate α

10,1 audiunt ... eis] audiunt verbum dei et proverbia dei et dormitant in eis audiunt illud vulgare proverbium et vigilant in eo ζ 2 proverbium] verbum H_1 *ac.*, γ_1 3 dices α 8 minorem] maiorem γ_1 P_6 9 ideo[2] ... quaerit α; *om. cett. ma* | cepisti leporem prior *tr.* α 13 et *om.* W_1 W_2 14 sub se pati *tr. B* 18 requirebat W_1 W_2 | unde] ille *praem. B* et ζ 19 si *om.* ζ *D ma*

torquebat te persequente, ne auferretur a te, et te sic habet torquere alio persequente, attendis quia pinguis est – si propterea illum quaeris, quia pinguis est, time pinguescere, ne alter te quaerat. Et omnia inaniter fiunt; quaere finem: tenebrae occurrunt; quaere quare: nihil occurrit.

(11.) Ergo exsultent et laetentur in Christo qui dicunt: PERTRANSIIT ANIMA NOSTRA AQUAM SINE SUBSTANTIA, et recipiant substantiam suam. Perdiderunt illam viventes prodige; sed non pauper factus est pater. Redeant, et invenient ibi divitias quas in longinqua peregrinatione cum meretricibus consum-
v. 6 pserunt. Evadant aquam sine substantia, et dicant: **BENEDICTUS DOMINUS QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM.** Venantes enim erant persequentes, et posuerunt escam in muscipula. Quam escam? Dulcedinem vitae huius, ut unusquisque propter dulcedinem vitae huius mittat caput in nequitiam, et muscipula comprimatur. Non illi in quibus erat dominus – illi qui dicunt: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS, non capti sunt in muscipula. Sit in te dominus, et nec tu capieris in muscipula. Clama: BENEDICTUS DOMINUS QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM.

v. 7 (12.) **ANIMA NOSTRA SICUT PASSER ERUTA EST DE MUSCIPULA VENANTIUM.** Quia in ipsa anima dominus erat, ideo sicut passer eruta est anima de muscipula venantium. Quare SICUT

mi 1647

---

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}S\,K\,H_2)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **12,1** anima *inc. K* **2** erat *des. K* **3** quare *inc. K*

---

21 si ... est *om.* $W_1\,W_2$ **22** quaeris] persequeris δ_1 **24** quaeris *B*
11,1 domino $C\,P_6\,ma$ **2** pertransibit *B* **3** respiciant η **4** non] num *lo ma* | et *om.* δ | inveniant *B* η **5** peregrinatione] regione et *praem.* α_2 **6** evadent $H_1\,\eta$ | aqua δ_2 (*exc. Gt*) *B* **7** venatione $W_1\,K\,B\,N\,C$ **8** esca *B* **9** muscipulam $\alpha\,W_1\,W_2\,\eta\,C$ | ut] et η; *om. N* **10** huius vitae *tr. ma* | nequitia *B* **13** capti sunt] capit iste $\varepsilon\,Br_1\,Y$ | muscipula] muscipulam *B* | caperis δ_1; capiaris η **15** venationem] venatione $W_1\,W_2$; captione α
12,1 erepta $\delta_1\,B\,\eta\,Br_1$ **2** deus $\varepsilon\,P_{23}$

PASSER? Quia incauta ceciderat sicut passer, et poterat dicere postea: 'Ignoscet mihi deus'. O passer instabilis, fige potius pedes cc 1834 in petra, noli ire ad muscipulam: caperis, consumeris, obtereris. Sit in te dominus, et de maioribus minis eruet te: DE MUSCIPULA VENANTIUM. Quomodo si videas avem veluti iam cadere in muscipulam, facis maiorem strepitum, ut volet de muscipula, sic et martyrum iam forte aliqui ipsorum intendebant collum in dulcedinem vitae huius; dominus qui erat in illis fecit strepitum gehennarum, et erutus est passer de muscipula venantium: ANIMA NOSTRA SICUT PASSER ERUTA EST DE MUSCIPULA VENANTIUM. Et quid? Semper erit illa muscipula? Muscipula erat dulcedo vitae huius. Illi non haeserunt in muscipula et occisi sunt. Illis occisis muscipula fracta est. Iam non remansit dulcedo vitae huius, per quam possent iterum capi, sed illa contrita est. Numquid et passer contritus est? Absit, quia non haeserat.

MUSCIPULA CONTRITA EST, ET NOS ERUTI SUMUS. (13.) Clament ergo, quia eruti sunt, volent ad deum, triumphent in deo, quia eruti sunt, quoniam dominus erat in eis, ne muscipula caperentur. Quare MUSCIPULA CONTRITA EST, ET NOS ERUTI SUMUS? Vis scire quare? **ADIUTORIUM NOSTRUM IN NOMINE** *v. 8* **DOMINI QUI FECIT CAELUM ET TERRAM.** Nam si adiutorium hoc non esset, non quidem aeterna maneret muscipula, sed cum

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S\ H_2)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 4 passer[2] *des. K* 14 et *inc. K* | muscipula *des. K* 18 absit *inc. K* 19 sumus *des. K* 13,3 quare *inc. K* 5 terram *des. K*

---

5 ignosce α 6 obtineris $\delta_1\ \gamma T Y$; obtineberis P_6 8 velut *B* 9 muscipula *B* | ut] et $\gamma\ \zeta P_{23}$ | volat ζ 10 martyres $\gamma\ \zeta P_{23}$ *ma* 11 dulcedine $\alpha\ W_2 N$ 12 anima ... venantium *om.* $W_1 W_2$ 13 erepta δ_1 15 illis occisis *om. B* 16 non *om.* γ_1 | huius vitae *tr.* δ (*exc. B* H_1) ηBr_1 17 possint *A* $\eta\ \zeta$ *ma*; possunt *C* 18 haeserat] erat γ_1 *ma*; in muscipula *add. B* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta P_{23} Y$ *ma* 19 eruti] liberati *B*; salvati η

13,1 quia] quoniam *B* 2 deus *B* | illis *B* | muscipula] a *praem.* $\gamma\ \zeta P_{23} Y$ *ma*; in *B* 6 muscipula maneret *tr. B*

captus esset, contereretur passer. Nam vita ista transitura est, et qui dulcedine eius capti fuerint, et per hanc dulcedinem offenderint deum, cum ista vita transibunt. Nam conteretur muscipula. Certi estote: omnis dulcedo vitae istius praesentis non erit impleta sorte loci sui. Sed opus est non haerere, ut quando conteretur muscipula, tunc exsultes et dicas: MUSCIPULA CONTRITA EST, ET NOS ERUTI SUMUS. Sed ne putes te viribus tuis hoc posse, attende – esto pius ut eruaris: nam si superbieris, in muscipulam cadis –, et dic: ADIUTORIUM NOSTRUM IN NOMINE DOMINI QUI FECIT CAELUM ET TERRAM. mi 1648

(14.) Psalmus tractatus est, et quantum dominus adiuvare dignatus est, ut puto, expositus. Crastino etiam die sermonem deberi caritati vestrae optime nostis. Adestote et adiuvate nos orationibus vestris. Pollicitationis enim nostrae meminisse debetis, nec dicerem quid essem tractaturus, nisi adiuvari volens studio fidei et orationum vestrarum. Meministis enim me promisisse vobis de hoc tractare quod dictum est in evangelio: *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est.* Solent enim homines haeretici, maxime Manichaei, reprehendere legem et dicere quia non deus illam dedit. Exponendus est enim locus iste, ut cognoscatur quia et legem deus dedit, et lex per cc 1835

14,2 sermonem] *scil.* tract. in Io. 3 (cc 36, p. 20*sqq.*) 4 pollicitationis ... debetis] *cf.* in Io. 2, 16, 24*sqq.* 7 Ioh. 1, 17

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K* H_2) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 13 ne *inc. K* 16 terram *des. K*

7 conteretur δ_1 | transitoria *B* 8 capti fuerint] fuerint irretiti ζ | offenderunt δ_1 9 muscipula] ista *praem.* α 10 huius ζ 13 te hoc viribus tuis *tr.* W_1 W_2; hoc viribus tuis te *tr. C ma* 14 esto pius] cuius est η; cuius est esto pius *N Y* P_{23} Br_{12}; cuius est opus An_4 P_{15} *D* ζ *ma* | muscipula W_1 W_2 15 cades η

14,1 transactus α 2 expositus] est *add.* α_2 | etiam] enim η 3 adeste *A ac.*, *B* | nos *om.* δ_1, O_4 *ac.* Br_1*ac.* 10 deus illam non *tr. ma* | enim *om.* α

Moysen data est, ut non salvaret – propter certam causam non salvavit lex, ut lator legis ipse imperator desideraretur, qui indulgentiam daret peccantibus, et data quidem lex esset per Moysen, gratia autem et veritas per Iesum Christum fieret. Ad hoc intentos vos facere volui. Aderit domini misericordia non ex meritis nostris, sed forte pro merito desiderii vestri, neque ex facultatibus nostris, sed ex abundantia donorum suorum, ut sic tractetur res satis necessaria hominibus positis in novo testamento, ut omnino nullas latebras inveniat inimicus, ubi se occultet ad decipiendos fideles.

IN PSALMUM CXXIV

(1.) Psalmus iste pertinens ad numerum canticorum graduum – de quo titulo in aliis iam multa diximus, et repetere nolumus ne vos obtundamus potius quam instruamus – docet nos ascendentes et levantes animas nostras ad dominum deum nostrum affectu caritatis atque pietatis non intendere in homines qui prosperantur in hoc saeculo felicitate falsa atque ventosa et prorsus seductoria, ubi nihil aliud nutriunt quam superbiam, et cor eorum congelascit adversus deum, et fit durum adversus imbrem gratiae ipsius ne fructum ferat. Praesumentes enim omnia sibi abundare, quae videntur huic vitae necessaria et ultra quam necessaria, extolluntur; et cum sint homines per iniquitatem inferiores

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}S\,K\,H_2)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*
in ps. CXXIV,1,1 psalmus *inc. K* **6** seductoria *des. K*

14 esset] est sed η **16** vos *om.* η | misericordia domini *tr.* $W_1\,W_2\,Br_1$ **17** pro] ex *B* **18** ex] et $W_1\,W_2$ | tractaretur $W_1\,W_2$ **19** satis *om. B* **21** fideles] amen *add.* $\alpha\,B$
in ps. CXXIV,1,6 infelicitate δ_1 **8** congelescit ε **9** ipsius] dei η

omnibus hominibus, per superbiam superiores se putant omnibus hominibus. Atque utinam sicut alios vel homines se esse deputarent! Hos autem aliquando intuendo et nimis attendendo etiam illi qui deum colunt, fluctuant et nutant, quasi perierit merces ipsorum quare colunt deum, cum se vident in laboribus, in egestate, in aerumna, in morbo, in dolore, in aliqua necessitate, et vident alios habere sanitatem corporis, abundare temporalibus, incolumitate suorum gaudere, nitore honorum florere eos qui non solum deum non colunt, sed omnibus hominibus adversantur; attendentes eos, nutant, et dicunt apud se quod aperte scriptum est in quodam psalmo: *Quomodo scivit deus, et si est scientia in altissimo? Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias.* Et sequitur: *Numquid vano iustificavi cor meum, et lavi in innocentibus manus meas?* Numquid forte vanus fui, qui volui iuste vivere et innocenter inter homines conversari, quando scio eos qui nolunt servare innocentiam, habere tantam felicitatem et insultare iustis per iniquitates felices?

(2.) Sed quis illud dixit ibi in psalmo? Cuius nondum erat rectum cor. Sic enim coepit ipse psalmus de quo modo testimonium dedimus, non iste quem considerandum et tractandum modo suscepimus, sed ubi dictum est: *Quomodo scivit deus, et si est scientia in altissimo? Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias. Numquid vano iustificavi cor meum, et lavi in*

---

in ps. CXXIV,1,22 Ps. 72, 11–12 **24** *ibid.* 13 **2,4** *ibid.* 11–13

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S\ K\ H_2)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

---

12 per ... atque *om. B* **13** vel sicut alios *tr. lo ma* **16** eorum *C ma* | deum colunt *tr. ma* **20** sed] verum etiam η, et *add.* $W_1 W_2 P_6$ **23** et $W_1 W_2 An_4 P_6$ *ma*; *om. cett.* | saeculum $W_1 W_2 Gt Br_1$ **24** vano] vane $\gamma\ \zeta P_{23}$ *ma* **25** inter innocentes $\delta_1 Gt\ \gamma\ \zeta Br_1 P_{23} Y$ **26** innocens α **28** iniquitatem *lo ma*
2,2 iste $H_1 X$ *ma* | dedimus testimonium *tr.* η **5** et *om.* $An_4 C$ | saeculum $H_1 W_1 W_2 Gt Br_1$ **6** vane $\delta_1\ \gamma\ \zeta Br_1 P_{23} Y$ *ma* | inter innocentes $H_1\ \gamma\ \zeta Br_1$

innocentibus manus meas? Ille ergo psalmus, ubi videtis quia periclitatur anima, ubi videtis quia nutant pedes, sic coepit: *Quam bonus deus Israel rectis corde! Mei autem* inquit *paene commoti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei.* Quare? *Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens.* Inde ergo dixit commotos pedes suos et paene effusos gressus lapsu ad ruinam a deo, quia intuitus est et inspexit felicitatem peccatorum, et vidit eos habere pacem, se autem laborem. Narravit autem hoc cum iam evasisset, cum iam correcto corde deo inhaesisset, narravit praeterita pericula sua. Ergo *bonus deus Israel.* Sed quibus? *Rectis corde.* Qui sunt recti corde? Qui non reprehendunt deum. Qui sunt recti corde? Qui voluntatem suam ad voluntatem dei dirigunt, non voluntatem dei ad voluntatem suam curvare conantur. Breve praeceptum est, ut homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult deus; noli deum velle facere quod vis tu. Pravicordes ergo sunt, id est qui rectum cor non habent, qui sedent et disputant quomodo debuit facere deus, non laudando quod fecit, sed reprehendendo. Corrigere illum volunt. Parum est quia corrigi ab eo nolunt, et dicunt: 'Non debuit deus facere pauperes, sed soli divites esse debuerunt et ipsi soli vivere. Utquid factus est pauper? Utquid vivit?' Reprehendit deum pauperum. Quanto melius esset pauper dei, et dives esset de deo!, hoc est sequeretur voluntatem dei, et videret paupertatem suam

9 *ibid.* 1–3

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K* H_2) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **2,11** inde *des. B*

7 ergo] vero η **9** Israel deus *tr.* δ_1 ε *C* Br_1 | moti α **12** gressus] suos *add.* α_2 *C* | ac ruina π **13** inspexit] aspexit η; respexit α_2; intuitus est *add.* α_2 **14** laborem] laborare α **17** qui[1]] sed *praem.* ε | qui[1] ... corde *om.* δ_1 **21** velle deum *tr.* η *An*$_4$ **22** ergo] enim η **23** deus facere *tr. A* Br_1 **24** volunt illum *tr.* η **25** illo η | facere deus *tr.* W_1 W_2 **26** vivere] viverent γ_1 ζ P_{23} *ma* **27** pauper *A* W_1 *C* P_6

temporalem esse et transituram, divitias autem sibi spiritales ita venturas ut nullo pacto possint praeterire, et haberet in divitiis cordis fidem, si ei non contigit aurum habere in arca, quia si aurum haberet in arca, furem timeret et aurum de arca etiam nolens perderet, fidem autem de corde non perdit, si ipse illam non inde expulerit. Cito autem responderi potest, carissimi. Fecit mi 1650 deus pauperem ut probet hominem, et fecit deus divitem ut probet illum de paupere. Et omnia quae fecit deus, recte fecit. cc 1837 Etsi non possumus videre consilium ipsius, quare illud sic fecit et illud sic, bonum est nobis ut subdamus nos sapientiae ipsius, et credamus quia bene fecit, etsi nondum novimus quare fecit; et habebimus cor rectum, ut praesumamus et confidamus in domino, et non movebuntur pedes nostri, et fit in nobis ascendentibus

v. 1 unde coepit iste psalmus: QUI CONFIDUNT IN DOMINO, SICUT MONS SION NON MOVEBUNTUR IN AETERNUM.

v. 2 (3.) Qui sunt isti? QUI HABITANT IN IERUSALEM. Ipsi NON MOVEBUNTUR IN AETERNUM QUI HABITANT IN IERUSALEM. Si hanc Ierusalem intellexerimus, omnes qui illic inhabitabant, bellis et eversione ipsius civitatis exclusi sunt: modo quaeris Iudaeum in civitate Ierusalem, et non invenis. Certe ergo NON MOVEBUNTUR IN AETERNUM QUI INHABITANT IERUSALEM? Nisi

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **41** confidamus *inc. K*

---

31 possent α *A ma* | haberet V_2 R_3 *Gt* ζ *ma*; habere *cett.* **32** contigit] contingit α_2 *Gt C ma*; contingat η P_6 An_4 | arca] arcam α **33** et *om.* α | arca²] arcam W_1 W_2 η **34** perderet H_1 γ Br_1; perdet ζ P_{23} *Y* **35** inde non *tr. lo ma* | expelleret *ma* **39** subdamus nos] subdamur *C* $P_3{}^2$ ζ; subdamus H_1 *Rm* P_3 **40** fecit²] sic *praem.* η ε ζ P_{23} *Y* **42** movebuntur] α *Psalt. Ver.*; commovebitur H_1 *C*; commovebuntur *cett. ma*

3,1 habitant in] inhabitant *A* W_1 *Gt* P_7 *ma*; inhabitant in H_1 O_4 **2** commovebuntur H_1 γ ζ Br_1 P_{23} *ma* | inhabitant δ_1 *Gt* **3** inhabitant γ; habitant Br_1 P_7; habitant *K* O_4 **4** eversionem W_1 W_2 **5** invenies α γ (*exc. C*) | certe] quomodo ζ; quare *lo ma* | certe ... **7** Ierusalem *distinxit Weidmann* (WSt. 114 [2001], 598*sq.*) **6** habitant W_1 W_2 P_7; habitant in An_4 *C* Br_1

quia est alia Ierusalem, de qua multa soletis audire. Ipsa est mater nostra, cui suspiramus et gemimus in ista peregrinatione ut ad illam redeamus. Erraveramus a via, et viam non habebamus. Rex ipsius venit, et via nobis factus est, ut ad illam redire possimus. Ipsa est illa, ubi *stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem*, sicut audistis in psalmo canticorum graduum superiore, iam tractato vobis et exposito qui interfuistis, cui suspirabat ille qui cantabat: *Ierusalem quae aedificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipsum.* Qui ergo ibi habitant NON MOVEBUNTUR IN AETERNUM. Qui autem habitarunt in ista Ierusalem moti sunt, primo corde, postea exsilio. Quando moti sunt corde et ceciderunt, tunc regem ipsius supernae Ierusalem crucifixerunt. Iam spiritaliter foris erant, et ipsum regem foras excludebant. Eiecerunt enim illum extra civitatem suam, et foras crucifixerunt. Et ipse eiecit illos extra civitatem suam, id est aeternam Ierusalem matrem omnium nostrum, quae est in caelis.

(4.) Qualis est ista Ierusalem? Breviter describit eam: MONTES IN CIRCUITU EIUS. Magnum aliquid esse nos in ea civitate quam circumdederunt montes. Ipsa est tota felicitas nostra, quia habebimus civitatem quam circumdederunt montes. Non enim non novimus montes? Aut quid sunt montes, nisi tumores terrarum? Alii sunt ergo montes amabiles, montes

---

7 *cf.* Gal. 4, 26 9 *cf.* Sap. 5, 9 11 Ps. 121, 2 14 *ibid.* 3 19 *cf.* Matth. 27, 32; Ioh. 19, 17–18 21 *cf.* Gal. 4, 26; 2 Cor. 5, 1

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 3,9 redeamus *des. K* 15 qui *inc. K* | aeternum *des. K* 4,1 qualis *inc. K*

---

9 a via] ab ea *ma* 10 possemus $\eta\,\varepsilon$ 12 audistis] in canticis *add.* W_1 W_2 *Gt* vobis exposito et tractato *tr. lo ma* 19 foras] foris δ_1 Br_1 20 foras] foris δ (*om.* W_1 W_2) | crucifixerunt eum foras ζ | et[2] ... suam *om.* ζ
4,1 descripta W_1 W_2 2 magnum] ergo ζ | aliquid] est *add.* ζ | nos esse *tr. C ma* 4 habemus W_1 W_2 5 non[1] ... non] non enim π Br_1; num enim non ζ *ma* 6 ergo sunt *tr.* ζ

excelsi, praedicatores veritatis, sive angeli sive apostoli sive prophetae. Ipsi sunt in circuitu Ierusalem, ambiunt illam, et quasi murum illi faciunt. De his montibus amabilibus et delectabilibus assidue scriptura loquitur. Advertite cum auditis vel legitis: cc 1838
pluribus locis invenitis montes delectabiles quam nos possumus commemorare. Verumtamen, quantum dominus suggerit, delectat nos de his montibus multa dicere; et divina testimonia de litteris sanctis occurrerunt nobis. Ipsi sunt montes qui illuminan- mi 1651
tur a deo: et primitus illuminantur ut ab ipsis lumen descendat ad 15
valles vel ad colles, quia non tantae sunt altitudinis quantae sunt montes. Ipsi sunt per quos nobis praerogatur scriptura sive in prophetia sive in epistolis sive in evangelio. Ipsi sunt montes de quibus cantamus: *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi,* quia de scripturis sanctis in hac vita habemus auxilium. 20
Sed quia ipsi montes non a se proteguntur nec a seipsis nobis consulunt nec spes nostra debet esse in montibus, ne maledicti simus qui spem in homine ponimus, iam dixerat: *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi; auxilium meum* inquit *a domino, qui fecit caelum et terram.* Ipsi sunt montes de quibus 25
item dicit: *Suscipiant montes pacem populo tuo, et colles iustitiam.* Montes magni sunt, colles minores sunt. Montes ergo vident, colles credunt; qui vident, pacem susceperunt et attulerunt ad eos

---

4,19 Ps. 120, 1 **22** *cf.* Ier. 17, 5 **23** Ps. 120, 1–2 **26** Ps. 71, 3

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **9** faciunt *des. K* **14** ipsi *inc. K* **20** auxilium *des. K*

---

10 cum] vel *add.* π Br_1; vel *praem.* η **11** quam nos] quos non W_1 W_2; quamquam et nos γ P_{23} H_{12} **14** *occurrunt π η ε **16** altitudines H_1 *Gt K* γ_1 **18** prophetis δ_2 η ε | apostolis γ ζ P_{23} *Y ma* **19** in] ad *K* O_4 **21** protegunt W_1 W_2 Br_1 **23** hominem *A* W_1 W_2 *Gt* | ponimus] habemus η **24** mihi] veniat *praem.* δ_1 | inquit meum *tr.* δ Br_1 *Y* **26** idem η **27** colles] et *praem.* *C* P_6 *ma* **28** suscipiunt α | et] ut W_1 W_2

qui credunt. Qui enim credunt, suscipiunt iustitiam, quia *iustus ex fide vivit.* Angeli vident, annuntiant quod vident, et credimus nos. Iohannes ille – *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum* – videbat, praedicavit nobis ut crederemus. Et montes suscipientes pacem, susceperunt colles iustitiam, quia de ipsis montibus quid ait? Non dixit: 'A se habent pacem vel instituunt pacem vel generant pacem', sed 'Suscipiunt pacem'. Unde suscipiunt pacem, dominus est. Sic ergo leva oculos tuos ad montes propter pacem, ut auxilium tuum a domino sit, qui fecit caelum et terram. Rursus illos montes commemorans spiritus sanctus hoc ait: *Illuminans tu admirabiliter a montibus aeternis.* Non dixit: 'Illuminant montes', sed *Illuminans tu a montibus aeternis*: per montes istos quos aeternos esse voluisti, praedicans evangelium: *Tu illuminans,* non montes. Tales ergo MONTES IN CIRCUITU Ierusalem.

(5.) Et ut noveritis quales sint MONTES IN CIRCUITU EIUS, ubi commemoravit montes bonos scriptura, valde raro et difficile aut forte numquam et non statim ibi nominat dominum aut simul significat, ne spes remaneat in montibus. Ecce videte quam multa commemoravi: *Levavi oculos meos in montes, unde veniet* cc 1839 *auxilium mihi,* et ne ibi remaneas, *auxilium meum* inquit *a domino, qui fecit caelum et terram.* Rursus: *Suscipiant montes*

29 Rom. 1, 17 31 Ioh. 1, 1 39 Ps. 75, 5

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **5,1** et *inc. K* **4** montibus *des. K* **5** levavi *inc. K*

30 quid ε **31** principio] inquit *add.* W_1 W_2 $\eta\ \varepsilon$ **32** videbat] et *add.* δ_1 praedicabat α_2 **33** monte suscipiente W_1 W_2 Br_1 P_{23} T P_7; per montes suscipientes P_6 *ma* **34** quid *om.* γ_1 T **36** pacem *om.* W_1 W_2 **37** sit a domino *tr.* T *ma* **39** sanctus *om. A* W_1 W_2 | mirabiliter *Gt* ε P_6 P_{23} *Y*; admirabilis γ_1 T **40** non] et *praem.* α
5,2 commemorabit W_1 W_2 **3** et non] ut non δ_2 η P_6 *lo*; non et *tr. ma* **5** in] ad W_1 W_2 O_4 | montibus δ_1

pacem populo tuo; cum dixit: *Suscipiant,* ostendit alium esse fontem pacis unde illi suscipiunt. Rursus: *A montibus illuminans*, sed *tu* dixit: *Illuminans tu admirabiliter a montibus aeternis.* Item hoc loco cum dixisset: MONTES IN CIRCUITU EIUS, ne tu rursum remaneres in montibus, statim subiunxit: ET DOMINUS IN CIRCUITU PLEBIS SUAE, ut tua spes non sit in montibus, sed in illo qui illuminat montes. Cum enim ille habitat in montibus, id mi 1652 est in sanctis, ipse est in circuitu plebis suae; et ipse muravit plebem suam munimento spiritali, ne moveatur in aeternum. At vero de illis montibus malis quando loquitur scriptura, non eis addit dominum. Tales montes, iam saepe diximus vobis, significant magnas quasdam animas, sed malas. Non enim putetis, fratres, quia potuerunt fieri haereses per aliquas parvas animas. Non fecerunt haereses, nisi magni homines, sed quantum magni, tantum mali montes. Non enim montes erant tales qui susciperent pacem, ut colles iustitiam, sed illi dissensionem susceperunt a diabolo patre suo. Montes ergo erant: ad tales montes cave ne fugias. Venturi sunt enim homines, et dicturi tibi: 'Magnus ille vir et magnus ille homo. Qualis fuit ille Donatus! Qualis est Maximianus! Et nescio quis Photinus, qualis fuit! Et ille Arrius qualis fuit!' Omnes istos montes nominavi, sed naufragosos. Videtis quia lucet de illis aliqua flamma sermonis, et aliquis de ipsis ignis accenditur. Si navigatis in ligno, et noctem patimini, id

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **8** tuo *des. K* | ostendit *inc. K* **9** suscipiunt *des. K* **10** item *inc. K* **11** eius *des. K* **12** statim *inc. K* **22** montes[1] *des. K*

8 suscipient R_3 V_2 δ_1 γ Br_1; suscipiunt *Vr* O_4 | fontem] montem $\alpha\ \zeta$ **10** admirabilis γ_1 *T* **11** rursus π (*exc.* H_1) η **18** addidit H_1 W_1 W_2 Br_1 **23** ut] aut $\eta\ \varepsilon$ | colles] susciperent *add.* ζ **24** tales] enim *add.* η **25** enim sunt *tr. lo ma* **27** Maximinus W_1 W_2 | nescio quis] nescis $\delta\ \eta\ \varepsilon$ Br_1 | et[2] ... fuit *om.* γ_1 P_6 Br_1 **28** nominavit W_1 W_2 *Gt*; nominavimus $\eta\ \varepsilon$ | naufragiosus W_1 W_2 **29** videtis] hos *praem.* $\eta\ \varepsilon$

est caliginem huius vitae, non vos fallant, ne dirigatis illuc navem: ibi sunt saxa, ubi naufragia magna fiunt. Cum ergo tibi laudati fuerint isti montes, et coeperit tibi suaderi ut venias ad ipsos montes, quasi ad auxilium, et ibi requiescas, responde: *In domino confido; quomodo dicitis animae meae: Transmigra in montes sicut passer?* Bonum est enim tibi ut in illos montes leves oculos unde tibi auxilium a domino sit, ut evadas sicut passer de muscipula venantium, non transmigres in montes. Passer enim instabilis res est: cito movetur, cito volat hinc et inde. Sed tu confide in domino, et eris sicut mons Sion, non commoveberis in aeternum, et non transmigrabis in montes sicut passer. Numquid ibi sic nominavit montes ut dominum diceret?

(6.) Sed montes tales ama, in quibus dominus est. Tunc autem te amant ipsi montes, si non in illis spem posueris. Videte, cc 1840 fratres, quales sunt montes dei. Nam inde sic nominati sunt alio loco: *Iustitia tua sicut montes dei.* Non iustitia ipsorum, sed *iustitia tua.* Audi talem montem apostolum: *Ut inveniar in illo* inquit *non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi.* Illi autem qui per iustitiam suam montes esse voluerunt, sicut Iudaei quidam vel Pharisaei principes eorum, sic reprehenduntur: *Ignorantes enim dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti.* Qui autem subiecti sunt,

---

5,34 Ps. 10, 2 **6,4** Ps. 35, 7 **5** Phil. 3, 9 **9** Rom. 10, 3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

31 fallat $W_1\ W_2\ Gt\ Br_1$ | ne] nec $\varepsilon\ Y\ P_{23}\ T$ **32** navim $C\ P_6\ ma$ | ubi] ibi $W_1\ W_2\ P_{23}\ \zeta\ ma$ **33** coeperint $\varepsilon\ P_{23}$ | suadere $\varepsilon\ P_{23}$ **36** montes[1]] montem $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ **37** oculos] tuos *add.* $\eta\ Br_1$ | ut] et $W_1\ W_2\ \eta$ **38** non] et *praem.* $C\ P_6$ | montes] sicut passer *add.* ζ **40** et *om.* α | moveberis $\pi\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$; moveris W_1; noveris W_2 **41** transmigraveris γ | monte $\alpha\ W_1 W_2$ **42** dominum] de domino $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y\ ma$

6,1 ama] animas γ **2** ipsi] et *praem.* η **3** alio] in *praem.* $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ ma$ **5** inquit *om.* η **6** iustitiam meam *tr.* $\delta_1\ ma$

sic sunt alti, ut humiles sint. Et quia magni sunt, montes dicuntur; quia vero subiecti sunt deo, valles sunt; et quia habent capacitatem pietatis, suscipiunt abundantiam pacis et inundatione transmittunt ad colles. Modo tamen tu vide quos montes ames. Si mi 1653
vis amari a bonis montibus, noli spem ponere nec in bonis mon- 15
tibus. Nam qualis mons erat Paulus! Quando invenitur talis? – de magnitudine loquimur hominum. Tantae gratiae quisquam potest facile inveniri? Et tamen timebat ne passer ille in illo poneret spem. Et quid ait? *Numquid Paulus pro vobis crucifixus est?* Sed levate oculos in montes, unde auxilium veniat vobis, quia *ego* 20
plantavi, Apollo rigavit, sed auxilium vestrum a domino qui fecit caelum et terram, quia *deus incrementum dedit.* Ergo MONTES IN CIRCUITU EIUS. Sed quomodo MONTES IN CIRCUITU EIUS, ET DOMINUS IN CIRCUITU PLEBIS SUAE, **EX HOC ET USQUE IN SAECULUM.** Si ergo MONTES IN CIRCUITU EIUS, ET DOMINUS IN 25
CIRCUITU PLEBIS SUAE, constringit dominus plebem suam in unum vinculum caritatis et pacis, ut qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commoveantur in aeternum; et hoc est EX HOC ET USQUE IN SAECULUM.

v. 3 (7.) **QUONIAM NON DERELINQUET VIRGAM PECCATORUM SUPER SORTEM IUSTORUM, UT NON EXTENDANT IUSTI AD INIQUITATEM MANUS SUAS.** Modo quidem iusti aliquantum

---

18 *cf.* Ps. 10, 2 19 1 Cor. 1, 13 20 1 Cor. 3, 6

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **6,22** in *inc. K*

---

12 sunt²] dicuntur η **13** inundationem π *C* ζ *ma* **14** montes] colles W_1 W_2 ε *Y* **15** in *om.* H_1 γ_1 **18** spem poneret *tr.* ζ **20** veniat auxilium *tr.* η **24** hoc] nunc *add.* H_1 η ε ζ Br_1 P_{23} *ma* **26** dominus *om.* ζ **28** moveantur π (*exc.* H_1) Br_1 | et ... saeculum *om.* γ_1 ζ **29** saeculum] saecula O_4 ε P_{23}; in aeternum *add.* W_1 W_2

7,1 quia α ε Br_1 P_{23} *Y* | derelinquet] dominus *add.* P_7 *ma* **2** ad] in π Br_1

laborant, et modo aliquando iniusti dominantur iustis. Quibus modis? Aliquando iniusti perveniunt ad honores saeculi; cum pervenerint et facti fuerint vel iudices vel reges, quia hoc facit deus propter disciplinam plebis suae, propter disciplinam populi sui, non potest fieri nisi ut exhibeatur illis honor debitus potestati. Ordinavit enim sic deus ecclesiam suam ut omnis potestas ordinata in saeculo habeat honorem, et aliquando a melioribus. Sed exempli gratia unam rem dico; hinc conicite gradus, gradus omnium potestatum. Prima et quotidiana potestas hominis in cc 1841 hominem domini est in servum. Prope omnes domus habent huiusmodi potestatem. Sunt domini, sunt et servi: diversa sunt nomina, sed homines et homines paria sunt nomina. Et quid dicit apostolus servos dominis suis subditos esse? *Servi, obaudite dominis vestris secundum carnem,* quia est dominus secundum Christum. Ille est verus dominus et aeternus; isti autem temporales secundum tempus. Tu cum ambulas in via, cum vivis in hac vita, non vult te facere superbum Christus. Contigit tibi ut Christianus efficereris, et haberes dominum hominem: non ideo Christianus effectus es, ut dedigneris servire. Cum enim Christo iubente servis homini, non illi servis, sed illi qui iussit. Et hoc ait: *Obaudite dominis vestris secundum carnem cum timore et tremore, in simplicitate cordis; non ad oculum servientes, quasi hominibus*

7,16 Eph. 6, 5 24 Eph. 6, 5–7

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 7,10 honorem *des. K* 18 ille *inc.* H_2

4 iniusti aliquando *tr.* η 6 reges] principes η 9 deus sic *tr.* W_1 W_2 *Gt C* Br_1 | dominus α 11 gradus[2] α; *om. cett. ma* 12 in homine W_1 W_2 13 domus] domos W_1 W_2; dominos η; dominos *add.* ε *Y* 14 et *om.* η 15 nomina[1]] dominus et servus *add.* ζ 16 apostolus] docens *add.* ζ *ma* | obaudite ζ 18 Christum] spiritum π η *ma* 20 te vult *tr.* α 22 factus π η Br_1 24 oboedite π (*exc.* W_1 W_2)

placentes, sed quasi servi Christi, facientes voluntatem dei ex animo cum bona voluntate. Ecce non fecit de servis liberos, sed de malis servis bonos servos. Quantum debent divites Christo, qui illis componit domum! Ut si fuit ibi servus infidelis, convertat illum Christus, et non ei dicat: 'Dimitte dominum tuum, iam cognovisti eum qui verus est dominus, ille forte impius est et iniquus, tu iam fidelis et iustus; indignum est ut iustus et fidelis serviat iniquo et infideli'. Non hoc ei dixit, sed magis: 'Servi'. Et ut corroboraret servum, hoc dixit: 'Exemplo meo servi; prior servivi iniquis'. Dominus enim tanta in passione sustinens, a quibus sustinuit, nisi dominus a servis? Et a qualibus, nisi a malis servis? Nam si fuissent boni servi, honorarent dominum. Sed quia mali servi erant, iniuriaverunt. Ille quid contra? Reddidit dilectionem pro odio. Ait enim: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Si dominus caeli et terrae, per quem facta sunt omnia, servivit indignis, rogavit pro saevientibus et furentibus, et tamquam medicum se exhibuit adveniens – nam et medici et arte et sanitate meliores serviunt aegrotis –, quanto magis non debet dedignari homo ex animo et ex tota bona voluntate cum tota dilectione servire domino etiam malo? Ecce servit melior deterio- mi 1654
ri, sed ad tempus. Quod autem dixi de domino et servo, hoc intellegite de potestatibus et regibus, de omnibus culminibus

39 Luc. 23, 34

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

26 voluntatem] bonam *praem.* $\gamma\,\zeta\,P_{23}$ 27 facit $W_1\,W_2$ | de^2 *om.* γ_1 33 et^2 *om.* $\alpha\,A\,W_1\,W_2$ 34 dicit δ | prior] qui *praem.* α_2; ego *add.* ζ 36 et ... servis *om.* γ_1 | qualibus] quibus $\delta_1\,\eta\,\varepsilon\,\zeta\,P_{23}\,Y$ 37 dominum] suum *add.* $\pi\,\eta\,\varepsilon\,\zeta\,Br_1\,P_{23}$ 38 iniuriaverunt] dominum *add.* ε 40 omnia facta sunt *tr.* $\alpha\,H_1$ 42 medicus γ_1 44 animo] toto *praem.* $\varepsilon\,P_{23}$ | bona *om.* $W_1\,W_2$ | voluntate bona *tr.* η | tota^2 *om.* δ_1 45 etiam] et π (*exc.* $H_1\,Gt$) | servivit δ_2 (*exc.* H_2) η 46 servo] de *praem.* $\delta_2\,Br_1$

huius saeculi. Aliquando enim potestates bonae sunt, timent deum. Aliquando non timent deum. Iulianus exstitit infidelis imperator, exstitit apostata, iniquus, idolatra. Milites Christiani servierunt imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in caelo erat. Si quando volebat ut idola colerent, ut turificarent, praeponebant illi deum. Quando cc 1842 autem dicebat: 'Producite aciem, ite contra illam gentem', statim obtemperabant. Distinguebant dominum aeternum a domino temporali, et tamen subditi erant propter dominum aeternum etiam domino temporali.

(8.) Sed numquid sic erit semper, ut iniqui imperent iustis? Non sic erit. Videte enim quid dicat iste psalmus: QUONIAM NON DERELINQUET DOMINUS VIRGAM PECCATORUM SUPER SORTEM IUSTORUM. Sentitur ad tempus virga peccatorum super sortem iustorum, sed non ibi relinquitur, non erit in aeternum. Veniet tempus, quando unus agnoscatur deus; veniet tempus, quando Christus in claritate sua apparens congreget ante se omnes gentes, et dividat eas, sicut dividit pastor haedos ab ovibus: oves ponet ad dexteram, haedos ad sinistram. Et videbis ibi multos servos inter oves, multos dominos inter haedos, et rursus multos dominos inter oves, multos servos inter haedos. Non enim quia sic consolati sumus servos, omnes servi boni sunt, aut

8,7 *cf.* Matth. 25, 32–33

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **8,4** sentitur *inc. K* **5** aeternum *des. K*

48 saeculi huius *tr.* η | timent] et *praem.* $\gamma\ \zeta Br_1 P_{23}$ **49** exstitit] *nonne *praem.* πBr_1 **50** idololatra *lo ma* **52** si *om.* δ (*exc.* H_1)
8,4 sentitur ... iustorum *om.* γ_1 | virgam δ_1 **5** sed] tamen *add.* α **6** dominus $\delta_1 Br_1$ **9** ponat αA | videtis $H_1 O_4\ \gamma P_6$ **10** multos²] et *praem.* $H_1\ \delta_2$ (*exc.* H_2) $\eta\ \varepsilon$ *ma* **11** multos²] et *praem.* $W_1\ W_2\ Gt\ \eta$

quia sic repressimus superbiam dominorum, omnes domini mali sunt. Sunt boni fideles domini, et sunt mali: sunt boni fideles servi, et sunt mali. Sed quamdiu servi boni serviunt malis dominis, ferant ad tempus: QUIA NON DERELINQUET DOMINUS VIRGAM PECCATORUM SUPER SORTEM IUSTORUM. Quare hoc? UT NON EXTENDANT IUSTI AD INIQUITATEM MANUS SUAS: ut ad tempus ferant iusti iniquos dominantes, et intellegant non esse hoc sempiternum, sed praeparent se ad possidendam hereditatem sempiternam. Quam hereditatem? Ubi destruetur omnis potentatus et omnis potestas, *ut sit deus omnia in omnibus.* Ad hoc se servantes, et hoc corde contemplantes, et adhuc in fide retinentes, et ut videant perdurantes, non extendunt manus suas in iniquitatem. Nam si videant quia semper est virga peccatorum super sortem iustorum, cogitant apud se et dicunt: 'Quid mihi prodest quia iustus sum? Semper mihi dominabitur iniquus, et semper servus ero. Faciam ergo et ego iniquitatem, quia nihil prodest tenere iustitiam'. Ne autem hoc dicat, insinuatur illi fides, quia ad tempus potest esse virga peccatorum super sortem iustorum: non eam relinquet dominus SUPER SORTEM IUSTORUM, UT NON EXTENDANT IUSTI IN INIQUITATEM MANUS SUAS, sed teneant ab iniquitate manus suas, et ferant iniquitatem, non faciant. Melius est enim iniustitiam ferre quam facere. Unde non

mi 1655

22 1 Cor. 15, 28 34 *cf.* Cic., Tusc. 5, 56; leg. 3, 34; Sen., Phoen. 494

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}S\,K\,B)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 16 quia *inc. K* 22 omnibus *des. K* 24 non *inc. K* 33 suas *des. K*

13 depressimus $W_1\,W_2\,Gt$; reprehendimus δ_1 14 fideles[1]] et *praem.* ζ sunt et *tr.* $V_2\,W_1\,W_2\,Gt\,T$ | sunt[4]] et *praem.* δ_1 | boni[2]] et *praem.* η 15 dominis malis *tr.* ζ 16 dominus *om.* $H_1\,\gamma_1$ 18 ad[1]] in $\alpha\,A\,H_2\,W_1\,Br_1$; *om.* $H_1\,\eta$ 20 sempiternam hereditatem *tr. lo ma* 21 destruitur $A\,W_1\,W_2\,H_2\,Gt$ 24 in]] ad ε 28 iniquitas α 32 in]] ad $K\,\varepsilon$ 33 sed ... suas *om.* δ (*exc. Gt*) $\eta\,\gamma_1\,P_6$

semper erit? QUIA NON DERELINQUET VIRGAM PECCATORUM SUPER SORTEM IUSTORUM.

(9.) Hoc cogitant qui recti sunt corde, de quibus paulo ante dixi, qui voluntatem dei sequuntur, non voluntatem suam, sequi
cc 1843 deum volunt, faciunt illum praecedentem et se sequentes, non autem se praecedentes et illum sequentem; et in omnibus eum bonum inveniunt, sive emendantem sive consolantem sive exercentem sive coronantem sive purgantem sive illuminantem, sicut apostolus ait: *Scimus quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.* Et ideo sequitur: BENEFAC, DOMINE, BONIS ET *v. 4*
RECTIS CORDE.

(10.) Sicut autem declinat a malo et facit bonum rectus corde, quia non zelat in peccatoribus pacem peccatorum intuens, sic pravicordius qui scandalizatur in viis domini, declinat a deo et facit malum et inescatur dulcedine saeculi, et ea illaqueatus et captus amaras poenas luit. Declinanti enim a deo, cuius disciplinam ferre noluit, fit illi per iudicium dei verus laqueus falsa malorum felicitas. Unde continuo subiungit: DECLINANTES *v. 5*
AUTEM IN STRANGUILATIONEM ADDUCET DOMINUS CUM OPERANTIBUS INIUSTITIAM, id est quorum facta imitati sunt, quia eorum praesentes laetitias amaverunt, et futura supplicia

---

9,1 paulo ante] *supra 2,17* 7 Rom. 8, 28 10,1 *cf.* Ps. 36, 27 | *cf.* Ps. 72, 1.3 3 *cf.* Os. 14, 10

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 9,8 et[1] *inc. K* 10,2 corde *des. K* 3 sic *inc. K* 4 malum *des. K* 7 continuo *inc. K*

---

35 derelinquet] dominus *add.* ζ *X ma*
9,1 recto *W*$_1$ *W*$_2$ *C* | de *om.* α 2 sequi δ *O*$_4$ *An*$_4$ *P*$_6$ *P*$_{23}$ *D*; sed qui *cett. ma* 6 pugnantem ε *C* 7 quoniam *V*$_2$ *H*$_2$ *P*$_6$ *ma*
10,1 rectis *O*$_4$ γ_1 2 peccatorum] peccatorem *W*$_1$ *W*$_2$ 3 pravicordes γ_1; pravicordis ζ *X ma* | scandalizatus δ_1 4 inescatus δ (*exc. H*$_1$) ε 5 enim] autem *lo ma* 8 stranguilationes *K H*$_2$ *Gt*; strangulationem *P*$_{23}$ *ma* | abducet *lo ma*

non crediderunt. Qui ergo recti sunt corde, et non declinant, quid habebunt? Iam veniamus ad ipsam hereditatem, fratres, quia filii sumus. Quid possidebimus? Quae est hereditas? Quae patria nostra? Quid vocatur? Pax. Per hanc vos salutamus, hanc vobis annuntiamus, hanc suscipiunt montes, ut colles iustitiam. Ipsa est Christus: *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvit.* Quia filii, hereditatem habebimus. Et quid vocabitur ipsa hereditas, nisi pax? Et videte quia exheredati sunt qui non amant pacem. Non autem amant pacem, qui dividunt unitatem. Pax possessio piorum, possessio heredum. Et qui sunt heredes? Filii. Audi evangelium: *Beati pacifici, quia ipsi filii dei vocabuntur.* Audite et conclusionem huius psalmi: PAX SUPER ISRAEL. Israel 'videns deum', Ierusalem interpretatur 'visio pacis'. Intellegat caritas vestra: Israel interpretatur 'videns deum'; Ierusalem interpretatur 'visio pacis'. Qui NON MOVEBUNTUR IN AETERNUM? QUI INHABITANT IERUSALEM. Non movebuntur ergo in aeternum, qui inhabitant visionem pacis. Et PAX SUPER ISRAEL. Ergo Israel qui videns deum est, videns pacem est; et ipse Israel est et Ierusalem, quia populus ille dei, ipsa est civitas dei. Si ergo videns pacem, hoc est 'videns deum', merito et deus ipse est pax. Ergo quia Christus filius dei pax est, ideo venit colligere suos et secernere ab iniquis. A quibus iniquis? Qui mi 1656

15 *cf.* Ps. 71, 3 16 Eph. 2, 14 21 Matth. 5, 9

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 11 declinant *des. K* 12 iam *inc. K* | hereditatem *des. K* 13 quid *inc. K* 14 pax *des. K* 22 audite *inc. K* 24 pacis *des. K* 28 ergo *inc. K*

12 habebant δ_1 15 ut] *A H*$_2$ *Gt Br*$_1$ *Y*; uti *W*$_1$ *W*$_2$; sicut α; et *H*$_1$ $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ *P*$_{23}$ *ma* 16 enim est *tr. lo ma* 17 filii] sumus *add. lo ma* 18 et^2 *om.* δ 20 piorum] est *add. lo ma* 21 audite α_2 *lo ma* | quoniam *An*$_4$ *P*$_6$ *ma* 23 videns] est *add.* $\pi\ \eta$ | visio pacis interpretatur *tr. lo ma* 25 commovebuntur *C P*$_6$ *ma* 26 Ierusalem ... inhabitant *om.* δ_1 29 ipsa *ma* | est Israel *tr.* η 31 est^1 *om.* δ_1 32 a *om.* π

cc 1844 oderunt Ierusalem, qui oderunt pacem, qui volunt conscindere unitatem, qui non credunt paci, qui falsam pacem pronuntiant in populo, et non illam habent. Quibus respondetur, cum dixerint 'Pax vobiscum', 'Cum spiritu tuo', falsa dicunt et falsum audiunt. Quibus dicunt 'Pax vobiscum'? Quos separant a pace orbis terrarum. Et quibus dicitur 'Cum spiritu tuo', si in spiritu eorum esset pax, nonne unitatem diligerent et relinquerent dissensionem? Falsum ergo pronuntiant et falsum audiunt. Nos verum pronuntiemus, et verum audiamus. Simus Israel et amplectamur pacem, quia Ierusalem est 'visio pacis', et nos Israel, et PAX SUPER ISRAEL.

IN PSALMUM CXXV

(1.) Sicut iam meministis, ex ordine nobis tractantibus, iste psalmus est centesimus vicesimus quintus, qui inter illos psalmos est quorum est titulus CANTICUM GRADUUM. Est autem, sicut nostis, vox ascendentium: quo, nisi ad illam supernam Ierusalem, matrem omnium nostrum, quae est in caelis? Quae superna, ipsa et aeterna; haec autem quae in terra fuit, umbram habebat illius. Itaque ista cecidit, illa permanet: haec implevit tempus praedica-

in ps. CXXV,1,5 matrem ... nostrum] *cf.* Gal. 4, 26; 2 Cor. 5, 1

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* **34** unitatem *des. K*

34 paci $V_2\ \eta$ **36** vobis $O_4\ \gamma_1\ T$ | cum] et *praem.* $O_4\ \varepsilon\ \zeta\ P_{23}$ *ma* | falsa] falsum $\pi\ \eta\ P_6\ Br_1\ Y$ **38** cum] et *praem.* $P_6\ Y$ *ma* | tuo] qui dissensiones amplectuntur et odiunt pacem *add.* ζ *ma* | si] enim *add.* ζ *ma* **40** pronuntiant et] pronuntiantes $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* **42** visio pacis est *tr.* $\pi\ \eta\ Br_1\ w$ **43** Israel] amen *add.* α

in ps. CXXV,1,2 est psalmus *tr.* ζ | CXXV *A* $W_1\ W_2\ Gt$ **5** omnium ... est *om.* γ_1 | superna] est *add.* *C* P_6 *ma* **6** et *om.* $\alpha\ W_1\ W_2\ \eta\ Br_1$

tionis, illa tenet aeternitatem reparationis nostrae. Ab illa peregrinamur in hac vita, ad eius reditum suspiramus, suspiramus tamdiu miseri et laborantes donec ad illam redeamus. Nec cives nostri angeli dimiserunt nos in peregrinatione, sed annuntiaverunt nobis ipsum regem venturum ad nos. Et venit ad nos, et contemptus est inter nos a nobis, et postea nobiscum; et docuit nos contemni, quia contemptus est, docuit tolerare, quia toleravit, docuit pati, quia passus est, et promisit resurrecturos, quia resurrexit, in seipso ostendens quid sperare debeamus. mi 1657

Si ergo, fratres, prophetae antiqui, patres nostri, antequam dominus Iesus Christus veniret in carne, antequam mortuus resurrexisset et ascendisset in caelum, suspirabant tamen illi civitati, quantum nos oportet desiderare, quo nos ipse praecessit, et unde numquam recessit? Non enim dominus sic venit ad nos ut desereret angelos. Et illis mansit, et ad nos venit. Illis mansit in maiestate, ad nos venit in carne. Eramus autem ubi? Si redemptor noster ille dicitur, captivi tenebamur. Ubi ergo tenebamur, ut ille veniret redimere captivos? Ubi tenebamur? Forte apud barbaros? Peior est barbaris diabolus et angeli eius. Ipsi antea tenebant genus humanum; ab his redemit nos, qui non aurum neque argentum, sed sanguinem suum pro nobis dedit. cc 1845

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*
in ps. CXXV,1,24 captivi *inc. K* **27** nos *des. K* **28** sed *inc. K* | dedit *des. K*

8 nostrae reparationis *tr. C ma* **9** suspiramus[2] $\eta\ \varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$; *om. cett. ma* **12** ipsum] *ipsi ε *Br*$_1$ *Y P*$_{14}$ *P*$_{15}$ **13** vobis γ_1 | nobiscum] vobiscum γ_1; fuit *add. ε P*$_{23}$ *P*$_{14}$ *P*$_{15}$ **17** fratres] mei *add.* ε **18** dominus] noster *add.* α_2 **19** suspirabat γ_1 *Y* **20** oportet nos *tr. H*$_1$ $\varepsilon\ \zeta\ P_{23}$ **21** sic dominus *tr.* α **22** angelos] et unde (inde *An*$_4$) numquam recessit *rep. O*$_4$ $\varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$ | illis[1]] in *praem. W*$_1$ *W*$_2$ $\eta\ \varepsilon$ *Y Br*$_1$ | illis[2]] in *praem. W*$_1$ *W*$_2$ **23** ubi si] ibi ubi ζ **24** dicitur] venisse *praem.* ζ | captivi] et *praem.* ζ **25** captivos] ubi tenebamur ut ille veniret reos liberare *add. Br*$_1$ **26** peior est] peiores $\alpha\ \delta_1$ **27** his] eis *lo ma*; ergo *add.* ζ | quia γ_1 | neque] nec δ_2 *Y*; et η, non *Br*$_1$

(2.) Quomodo autem homo venerat in captivitatem, Paulum apostolum interrogemus. Etenim ipse praecipue gemit in ista captivitate suspirans aeternae Ierusalem, et docuit nos gemere ex ipso spiritu quo et ille impletus gemebat. Hoc enim ait: *Omnis creatura congemiscit et dolet usque nunc.* Et iterum: *Vanitati enim creatura subiecta est* ait *non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe.* Omnem creaturam dixit in hominibus etiam non credentibus, sed tamen credituris, ingemiscere creaturam in laboribus. Numquidnam in his tantum qui nondum crediderunt? Iam vero in his qui crediderunt non gemit nec parturit creatura? *Non solum autem* inquit, *sed et nos ipsi primitias spiritus habentes,* id est qui iam spiritu deo servimus, qui iam mente deo credidimus, et in ipsa fide primitias quasdam dedimus, ut primitias nostras sequamur, ergo *et nos ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri.* Gemebat ergo et ipse, et gemunt omnes fideles, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis sui. Ubi gemunt? In ista mortalitate. Quam redemptionem exspectant? Corporis sui, quae praecessit in domino, qui resurrexit a mortuis, et ascendit in caelum. Hoc nobis antequam reddatur, necesse est gemamus, etiam fideles, etiam sperantes. Ideo sequitur ibi, et dicit – cum diceret: *Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri,* quasi diceretur ei: 'Quid tibi ergo profuit

---

2,4 Rom. 8, 22 5 *ibid.* 20 10 non[1] ... creatura *ibid.* 22 | non[2] ... habentes *ibid.* 23 14 *ibid.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (*-S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 2,4 omnis *inc. K* 5 nunc *des. K* 7 omnem *inc. K* | dixit *des. K* 8 ingemiscere *inc. K* 12 servimus *des. K* 14 ergo *inc. K* 19 caelum *des. K* 23 quasi *inc. K*

2,3 aeternae] *cf. supra 1,19 et infra 9,8*; aeternam $H_1\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta P_{23}\ Y$ 5 nunc] adhuc $\eta\ \varepsilon$ 7 spem ε | non] nondum $\pi\ \eta\ \varepsilon\ \zeta Br_1 P_{23}\ Y$ 8 in laboribus creaturam *tr.* α 11 ipsi *om.* γ_1 12 credimus $\pi\ \eta$ 13 in *om.* α 16 gemebunt δ_1 20 etiam gemamus *tr.* α

Christus, si adhuc gemis, et quomodo salvator salvum te fecit? Qui gemit, adhuc aegrotat', subiunxit et ait: *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus.* Ecce quare gemimus, et quomodo gemimus, quia quod speramus, iam quidem exspectamus, sed nondum tenemus, mi 1658 et donec teneamus, in tempore suspiramus, quia desideramus quod nondum tenemus. Quare? Quia *spe salvi facti sumus.* Iam caro sumpta de nobis in domino, non spe, sed re salva facta est. Resurrexit enim et ascendit in capite nostro caro nostra salva; in membris adhuc salvanda est. Secura gaudeant membra, quia a capite suo non sunt deserta. Dixit enim membris laborantibus: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Ita factum est ut converteremur ad deum. Spem enim non habebamus, nisi ad saeculum; et inde miseri, et bis miseri, quia et in hac vita et faciem habentes ad saeculum, dorsum contra deum. Cum vero converterit nos dominus, ut iam incipiamus faciem habere ad deum et dorsum ad saeculum, quia adhuc in via sumus, tamen patriam attendimus. Et quando forte aliquam tribulationem patimur, sed tamen tenemus viam, et ligno portamur. Asper quidem ventus est, sed ventus noster est: cum labore quidem, sed cito ducit, cito perducit. cc 1846

25 *ibid.* 24–25 36 Matth. 28, 20

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 30 suspiramus *des. K*

27 quid] quis *K* 36 sum *om.* $W_1 W_2$ 37 habueramus γ_1 38 miseri[1]] servi *praem.* $\gamma Br_1 P_{23}$ *ma* | et[2] ... miseri *om.* $H_1 Rm P_3$ | et[3] *om.* $\pi\ \eta$ 39 vita] spem posueramus *add.* ζ *ma* 40 convertit π (*exc.* H_1) P_7 | deus $\alpha\ \delta_2\ \varepsilon P_{23} Y$ 41 qui P_6 *ma* | tamen] et *praem.* δ_1 42 ad patriam tendimus ζ 44 est[1] *om. lo ma* | noster] prosper ζ *ma* 45 cito[2]] et *praem.* $\pi\ \varepsilon\ \zeta P_{23} Y$

Quia ergo de captivitate nostra gemebamus – gemunt autem et illi qui iam crediderunt – quomodo autem facti sumus captivi, obliti fuimus, sed per scripturam commemoramur, Paulum ipsum apostolum interrogemus. Ait enim: *Scimus quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato.* Ecce unde facti sumus captivi, quia venumdati sumus sub peccato. Quis nos vendidit? Nos ipsi qui consensimus seductori. Vendere nos potuimus, redimere nos non possumus. Vendidimus nos consensione peccati, redimimur in fide iustitiae. Sanguis enim innocens datus est pro nobis, ut redimeremur. Quemcumque sanguinem ille fudit persequendo iustos, qualem sanguinem fudit? Iustorum quidem sanguinem fudit prophetarum, patrum nostrorum, iustum sanguinem fudit et martyrum, tamen omnes de propagine peccati venientes. Unum sanguinem fudit eius qui non iustificatus, sed iustus natus est. Illo sanguine fuso perdidit quos tenebat. Pro quibus enim datus est innocens sanguis, redempti sunt, et conversi a captivitate cantant istum psalmum.

(3.) CUM CONVERTIT DOMINUS CAPTIVITATEM SION, FACTI SUMUS SICUT CONSOLATI. Hoc voluit dicere: 'Facti sumus gaudentes'. Quando? CUM CONVERTIT DOMINUS CAPTIVITATEM SION. Quae Sion? Ipsa Ierusalem aeterna Sion. Quomodo aeterna Sion? Quomodo captiva Sion? In angelis aeterna, in *v. 1*

49 Rom. 7, 14

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K B) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **61** pro *inc. K*

47 autem[1] *om.* ζ | fuimus $\eta\,\varepsilon$ **49** apostolum ipsum *tr.* α | scimus] enim *add. lo ma* **51** inde δ_1 **53** redimere] sed *praem.* $\eta\,\varepsilon$ **55** quemcumque] enim *add.* ζ **56** fudit[1]] ille *praem.* $W_1\,W_2$ **57** quidem *om.* γ_1 **58** iustum] iustorum $P_3\,P_7^2$ *ma*; iustorum iustum ζ **59** non] solum *add.* $\alpha\,\delta_2\,\eta\,\varepsilon\,P_6\,P_{23}$ **3,1** converterit $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,P_{23}$; converteret *Y ma* **3** converterit $\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,P_{23}\,Y$ **4** Sion[1]] sit α | Ierusalem] et *add.* $C\,P_6$ | aeterna ... aeterna] aeternam ... aeternam $H_1\,O_4\,N\,\gamma_1$ **5** captivam $N\,\gamma_1$

hominibus captiva. Non enim omnes illius civitatis cives captivi sunt, sed qui inde peregrinantur, ipsi captivi sunt. Homo civis est Ierusalem, sed venditus sub peccato factus est peregrinus. De propagine ipsius natum est genus humanum, et implevit terras captivitas Sion. Et ista captivitas Sion quomodo umbra illius mi 1659
Ierusalem? Umbra illius Sion quam acceperunt Iudaei in imagine, in figura fuit in captivitate in Babylonia, et post septuaginta annos rediit ille populus ad civitatem suam. Septuaginta anni significant omne tempus quod septem diebus volvitur: cum cc 1847
autem transierit omne tempus, tunc redimus et nos ad patriam 15
nostram, quomodo ille populus post septuaginta annos rediit a captivitate Babyloniae. Babylonia est enim mundus iste: Babylonia enim interpretatur 'confusio'. Videte si non est confusio tota vita humana. Quidquid agunt homines in spe vana, quando cognoverint quid agunt, erubescunt. Quare laborant? Cui labo- 20
rant? 'Filiis meis', inquit. Et ipsi cui? Filiis suis. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo sibi. Ab ista confusione iam conversi erant, quibus dicit apostolus: *Quam enim gloriam habebatis in his in quibus nunc erubescitis?* Confusio est ergo ista tota vita rerum humanarum, non pertinens ad deum. In hac confusione, id est in 25
ista Babylonia, captiva tenetur Sion, sed CONVERTIT DOMINUS CAPTIVITATEM SION.

3,12 fuit ... suam] *cf.* Ier. 25, 11; 29, 10; 1 Esdr. 1, 1*sqq.* **23** Rom. 6, 21

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **3,16** nostram *inc. B* **19** humana *des. K* **25** non *inc. K*

---

7 est *om.* $W_1\ W_2\ H_2\ \gamma_1$ **8** est *om.* $\alpha\ H_1\ K\ w$ **9** natus δ_1 **10** captivitas[1]] captivitatis $O_4\ \gamma$; captivas $K\ Br_1 ac.$ | ista] ipsa $V_2\ \delta_1\ H_2$; est *add. T* **11** imaginem $W_1\ W_2$ **15** transierit autem *tr.* $\alpha\ \delta_2\ \eta$, transierint $W_1 ac.\ W_2 ac.\ A ac.$ **16** ille *om. B* | ille populus *post* rediit () *tr.* π (*exc.* H_1) $\eta Br_1 P_{23}\ Y$ **17** enim est *tr. C* ζ **19** homines *om. B* **21** quibus] cui *B* **22** ista] ergo *add.* $\varepsilon\ C\ \zeta Br_1\ P_{23}\ Y\ ma$ **24** ergo est *tr.* $H_1\ C\ ma$ **25** id est *om. C ma* **26** sed ... sion *om. B*

(4.) ET FACTI SUMUS inquit SICUT CONSOLATI, id est gavisi sumus, tamquam consolationem accipientes. Consolatio non est nisi miserorum, consolatio non est nisi gementium, lugentium. Quare QUASI CONSOLATI, nisi quia adhuc gemimus. Gemimus in re, consolamur in spe. Cum transierit res, de gemitu gaudium veniet aeternum, ubi non opus erit consolatione, quia nulla miseria sauciabimur. Quare autem VELUT CONSOLATI ait, et non ait 'consolati'? Non semper quasi ad similitudinem ponitur hoc verbum SICUT quod dicimus: aliquando ad proprietatem refertur, aliquando ad similitudinem; modo ad proprietatem relatum est. Sed exempla nobis etiam de communi locutione hominum danda sunt, ut facile intellegatur. Quomodo dicimus: 'Sicut vixit pater, ita et filius', ad similitudinem hoc dicimus, et: 'Sicut pecus moritur, ita homo moritur', ad similitudinem hoc dicitur – quando autem dicimus: 'Fecit sicut vir bonus', numquid non est vir bonus, sed similitudinem habet viri boni? 'Fecit tamquam iustus': hoc 'tamquam' non negat eum iustum esse, sed proprietatem eius ostendit. 'Fecisti sicut senator'. 'Ergo non sum senator?', si dicat, 'Immo quia es, sicut senator fecisti, et quia iustus es, sicut iustus fecisti, et quia bonus es, sicut bonus fecisti'. Ergo quia et isti vere consolati erant, SICUT CONSOLATI gaudebant, id est magnum erat gaudium ipsorum, tamquam consolatorum, illo consolante

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **4,10** similitudinem *des. K* **12** quomodo *inc. K* **13** filius *des. K* | sicut *inc. K* **15** bonus *des. K* **16** fecit *inc. K* | iustus *des. K* **18** fecisti *inc. K* | senator[1] *des. K*

4,3 gementium *om.* δ_1 | lugentium gementium *tr.* $\alpha\ \delta_2\ \eta Br_1 Y$ | lugentium] et *praem.* ζP_{23} **4** quasi] sicut $P_6 P_{15}$; *om.* πAr_1 | consolatio ε **6** consolatio $W_1 W_2 Gt\ \eta\ \varepsilon Br_1 Y$ **9** sicut *om.* $P_6 P_{23}$ | quod] quando *B* | dicimus] sicut *add.* $C P_6 P_{23} P_{15}$ *ma* | aliquando ... refertur *om.* $An_4 Br_1$ | refertur ad proprietatem *tr.* ζ **11** etiam nobis *tr.* ζ **12** quomodo] quando $O_4 V_2^2$ *ma* **13** et[1] *om.* πBr_1 **14** ducitur *B* **15** ducimus *B* **17** hoc *om.* δ_1 | eum negat *tr.* $\pi\ \eta Br_1$ **19** es[1]] est $W_1 W_2$ | et *om.* α_2 **20** isti] iusti $\eta\ \varepsilon Y P_{15}$ **21** consolati[2]] iusti η; iusti *praem.* εY

morituros qui mortuus est. Omnes enim mori gemimus; consolatus est ille qui mortuus est, ne mori timeremus. Prior resurrexit, ut haberemus quod speraremus. Quia ergo prior resurrexit, spem nobis dedit; quia in miseria positi, spe consolati sumus. Hinc gaudium magnum. Et convertit dominus captivitatem nostram, ut iam de captivitate viam teneamus, et eamus ad patriam. Iam ergo redempti, in via non timeamus insidiantes hostes nostros. Ideo enim redemit nos, ut non audeat hostis insidiari nobis, si de via non recesserimus. Ipse enim Christus factus est via. Vis non pati latrones? Ait tibi: 'Viam tibi stravi ad patriam, noli recedere. Talem viam munivi, ut latro ad te non audeat accedere. Tu ab illa noli recedere, et latro ad te non audet accedere'. Ambula ergo in Christo et canta gaudens, canta tamquam consolatus, quia ille te praecessit, qui iussit ut sequaris. cc 1848 mi 1660

v. 2 (5.) TUNC REPLETUM EST GAUDIO OS NOSTRUM ET LINGUA NOSTRA EXSULTATIONE. Os, fratres mei, quod habemus in corpore, quomodo impletur gaudio? Non solet impleri, nisi aut cibo aut potu aut aliqua re tali missa in os. Impletur aliquando os nostrum; et plus est quod dicimus sanctitati vestrae: quando os plenum habemus, loqui non possumus. Habemus autem intus os, id est in corde, unde quidquid procedit, si malum est, inquinat nos; si bonum est, mundat nos. De ipso enim ore audistis, dum evangelium legeretur. Insultabant enim Iudaei

---

4,31 Christus ... via] *cf.* Ioh. 14, 6 **5,9** Matth. 15, 2

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S\ K)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **35** canta[1] *inc. K* | consolatus *des. K* **5,1** tunc *inc. K*

---

23 mori] moriendo *C D ma*; morituri ζ **32** ait] aut δ_1 | recedere] de via *praem. T ma*; de via *add.* P_6 **35** ille] et *praem. B*

5,1 gaudium *B K* **3** repletur *C* P_6 *ma* | gaudium $W_1\ W_2$ **4** nisi] aqua *add.* $\delta\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ Y$ | aut potu *om.* $W_1\ W_2$ | in os] a nobis α **5** et plus] templum *B* **6** habemus plenum *tr.* $W_1\ W_2\ \eta$ **9** cum $W_1\ W_2$ | domino Iudaei *tr.* $\gamma\ \zeta\ P_{23}$

domino, quia discipuli eius non lotis manibus manducabant. Illi insultabant, qui munditiam foris habebant et intus maculis pleni erant; illi insultabant, quorum iustitia non erat nisi in oculis hominum. Dominus autem quaerebat munditiam nostram interiorem, quae si fuerit, necesse est ut et quae foris sunt munda sint. *Mundate* inquit *quae intus sunt, et quae foris sunt munda erunt.* Ipse dominus dicit alio loco: *Verum date eleemosynas, et ecce omnia munda sunt vobis.* Unde autem procedit eleemosyna? De corde. Si enim manum porrigas, nec in corde miserearis, nihil fecisti; si autem in corde miserearis, etiamsi non habeas quod porrigas manu, acceptat deus eleemosynam tuam. Illi autem iniqui foris quaerebant munditiam. De talibus erat etiam ille pharisaeus qui invitaverat dominum, quando accessit mulier quae in civitate peccatrix erat et famosa, quae lacrimis lavit pedes domini, tersit capillis, unxit unguento. Pharisaeus ergo, qui invitaverat dominum, et munditiam non habebat nisi forinsecus corporis, corde autem plenus erat iniquitate et rapina, dixit apud semetipsum: *Iste si esset propheta, sciret quae mulier illi accessit ad pedes.* Unde noverat utrum sciret, an nesciret? Sed ideo eum nescire arbitratus est, quia non a se eam repulit. Si enim accessisset ad ipsum pharisaeum talis mulier, ille qui munditiam tenebat quasi in carne, exsufflaret, repelleret, abiceret, ne immunda
cc 1849 tangeret mundum, et contaminaret eius munditiam. Quia hoc

15 Matth. 23, 26 16 Luc. 11, 41 21 ille ... 24 unguento] *cf.* Luc. 7, 36–50 27 Luc. 7, 39

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 10 manducabant *des. K*

13 quaerit δ_1 14 munda ... sunt^2 *om.* α 16 elemosynam $W_1\ W_2\ An_4$ 17 vobis munda sunt omnia *tr. B* 19 quo *B* 20 manum *B* 21 pharisaeus ille *tr.* ζ 25 domino $W_1\ W_2\ B\ \eta$ 26 corpore $C\ P_6$ | iniquitatem et rapinam $W_1 W_2$; rapina et iniquitate *tr.* α 27 si] est $W_1\ W_2$ | esset] et $W_1\ W_2$ 29 a ... eam] ea (eam *Gt*) a se $W_1\ W_2\ Gt$ 31 exsufflaret] nonne *praem. B*

non fecit dominus, ideo illum credidit nescisse qualis mulier illi accessisset ad pedes. Dominus autem non solum illam noverat, sed et cogitationes illius audiebat. Quia etsi contactus corporis aliquid facit, o immunde pharisaee, caro domini posset pollui contactu mulieris, an mulier mundari contactu domini? Permittebat autem medicus aegrotam tangere medicamentum; et illa quae venerat, noverat medicum, et quae solebat in sua fortasse fornicatione frontosa esse, frontosior facta est ad salutem. Irrupit in domum quo non erat invitata; sed vulnera habebat, et illuc venerat ubi medicus recumbebat. Ille autem qui invitaverat medicum, sanus sibi videbatur; propterea non curabatur. Iam quae sequuntur in evangelio nostis, quomodo confusus est ipse pharisaeus, cum ei ostenderet quia et illam mulierem noverat, et cogitationem ipsius audierat. mi 1661

(6.) Sed ad id quod modo de evangelio lectum est, quod pertinet ad praesentem versum ubi dictum est: IMPLETUM EST GAUDIO OS NOSTRUM ET LINGUA NOSTRA EXSULTATIONE – quaerimus enim quod os et quae lingua –, attendat caritas vestra.

Insultatum est domino, quia non lotis manibus discipuli eius manducarent. Respondit illis dominus sicut oportebat, et vocatis turbis ait: *Audite omnes, et intellegite. Omne quod intrat in*

6,5 *cf.* Matth. 15, 1–2; Marc. 7, 5 7 audite ... exit] *cf.* Matth. 15, 10–11

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

33 ideo] in eo *B* | nescire *B* 34 accessit $\delta_2\ P_7$*ac.* Br_1 36 o] *om. B*; tu *add.* $O_4\ \varepsilon\ Gt^2$ | possit *A B* 37 mundari] posset *praem.* $O_4\ \varepsilon\ P_{23}\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ contactum $W_1\ W_2$ 38 aegrotantem $O_4\ \varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$ 39 quae[1]] sananda *add.* ζ fornicatione frontosa esse fortasse *tr. B* 40 esse fornicatione frontosa *tr.* $\gamma_1\ \zeta\ P_{23}$ 42 discumbebat α 46 cogitationes δ_2 (*exc.* H_2) η | ipsius] cordis *praem.* $\eta\ \varepsilon\ P_{23}\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ | audiebat η

6,1 ad] ait α | id] redeamus *add. X*; revertamur *lo ma* | de evangelio] evangelium $\gamma_1\ T$ 2 est[1] *om.* $W_1\ W_2$ 4 quo ore *B* | et *om. B*

os, non coinquinat hominem, sed quod exit. Quid est hoc? Cum dixit: *Quod intrat in os*, nonnisi os corporis voluit ostendere. Intrant enim cibi, et non coinquinant homines cibi, quia: *Omnia munda mundis*; et: *Omnis creatura dei bona est, et nihil abiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* In figura Iudaeis posita erant quaedam, et immunda dicta sunt. Sed posteaquam figurarum lux ipsa venit, et remotae sunt umbrae, non sumus retenti in littera, sed vivificati in spiritu, et non est impositum iugum observationis Christianis, quod impositum erat Iudaeis, quia dominus dixit: *Iugum meum lene est, et sarcina mea levis est*; et: *Omnia* ait apostolus *munda mundis: immundis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et conscientia.* Quid voluit intellegi? Mundo homini et panis et porcina munda est, immundo nec panis nec porcina. *Immundis autem* inquit *et infidelibus nihil est mundum.* Quare *nihil est mundum, sed polluta sunt* inquit *eorum et mens et conscientia*? Quia si interius quod est, immundum est, foris quod est nihil mundum esse potest. Si ergo illis quibus interiora immunda sunt, exteriora munda esse non possunt, si volueritis ut exteriora munda sint, interiora mundate. Ibi est enim os quod implebitur tibi gaudio et quando taces. Quando taces enim et gaudes, os tuum clamat ad

10 Tit. 1, 15 **11** 1 Tim. 4, 4 **13** Lev. 11, 4*sqq.* **17** Matth. 11, 30 **18** Tit. 1, 15

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

8 quae exeunt $W_1\ W_2$ **12** accipitur $\delta\ \eta$ **13** quaedam erant *tr. B* **14** figurarum] figuram O_4 *ac. Rm* P_3; *om. C ma* | et *om. C ma* **15** in spiritu vivificati *tr.* ζ **17** iugum] enim *add.* $H_1\ \gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y\ ma$ | lene] suave $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* **19** et[1] *om. B* **20** quod $\delta_1\ W_1\ W_2\ P_7$ **21** nec porcina nec panis *tr.* $\pi\ \eta$ autem] enim $\delta_2\ B\ \eta$ **23** si *om.* π (*exc.* $W_1\ W_2$) Br_1 | si ... quod] id quod interius ζ **24** quod[1] ... est[2]] est quod est immundum et *B* **26** volueris *T ma* **27** mundato *T ma* | impletur $\delta\ \eta$ | tibi *om.* δ_1 **28** quando[2]] et *praem. A* Br_1 | quando taces[2] *om.* $\delta_2\ P_7$ | enim taces *tr. lo ma*

deum. Sed vide unde gaudeas. Si de saeculo gaudes, immundo cc 1850
gaudio vociferaris ad deum; si vero de redemptione gaudes, 30
quomodo dixit psalmus iste: CUM CONVERTIT DOMINUS CAPTIVITATEM SION, FACTI SUMUS IUCUNDATI, tunc impletur vero gaudio os tuum, et lingua tua exsultatione: manifestum est quia in spe gaudes, et gaudium tuum acceptum est apud deum. In ipso gaudio vel in ipso ore quod habemus intus, et manducamus et 35
bibimus: sicut de isto ore ad refectionem corporis, sic de illo ore ad refectionem cordis. Nam unde *beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam*? *Quoniam ipsi saturabuntur.*

(7.) Si autem non facit immundum nisi quod exit de ore, et hoc, cum audimus in evangelio, non intellegamus nisi os corporis, absurdum est et nimis stultum, ut tunc putemus non fieri immundum hominem, cum manducat, tunc autem putemus mi 1662
immundum, si vomat. Ait enim dominus: *Non quod intrat, sed* 5
quod exit, inquinat. Quando ergo manducas, non fis immundus, et quando vomis, efficeris immundus? Quando bibis, non es immundus, et quando spuis, immundus es? Quando spuis enim, de ore tuo exit aliquid; quando bibis, in os intrat aliquid. Quid voluit dicere dominus: *Non quod intrat in os, sed quod exit, inqui-* 10
nat? Secutus eodem loco secundum alium evangelistam dixit quae

---

37 Matth. 5, 6 7,5 Matth. 15, 11 10 *ibid.* 11 alium evangelistam] *re vera eundem Matth.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

---

29 de *om. B* 31 converterit $H_1\ B\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1$ *lo*; converteret *ma* 32 implebitur η 34 acceptum est gaudium tuum *tr. lo ma* 36 sic] et *add. lo ma* 37 inde *Y* P_7^2 *D ma*

7,2 intellegimus *Gt* $P_6\ P_{23}$ *ma* 3 est] enim *add. B* ε | non] nos $W_1\ W_2$ 4 mundum $W_1\ W_2$ 5 dominus *om.* α | intrat] in os *add. C ma*; os ζ 6 coinquinat η (*hoc praem.*) *C* P_6 *ma* 7 efficeris] tunc fis α 8 spuis[1]] expuis $W_1\ W_2\ \eta$ | spuis[2]] expuis $W_1 W_2\ \eta$ *Br*$_1$ 9 quando] et *praem.* $\eta\ \varepsilon$ | bibis] vobis *B* 10 in os intrat *tr.* η | inquinat] coinquinat η P_6; hominem *add.* ε *T*

sunt quae procedunt de ore, ut intellegas non de ore corporis eum dixisse, sed de ore cordis. Ait enim: *De corde enim exeunt cogitationes malae, fornicationes, homicidia, blasphemiae: haec sunt quae coinquinant hominem; non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.* Illa ergo, fratres mei, quomodo exeunt de ore, nisi quia *exeunt de corde,* sicut ipse dominus dicit? Non enim quando illa loquimur, tunc nos maculant, ne quis dicat: 'Quando loquimur, de ore nostro exeunt, quia verba et voces de ore nostro exeunt, et quando mala loquimur, immundi efficimur'. Quid si aliquis non loquatur, et tantum cogitet mala? mundus est, quia de ore ipsius corporis nihil processit? Sed de ore cordis iam deus audivit. Ecce, fratres, attendite quae dico. Nomino furtum: modo nominavi furtum; numquid quia nominavi furtum, contaminavit me furtum? Ecce de ore meo exiit, et non me fecit immundum. Fur autem surgit in nocte, et nihil dicit ore, et faciendo fit immundus. Non solum non dicit, sed et premit facinus toto silentio; et usque adeo vocem suam timet audiri ut nec vestigia sua velit sonare. Numquid ergo quia ita silet, mundus est? Plus autem dico, fratres mei: ecce adhuc in stratu suo iacet, nondum surrexit ut furtum faciat, vigilat, et exspectat ut homines dormiant: iam deo clamat, iam fur est, iam immundus est, iam facinus de ore interiore processit. Quando enim facinus procedit

13 Matth. 15, 19–20

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

12 quae *om. B* | de[2] *om.* ε **13** enim[2] *om.* α **16** coinquinant W_2^1 (W_1 *lnp.*) $H_2\,Gt\,\gamma_1$ **17** ore] hominis *add.* $\varepsilon\,\zeta$ | quia] quae α **19** nostro *om.* α **20** male $W_1\,W_2\,Gt$ **21** aliqui *B* **23** fratres] mei *add.* $\delta_1\,Y$ | quod π (*exc.* H_1) Br_1 **24** modo *om.* γ_1 **25** furtum[2]] *adtendite quod (quid *N* quae $An_4\,P_{15}$) dico *add.* $\eta\,\varepsilon\,P_{23}\,Y\,P_{14}\,P_{15}$ **26** in *om.* $\alpha\,\delta_2\,B\,P_7$ *ac.* **29** qui $\gamma\,P_{23}\,P_6\,Y$ **30** strato *Aac.* $W_1\,W_2\,B$ | iacet] et *add.* $W_1\,W_2$ **31** faciat furtum *tr. B* | et *om.* $\delta_1\,T$ **32** iam[4] *om. B* **33** ex ore procedit *tr.* α

ex ore? Quando voluntas faciendi decernitur. Decrevisti facere, dixisti; dixisti, fecisti. Si furtum non feceris foris, ille non meruit cc 1851
perdere, cui disponebas auferre: et ille nihil perdidit, et tu de furto damnaberis. Decrevisti occidere hominem; dixisti in corde, sonuit de ore interiore tuo homicidium: adhuc homo vivit, et tu homicida puniris. Quid sis enim apud deum quaeritur, non quid nondum apparueris apud homines.

(8.) Certe ergo novimus et nosse debemus et tenere quia est os cordis et lingua cordis. Ipsum os impletur gaudio; in ipso ore intus oramus deum, quando labia clausa sunt, et patet conscientia. Silentium est, et clamat pectus: sed auribus cuius? Non hominis, sed dei. Securus ergo esto: ille audit qui miseretur. Et rursus, quando nemo audit hominum mala, si procedunt de ore tuo, noli esse securus, quia ille audit qui damnat. Susanna non audiebatur ab iniustis iudicibus, tacebat et orabat. Os eius non audiebatur ab hominibus, cor eius clamabat ad deum. Numquid mi 1663
quia vox eius ore corporis non processit, propterea exaudiri non meruit? Exaudita est illa: quando oravit, nemo hominum scivit.

Ergo, fratres, quid habeamus in ore interiore, cogitate. Ibi videte ne quid mali dicatis intus, et nihil mali facitis foris. Non potest enim fieri ab homine foris, nisi quod dictum fuerit intus. Custodi os cordis a malo, et innocens eris: innocens erit lingua

8,7 Susanna ... iudicibus] *cf.* Dan. 13, 35*sqq.* 8 os ... deum] *cf.* Dan. 13, 42

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

35 dixisti^2 *om.* $\alpha\ \delta_2\ \eta\ C$ | foris] forsitan $\varepsilon\ Y\ P_{23}$; *add.* forsitan P_6 *ma* 38 tuo interiore *tr. lo ma* | vivit homo *tr. lo ma* | vivet $W_1\ W_2$ 39 quid^1 quis $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1$ | non] num $O_4\ \varepsilon\ C$
8,1 certo $\alpha\ B\ H_2\ \eta$ | est *om.* $\alpha\ A\ O_4\ Br_1$ 2 et] est $\alpha\ A\ O_4\ Br_1\ Y$ | os^2] est *praem. B* 6 hominum audit *tr. lo ma* | ore] corde η 7 audit] te *praem.* $\eta\ \varepsilon\ P_{23}\ Y$ | non] $T\ P_3^2\ An_4^2$ *ma*; **om. cett.*; iudicabatur P_6 10 ore] de *praem.* $\varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$ *ma* 11 exaudita] propterea *praem. B* 13 ne *om. B* | mali^1] male $\eta\ C$ 14 ab homine fieri *tr.* δ_2 (*exc.* H_2) $B\ \eta$ | hominibus $\alpha_2\ \zeta$

corporis tui, innocentes manus, innocentes erunt etiam pedes, innocentes erunt oculi, innocentes aures, omnia membra tua iustitiae militabunt, quia imperator iustus tenuit cor.

(9.) TUNC DICENT INTER GENTES: MAGNIFICAVIT DOMINUS FACERE CUM EIS. MAGNIFICAVIT DOMINUS FACERE NOBISCUM: FACTI SUMUS IUCUNDATI. *v. 3* Videte, fratres, si modo Sion non illud dicit INTER GENTES, per totum orbem terrarum; videte si non ad ecclesiam curritur. In toto orbe terrarum pretium nostrum accipitur; 'amen' respondetur. Dicunt ergo INTER GENTES Ierosolymitani captivi, Ierosolymitani redituri, peregrini, suspirantes patriae suae. Quid dicunt? MAGNIFICAVIT DOMINUS FACERE NOBISCUM: FACTI SUMUS IUCUNDATI. Numquid ipsi secum fecerunt? Ipsi male secum fecerunt, quia sub peccato se vendiderunt. Redemptor venit, et bene cum illis fecit: ET MAGNIFICAVIT DOMINUS FACERE CUM EIS. MAGNIFICAVIT DOMINUS FACERE NOBISCUM: FACTI SUMUS IUCUNDATI.

(10.) CONVERTE, DOMINE, CAPTIVITATEM NOSTRAM, SICUT TORRENS IN AUSTRO. *v. 4* Quid sit hoc, attendat caritas
cc 1852 vestra. Iam dixerat: CUM CONVERTIT DOMINUS CAPTIVITATEM SION. Quasi de praeterito loquebatur; sed solet fieri ut de praeterito loquens, futura praenuntiet propheta. Nam quasi de praeterito loquebatur, cum in alio psalmo diceret: *Foderunt*

10,6 Ps. 21, 17–18

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **9,1** tunc *inc. K* **11** vendiderunt *des. K* **12** magnificavit[1] *inc. K* | eis *des. K* **10,1** converte *inc. K*

16 innocentes[2] *om.* $\gamma\,\zeta P_{23}\,Y\,ma$ | erunt *om.* $B\,Br_1$ | etiam *om.* $\delta_1 P_7 X$ **17** innocentes[2]] erunt *add. N* | aures] innocentes erunt *add.* ε; innocentes P_{23} | tua *om.* $\delta_1 B$
9,1 magnificavit ... eis *om.* $\pi P_7 Br_1 X$ **3** videte ... terrarum *om. B* **11** et[1] *om.* $H_1 B$ | et[2] *om.* ε **12** illis *A K*
10,1 nostram] Sion *add.* $\varepsilon\,Y$ **3** convertat *Aac.*; converterit $\alpha H_1 O_4\,\gamma\,\zeta P_{23}$ *Y*; converteret *lo ma* **5** pronuntiet *B*

manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Non dixit: 'Fossuri sunt'; non dixit: 'Dinumerabunt'; non dixit: 'Divident sibi vestimenta mea'; non dixit: 'Super vestimentum meum mittent sortem'. Futura erant, et quasi facta cantabantur. Omnia enim quae futura sunt, deo iam facta sunt. Hic ergo cum diceret: CONVERTIT CAPTIVITATEM SION, FACTI SUMUS VELUT CONSOLATI; TUNC REPLETUM EST GAUDIO OS NOSTRUM ET LINGUA NOSTRA EXSULTATIONE – quod ut ostenderet se figura praeteriti futura cogitare, ait: TUNC DICENT INTER GENTES (DICENT, iam de futuro est): MAGNIFICAVIT DOMINUS FACERE NOBISCUM, FACTI SUMUS IUCUNDATI. Tunc, cum cantabantur, futura erant, et nunc videntur praesentia. Ergo orat tamquam de futuris, qui futura tamquam praeterita praecinebat: CONVERTE, DOMINE, CAPTIVITATEM NOSTRAM. Nondum erat ergo conversa captivitas, quia nondum redemptor advenerat. Ergo, quando cantati sunt psalmi, quod orabatur tunc, iam factum est.

CONVERTE, DOMINE, CAPTIVITATEM NOSTRAM, SICUT TORRENS IN AUSTRO. Sicut convertuntur torrentes in austro, sic converte captivitatem nostram. Quaerebatur quid sit, sed patebit modo, adiuvante domino, vestris orationibus. Quodam loco dixit scriptura, cum praeciperet et moneret de operibus bonis, ait: mi 1664

9 *cf.* Ps. 21, 19

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 7 meos *des. K* 14 ut *inc. K*

7 meos *om.* $W_1\ W_2\ B$ 9 supra *B* | vestem meam $\varepsilon\ P_{23}\ Y$ 10 futura] enim *add.* ζ 11 deo] e *praem. C*; a O_4 | ergo] vero $B\ \eta$ 12 convertit] cum *praem. Gt* $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ *ma*; converterit $\gamma\ \zeta$; converteret *lo ma*; dominus *add.* $\alpha\ H_1\ B\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* | velut] sicut $\varepsilon\ C\ P_{23}$ *ma* 13 gaudium *B* 14 quod] quid δ_1; *om.* $C\ P_{23}$ *ma* | figuram $H_1\ B$ 17 iucundati] de praeterito est *add.* ζ 18 orat] erant η; erat γ_1 19 qui] quia ε; quae α 20 ergo *om.* $B\ O_4$ *ac.* 22 tunc *om.* $\pi\ P_7$ *ac. X* | est *om.* α 25 modo patebit *tr.* α 26 vestris] et *praem. B*; orationibus vestris *tr.* ζ | dixit *om. ma*; dicit $C\ P_6$ 27 de] et *praem.* ε | ait] et *praem.* ζ; enim *add.* δ_1

Sicut glacies in sereno, ita solventur peccata tua. Ergo peccata ligabant nos. Quomodo? Quomodo frigus ligat aquam ne currat. Et illigati frigore peccatorum gelavimus. Auster autem calidus ventus est; quando flat auster, liquescit glacies et implentur torrentes. Torrentes autem dicuntur flumina hiemalia; magno enim impetu repentinis aquis impleta currunt. Gelaveramus ergo in captivitate, constringebant nos peccata nostra; flavit auster spiritus sanctus, dimissa sunt nobis peccata, soluti sumus a frigore iniquitatis. Tamquam glacies in sereno solvuntur peccata nostra. Curramus ad patriam, quasi torrentes in austro. Diu enim laboravimus, et laboramus etiam facientes bene. Nam ipsa vita humana quam ingressi sumus, misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, aerumnis, tentationibus. Nolite seduci gaudio rerum humanarum; flenda in rebus humanis advertite. Poterat ridere prius puer qui nascitur; quare a fletu incipit vivere? Ridere nondum novit; quare plorare iam novit? Quia coepit ire in istam vitam. Sed si de illis captivis est, hic flet et gemit, sed veniet gaudium.

(11.) Sequitur enim: QUI SEMINANT IN LACRIMIS, IN GAUDIO METENT. In ista vita, quae plena est lacrimis, seminemus. Quid seminabimus? Opera bona. Opera misericordiae semina nostra sunt, de quibus seminibus ait apostolus: *Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim proprio metemus* *v. 5*

cc 1853

---

28 Eccli. 3, 17 **11,4** Gal. 6, 9–10

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 37 austro *des. K* **11,1** sequitur *inc. K*

---

29 quomodo[1] *om.* π *(exc.* H_1*)* $Br_1\ T$ 30 rigore α | gelabimus ε | auster] si *praem.* $\varepsilon\ Y$ 31 liquescunt $\gamma_1\ \zeta P_{23}\ Y$; liquescent $H_1\ \varepsilon P_3$ 34 captivitatem O_4 Br_1 36 peccata] nostra *add.* $H_1\ Br_1$ 41 flendo η 43 quia *om. B* | ista vita $W_1\ W_2\ B\ Gt\ Br_1\ e_3$

11,3 seminemus $\alpha\ W_1\ W_2$; seminamus $A\ B\ K\ H_2\ Gt\ Br_1$ 4 sunt *om. B*

infatigabiles. Itaque dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Loquens itaque de ipsis eleemosynis, quid ait? *Hoc autem qui parce seminat, parce et metet.* Ergo qui multum seminat, multum metet: *Qui parce seminat, parce et metet,* et qui nihil seminat, nihil metet. Quare desideratis latos fundos, ubi multa semina seminetis? Latior vobis non est ubi seminetis quam Christus, qui in se voluit seminari terra. Terra vestra ecclesia est: seminate quantum potestis. Sed parum habes unde facias? Habes voluntatem. Quomodo nihil esset quod habes, si non adesset bona voluntas, sic et quia non habes, noli esse tristis, si est tibi bona voluntas. Quid enim seminas? Misericordiam. Et quid metis? Pacem. Numquid autem dixerunt angeli: 'Pax in terra divitibus hominibus'? Sed *pax in terra hominibus bonae voluntatis.* In Zacchaeo magna voluntas, in Zacchaeo caritas magna. Suscepit dominum hospitio, gaudens suscepit, et dimidium patrimonii sui pauperibus promisit se daturum, et si cui aliquid abstulerat, quadruplum redditurum, ut intellegas propterea sibi eum tenuisse dimidium, non ut haberet quod possideret, sed ut haberet unde debita redderet. Magna voluntas: mi 1665 multum dedit, multum seminavit. Ergo vidua illa quae duo minuta misit, parum seminavit? Immo tantum quantum Zacchaeus. Minores enim facultates ferebat, sed parem voluntatem. Misit

8 2 Cor. 9, 6 **18** Luc. 2, 14 **19** Luc. 19, 6.8 **25** Luc. 21, 1–4

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **7** fidei *des. K*

7 maxime] autem *add.* $\delta\ \eta Br_1 ma$ **8** autem] dico *add.* π (*exc.* H_1) $\eta Br_1 ma$ et *om.* $\alpha Aac.$ | metet] et *praem.* $\eta\ \zeta$ **9** qui[2]] et *praem.* W_2 (*deest* W_1) η **10** et[1] *om.* $A\ B$ | et[2] *om.* π | quare] ergo *add.* $\varepsilon\ T$ **12** terra *om.* $\varepsilon\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ *ma* **13** parvum $W_1\ W_2$ **16** bona *om.* α **17** metes π (*exc.* $W_1\ W_2$) **19** Zacchaeo[1]] vidua $B\ \varepsilon\ Y$ **21** si *om.* B **22** cui aliquid] quid alicui $W_1\ W_2$ **23** eum sibi *tr.* α **24** redderet] solveret η **27** voluntatem] habebat *add.* $\gamma\ \zeta P_{23}\ Y$; habebant η

duo minuta de tanta voluntate, de quanta Zacchaeus dimidium patrimonii sui. Si attendas quid dederunt, diversa invenies; si attendas unde dederunt, paria invenies: quidquid habuit dedit illa, et quod habuit dedit ille.

(12.) Fac aliquem non habere vel duos nummos: est aliquid vilius quod seminemus, ut metamus illam messem? Est: *Calicem aquae frigidae qui dederit discipulo, non perdet mercedem suam.* Calix aquae frigidae non duobus nummis, sed gratis constat, tamen aliquando sic gratis constat ut habeat illum alius, et alius non habeat. Si ergo ille qui illum habet, det illi qui non habet, tantum dedit, si de plena caritate dedit quod dedit, tantum dedit, quantum illa in duobus minutis, quantum Zacchaeus in dimidio rerum suarum. Non sine causa enim addidit *frigidae,* ut pauperem ostenderet. Ideo dixit: *Calicem aquae frigidae,* ne quis vel cc 1854 inde causaretur quod lignum non habuerit unde calefaceret aquam. *Calicem aquae frigidae qui dederit uni ex minimis, non perdet mercedem suam.* Quid si nec hoc habebat? Securus sit: etsi nec hoc habet, *pax in terra hominibus bonae voluntatis.* Tantum illud timeat, ne habeat et non faciat. Si enim habet et non facit, intus gelavit; nondum soluta sunt peccata eius, sicut torrentes in austro, quia voluntas frigida est. Quid valent tanta bona quae possidemus? Accedit voluntas fervens, iam soluta calore austri. Etsi nihil habeat, totum illi computatur. Quanta sibi praestant

12,2 Marc. 9, 41; Matth. 10, 42 **14** Luc. 2, 14

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **12,14** tantum *inc.* f_5 **16** torrentes *des.* f_5

29 attendis ζ **30** attendis ζ

12,3 suam *om.* $A\,H_2\,Gt\,\eta\,\varepsilon$; *eras.* B **4** calicem B **6** eum δ_1 **7** de *om.* η dedit[2]] dederit *lo ma* | quod ... dedit[2] *om.* α **9** enim sine causa *tr.* $\gamma\,\zeta P_{23}\,Y$ **10** ideo] inde B **11** causetur $W_1\,W_2\,B\,Gt$ | calefacere $W_1\,W_2$ **15** ne *om.* δ_1 | et[2]] ut $W_1\,W_2$ **16** torrens $\alpha\,H_2\,\eta$ **19** habebat $\gamma\,\zeta$

mendici! Intendat caritas vestra quomodo fiat eleemosyna. Certe mendici sunt in quos facis eleemosynam, mendici egent. Attenditis forte fratres vestros, si aliquo egent; tribuitis, si est in vobis Christus, etiam exteris. Sed si illi sunt mendici, qui professionem habent petendi, in aerumna et ipsi habent quod sibi praestent invicem. Non illos deseruit deus, unde probentur quia faciunt eleemosynas. Iste non potest ambulare; qui potest ambulare, pedes suos accomodat claudo; qui videt, oculos suos accomodat caeco; et qui iuvenis est et sanus, vires suas accomodat vel seni vel aegroto, portat illum: ille indiget, ille dives est.

(13.) Aliquando et dives invenitur pauper, et a paupere praestatur illi aliquid. Venit nescio quis ad flumen, tanto delicatior quanto ditior; transire non potest; si nudatis membris transiret, frigesceret, aegrotaret, moreretur; accedit pauper, exercitatiore corpore traicit divitem: eleemosynam facit in divitem. Ergo nolite eos tantum putare pauperes, qui non habent pecuniam. In quo quisque pauper est, ibi illum vide, quia forte tu in eo dives es, in quo ille pauper est, et habes unde accommodes. Forte membra tua accommodas, et plus est quam si pecuniam accommodares. Consilio indiget, tu plenus es consilio. In consilio ille pauper, tu dives es. Ecce nec laboras, nec aliquid perdis. Das consilium, et praestitisti eleemosynam.

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

20 faciat elemosynam η 22 aliquid ε | tribuetis *B* 24 aerumnam *B* praestent sibi *tr. C ma* 26 elemosynam $W_1\ W_2$ | qui ... ambulare *om.* δ_1 28 et[2]] vel *B* | sano $R_3\ V_2$; sani *Vr F* 29 aegro $\delta_2\ B\ \eta$

13,3 divitior $W_1\ W_2$ | transierit $\pi\ \eta\ Br_1$ 4 rigescit α; frigescit $\delta_2\ \eta\ T$; frigescet $\delta_1\ Br_1\ P_{23}$ | aegrotabit $\alpha\ A\ W_1\ W_2\ P_{23}\ T$; aegrotavit $H_1\ B\ H_2\ Gt\ \varepsilon\ Br_1$; aegrotat η | morietur $\pi\ \varepsilon\ Rm\ P_3\ Br_1\ P_{23}\ T\ Y$; moritur η | exercitatione $V_2\ W_1\ O_4$; exercitatior $P_7\ D\ ma$ 5 traiecit *B* | fecit π (*exc.* H_2) $Br_1\ P_{23}$ | divitem[2]] divite η 6 noli *B* 7 ibi] in δ_1 | in eo tu *tr.* ζ 8 est *om.* $\delta_1\ B\ Br_1$ *ac.* 10 tu] et *praem.* α_2 11 ecce] ergo α_2 | perdes π (*exc. Gt*)

mi 1666 Modo, fratres mei, cum loquimur, quasi pauperes ad nos estis; et quia nobis deus dignatus est dare, damus inde vobis; et 15 omnes ab illo accipimus qui solus est dives. Sic se ergo tenet corpus Christi, membra socia sic compinguntur et adunantur in caritate et in vinculo pacis, cum quisque id quod praestat ei qui non habet, in eo quod habet, dives est; in eo quod ille non habet, pauper est. Sic vos diligite, sic vos amate.

20 Nolite ad vos solos attendere, sed attendite indigentes circa vos, sed quia cum laboribus et aerumnis fiunt ista in ista vita, nolite deficere. In lacrimis seminatis, in gaudio metetis. Quid enim, fratres mei? Ipse agricola quando procedit cum aratro et cc 1855 portat semen, non aliquando frigidus est ventus, et imber deter- 25 ret? Attendit caelum, videt tristem, tremit frigore, et tamen procedit et seminat. Timet enim ne cum tristem diem attendit et exspectat diem laetum, ne tempus transeat, et non inveniat quod metat. Nolite differre, fratres mei; seminate in hieme, seminate bona opera et cum ploratis, quia qui seminant in lacrimis, in 30 gaudio metent. Mittunt semina sua, bonam voluntatem et bona opera.

(14.) EUNTES IBANT ET FLEBANT, MITTENTES SEMINA *v. 6* SUA. Quare flebant? Quia inter miseros erant, et miseri erant. Melius est, fratres mei, ut nullus sit miser, quam ut tu facias misericordiam. Qui enim ut faciat misericordiam optat esse 5 miseros, crudelem habet misericordiam: quomodo si medicus, ut

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **13,28** nolite *inc. K* | mei *des. K* | seminate[2] *inc. K* **29** ploratis *des. K* **14,1** euntes *inc. K*

---

13 dum ε | nos estis] nostis δ_1 **15** ab illo omnes *tr. B* | accepimus $\delta\,T$ se *om.* δ_1 **17** in *om. B* | vinculum $W_1\,W_2\,B\,H_2\,Gt$ | quod] habet *add.* ζ *ma* **22** noli ε **24** non $\delta_1\,H_2\,B$; nonne *cett. ma* | de terra et *B* **25** triste $\alpha_2\,C$ *ma*; tristem diem $\varepsilon\,\zeta\,P_{23}\,Y$ | et *om. B* **26** diem tristem *tr.* δ_2 (*exc.* H_2) η **27** diem] festum *add. N Y* | ne *om.* $\pi\,P_7$ *ma* **29** bona opera *om.* δ (*exc.* H_1) **30** bonam] bona $W_1\,W_2$ | bona voluntate *B*

exerceret artem suam, optaret esse multos aegrotos, crudelis medicina esset. Melius est ut omnes sani sint, quam ut exerceatur ars medici. Melius est ergo ut omnes beati regnent in illa patria, quam ut sit quibus impendatur misericordia. Tamen quamdiu est quibus impendatur, non deficiamus in ista aerumna mittere semina. Etsi cum fletu seminamus, tamen cum gaudio metemus. In illa enim resurrectione mortuorum recipiet quisque manipulos suos, id est fructum seminis, coronam gaudiorum et exsultationis. Tunc erit triumphus laetantium, et ipsi morti insultantium, in qua gemebatur. Tunc dicent morti: *Ubi est, mors, contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Sed quare iam gaudent? Quia PORTANT MANIPULOS SUOS, quia EUNTES IBANT ET FLEBANT, MITTENTES SEMINA SUA. Quare MITTENTES SEMINA SUA? Quia QUI SEMINANT IN LACRIMIS, IN GAUDIO METENT.

(15.) Isto psalmo exhortati vos fuerimus maxime ad faciendam misericordiam, quia hinc ascenditur; et videtis quia ille cantat canticum graduum, qui ascendit. Mementote: nolite amare descendere et non ascendere, sed et de ascensione cogitate, quia qui descendebat ab Ierusalem in Iericho, incidit in latrones. Non descenderet, non incideret in latrones. Iam ergo Adam descendit et incidit in latrones. Omnes enim nos Adam sumus. Sed transiit sacerdos, et contempsit; transiit Levita, et contempsit, quia lex

---

14,15 1 Cor. 15, 55 **15,5** Luc. 10, 30

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **9** impendatur *des. K* **10** non *inc. K* **19** metent *des. K* **15,2** videtis *inc. K*

---

6 exerceat δ_2 (*exc.* H_2) η **7** est] erat δ_2 (*exc.* H_2) **8** ergo] enim α **9** sint $F\ F_2\ Y\ An_4\ P_6$ *ma* | est] sunt *lo ma* **11** metimus *B* **13** coronam] id est *praem.* α **17** quia ... sua^2 *om. A* **18** quare ... sua] quare autem hoc π (*exc.* H_1) $\eta\ Br_1$; quare hoc mittentes semina sua *N Y*

15,3 canticorum δ_1 | gradum $W_1\ W_2$ | mementote] et *add.* ε **4** et^2 *om.* $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* | ascensionem δ_1 **5** incedit δ_1 | non] nisi ζ; si *praem.* $Br_1\ Y$ **6** descenderet] et *add.* π (*exc. Gt*) $Br_1\ Y$ *ma* **7** et *om.* $\varepsilon\ P_{23}$ | incedit δ_1

mi 1667 sanare non potuit. Transiit Samaritanus quidam, id est dominus
10 noster Iesus Christus. Illi enim dictum est: *Nonne verum dicimus quia Samaritanus es, et daemonium habes?* Ille autem non dixit: non sum Samaritanus, sed dixit: *Ego daemonium non habeo.* Sa-
cc 1856 marites enim interpretatur 'custos'. Si diceret: 'Non sum Samaritanus', diceret: 'Non sum custos'. Et quis alius custodiret?
15 Deinde ponens similitudinem: *Transiit Samarites, et fecit cum illo misericordiam,* sicut scitis. Iacebat autem in via vulneratus, quia descendit. Transiens Samaritanus non nos contempsit: curavit nos, levavit in iumentum, in carne sua, perduxit ad stabulum, id est ad ecclesiam; commendavit stabulario, id est apostolo; dedit
20 duos denarios unde curaretur, caritatem dei et caritatem proximi: *In his* enim *duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* Dixit autem stabulario: *Si quid amplius erogaveris, in redeundo reddam tibi.* Amplius erogavit apostolus, quia cum omnibus apostolis permissum esset ut acciperent tamquam milites Christi stipendia
25 a provincialibus Christi, ille manibus suis laboravit, et annonas suas provincialibus donavit. Omnia facta sunt: si descendimus, et vulnerati sumus; ascendamus, cantemus et proficiamus, ut perveniamus.

---

10 Ioh. 8, 48 **15** Luc. 10, 33 **21** Matth. 22, 40 **22** Luc. 10, 35 **25** 1 Cor. 4, 12; 1 Thess. 2, 7–9; 2 Thess. 3, 8*sq.*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **11** habes *des. K* **12** Samarites *inc. K* **13** custos *des. K* **14** et *inc. K* **27** perveniamus *des. K*

---

10 est *om.* $W_1 W_2$ | dicimus] nos *add.* γ_1 *ma* **11** es] tu *add.* P_6 *ma* | autem *om. C ma* **15** posuit α_2 | samaritanus $O_4 Br_1 Y$ **16** misericordia $W_1 W_2$ **18** in[1] *om.* α | in[2] ... stabulum *om. B* **20** unde] ut inde *K* **21** duobus enim *tr. lo ma* **22** autem] enim *B* **23** apostolus] Paulus *add.* α_2 **24** esset] est H_1 γ_1 *T* | militantes πBr_1 **26** omnia ... sunt] et omnia omnibus factus est α_2 $V_2^2 Bn_{22}$ **27** ut] et δ_1

IN PSALMUM CXXVI

(1.) Inter omnia cantica quibus est titulus CANTICUM GRADUUM, iste psalmus aliquid amplius in titulo accepit quod additum est SALOMONIS. Sic enim praenotatur: CANTICUM GRADUUM SALOMONIS. Itaque fecit nos intentos inusitatior titulus ceteris, ut quaeramus quare sit additum SALOMONIS. Nam quid sit CANTICUM GRADUUM non opus est saepe repeti. Plura enim hinc dicta sunt, quia cantat ascendentis vox in affectu pietatis et caritatis ad illam supernam Ierusalem cui suspiramus quamdiu peregrinamur, et ubi laetabimur cum a peregrinatione redierimus. Ascendit ad hanc omnis qui proficit; cadit ab hac omnis qui deficit. Nec pedibus ascendere quaeras, nec pedibus te descendere putes: amando deum ascendis, amando saeculum cadis. Sunt ergo ista cantica amantium quodam sancto desiderio flagrantium. Ardent qui ista cantant ex corde, quorum etiam cor ardens invenitur in moribus, in bona conversatione, in operibus secundum praecepta dei, in contemptu temporalium, in caritate aeternorum. Sed quare sit additum SALOMONIS, quantum inspiraverit dominus dicam caritati vestrae.

(2.) Salomon erat tempore suo filius David magnus ille, per quem multa sancta praecepta et salubria monita et divina sacra- cc 1857

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*
in ps. CXXVI,1,1 inter *inc. K* **8** Ierusalem *des. K* **10** ascendit *inc. K* **11** deficit *des. K* **17** quare *inc. K* **18** vestrae *des. K*

in ps. CXXVI,1,4 nos fecit *tr.* δ (*exc. H*$_1$) *Br*$_1$ **5** additum sit *tr. A w*; additum est ζ **6** repetere *W*$_1$ *W*$_2$ *Gt* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ *P*$_{23}$ *ma* **7** dicta sunt hinc *tr. C ma* | dicta] iam *praem. A B* | cantat] qui *praem. et* ascendit *add.* $\varepsilon\ \zeta$ *Y P*$_{14}$, *P*$_{15}$ (ostendit *pro* ascendit) | ascendentes *W*$_1$ *W*$_2$ *P*$_7$ | affectum *H*$_1$ *H*$_2$ ζ **11** defecit *W*$_1$ *W*$_2$ | te *om.* δ_1 *H*$_2$ | descendere] ascendere α_2 **12** ascendes *A H*$_2$ | cades δ_1 *H*$_2$ **16** in^2 *om.* δ_1
2,2 multa *om.* γ_1

menta spiritus sanctus in divinis litteris operatus est. Nam ipse Salomon mulierum amator fuit, et reprobatus est a deo, et usque adeo laqueus illi fuit illa cupiditas, ut a mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur: sic de illo scriptura testis est. Sed si illo cadente, quae per illum dicta sunt, delerentur, iudicaretur quia ipse dixerat, non per illum dicta erant. Optime igitur etiam hoc egit misericordia dei et spiritus eius, ut quidquid boni per Salomonem dictum est, deo tribueretur, peccatum autem hominis homini. Quid mirum quia in populo dei cecidit Salomon? In paradiso non cecidit Adam? Non cecidit de caelo angelus, et diabolus factus est? Ideo docemur in nullo hominum spem esse ponendam.

mi 1668

Quia et iste Salomon aedificaverat templum domino, in typo quidem et figura futurae ecclesiae et corporis domini, unde dicit in evangelio: *Solvite templum hoc, et in triduo suscitabo illud,* quia ergo ipse aedificaverat illud templum, aedificavit sibi templum verus Salomon dominus noster Iesus Christus, verus pacificus. Nomen enim Salomonis interpretatur 'pacificus'. Est autem ille verus pacificus, de quo dicit apostolus: *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum.* Ille est verus pacificus, qui duos

---

2,3 ipse ... fuit] *cf.* 3 Reg. 11, 1*sqq.* **15** iste ... domino] *cf.* 3 Reg. 6, 1*sqq.* **17** Ioh. 2, 19 **21** Eph. 2, 14

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S *K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **2,3** nam *inc. K* **16** domini *des. K* **19** verus[1] *inc. K* | pacificus *des. K*

---

5 illi laqueus *tr.* ζ **6** sic] sicut $\alpha_2\ \delta_1$ *ma*; si *K* | si *om. C* Br_1 **7** illum] illo *B* H_1 | iudicarentur *B* $\varepsilon\ \zeta\ P_{23}$ | quia] quomodo $W_1\ W_2$; quoniam *Gt* **8** erunt $H_1\ H_2$ **9** agit *B* | Salomone *B* **13** factus est diabolus *tr.* α | homines *B*; homine *A* $W_1\ W_2\ K\ Gt\ Br_1$; homini H_2 **15** deo $\alpha\ H_1\ W_1\ W_2\ K\ P_6$; dei δ **16** quidem] quippe α | figura] in *praem.* $\varepsilon\ P_{23}$ *ma* | futurae] futura *K*; *om.* Br_1 **17** in[2] *om.* $\alpha\ W_1\ W_2\ B\ H_2$ | excitabo $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ *ma* **18** aedificavit] aedificat *A* $W_1\ W_2\ Gt\ H_2\ Br_1$; aedificaverat $\alpha\ \eta$ **20** pacificus interpretatur *tr.* $W_1\ W_2$ **22** ille] ipse γ_1 (*exc. C*) *ma*

parietes e diverso venientes in se copulavit, quibus factus est lapis angularis, venientem populum ex circumcisione credentium et venientem populum ex praeputio gentium, et ipsorum credentium, fecit unam ecclesiam de duobus populis, factus est illis lapis angularis, et ideo vere pacificus.

Quia ergo ille verus Salomon – Salomon autem ille filius David de muliere Bersabee, rex in Israel, figuram gestabat huius pacifici, quando templum aedificavit, ideo, ne illum putes Salomonem qui aedificavit domum deo, alium Salomonem tibi ostendens ista scriptura sic coepit in psalmo: NISI DOMINUS AEDIFICAVERIT DOMUM, IN VANUM LABORAVERUNT AEDIFICANTES EAM. Dominus ergo aedificat domum, dominus Iesus Christus aedificat domum suam. Laborant multi in aedificando, sed, si non ille aedificet, IN VANUM LABORAVERUNT AEDIFICANTES EAM.

v. 1

Qui sunt qui laborant aedificantes? Omnes qui in ecclesia praedicant verbum dei, ministri sacramentorum dei. Omnes currimus, omnes laboramus, omnes aedificamus modo; et ante nos cucurrerunt, laboraverunt, aedificaverunt, sed NISI DOMINUS AEDIFICAVERIT DOMUM, IN VANUM LABORAVERUNT AEDIFICANTES EAM. Ideo quosdam videntes ruere apostoli, et proprie Paulus ait: *Dies observatis et annos et menses et tempora; timeo vos*

---

23 lapis angularis] *cf.* Eph. 2, 20 **28** 2 Reg. 12, 24 **44** Gal. 4, 10

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **29** figuram *inc. K*

---

23 e] de δ | in] inter α_2 **24** venienti populo *T X ma* **25** venienti populo *T X ma* **26** factus] et *praem.* $\varepsilon\,P_{23}\,Y$ | lapis factus est angularis (*om.* illis) *tr. B* **27** verus $\alpha_2\,H_2\,Gt\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,P_{23}$ **29** in *om. Gt B* $\eta\,P_6\,ma$ **31** quia $\alpha\,\gamma_1\,P_{23}$ ostendit *B* **32** ista *om. C ma* | psalmo] Salomone *B* **34** ergo] enim δ_1 | aedificavit $\varepsilon\,Y$ | dominus ... domum *om.* δ_1 **35** aedificaverit $W_1\,W_2$ **38** qui[2]] isti *praem.* $\varepsilon\,P_{23}$

cc 1858 *ne forte sine causa laboraverim in vos.* Quia noverat se intus a domino aedificari, plangebat istos, quia sine causa laboraverat in eis. Nos ergo loquimur foris, ille aedificat intus. Quomodo audiatis, nos advertimus; quid cogitetis, ille solus novit qui cogitationes vestras videt. Ipse aedificat, ipse monet, ipse terret, ipse intellectum aperit, ipse ad fidem applicat sensum vestrum; et tamen laboramus et nos tamquam operarii, sed NISI DOMINUS AEDIFICAVERIT DOMUM, IN VANUM LABORAVERUNT AEDIFICANTES EAM.

(3.) Quae autem domus, ipsa et civitas. Domus enim dei populus dei, quia domus dei templum dei: et quid dicit apostolus? mi 1669 *Templum enim dei sanctum est, quod estis vos.* Omnes autem fideles, quae est domus dei, non solum qui modo sunt, sed et qui ante nos fuerunt et iam dormierunt, et qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis usque in finem saeculi, congregati in unum fideles innumerabiles, sed domino numerati, de quibus dicit apostolus: *Novit dominus qui sunt eius* – grana illa quae modo gemunt inter paleas, quae massam unam factura sunt, quando area in fine fuerit ventilata –, omnis ergo numerus fidelium sanctorum, ex hominibus commutandorum ut fiant aequales angelis dei, adiuncti etiam ipsi angelis, qui modo non peregrinan-

---

3,3 1 Cor. 3, 17 8 2 Tim. 2, 19 9 quae[2] ... ventilata] *cf.* Matth. 3, 12 11 aequales ... dei] *cf.* Luc. 20, 36

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 45 vos *des. K* 48 nos *inc. K* novit *des. K* 49 ipse[1] *inc. K* 3,4 fideles *des. K* | qui[1] *inc. K* 5 fuerunt *des. K* | et[2] *inc. K* | sunt *des. K* 11 ex *inc. K*

---

45 vobis $\pi\ \eta\ \zeta$ 48 cogitatis α 49 videt] novit $\gamma_1 P_{23} P_6$ 50 applicat] amplificat *B*

3,1 domus[1]] dei *add.* $\eta\ \varepsilon\ \zeta P_{23}$ *Y ma* | et ipsa *tr.* H_1 *ma* | et civitas ipsa *tr.* $C P_3$ 2 quid] quod *K* 3 enim *om.* $C P_6$ 4 et *om. B* 7 deo π 9 paleam $\alpha\ \delta_2$ *B* 11 hominibus] omnibus $H_1 B\ \gamma_1 P_6$ 12 adiunctis etiam ipsis $R_3 V_2 P_{23}$ angelis[2]] dei *add.* $C P_6$

tur, sed exspectant nos quando a peregrinatione redeamus, omnes simul unam domum dei faciunt et unam civitatem. Ipsa est Ierusalem. Habet custodes. Quomodo habet aedificantes, laborantes ut aedificetur, sic habet et custodientes. Nam ad custodiam pertinet quod dicit apostolus: *Timeo ne, sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic et vestrae mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo.* Custodiebat, custos erat, vigilabat, quantum poterat, super eos quibus praeerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est episcopis, ut ipsi superintendant, et tamquam custodiant populum. Nam et graece quod dicitur ἐπίσκοπος, episcopus, hoc latine superintentor interpretatur, quia superintendit, quia desuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad custodiendam vineam, sic et episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic ut humilitate sub pedibus vestris simus et pro vobis oremus, ut qui novit mentes vestras, ipse custodiat, quia nos intrantes vos et exeuntes possumus videre, usque adeo autem non videmus quid cogitetis in cordibus vestris ut neque quid agatis in domibus vestris videre possimus.

Quomodo ergo custodimus? Quomodo homines, quantum possumus, quantum accepimus. Et quia nos sicut homines custodimus, et perfecte custodire non possumus, ideo sine custode cc 1859

17 2 Cor. 11, 3

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **15** aedificantes *des. K* **20** nam *inc. K* **21** superintendant *des. K* **24** quia *inc. K* **26** ratio *des. K* **32** quomodo[1] *inc. K* **33** possumus *des. K*

15 habet] et *praem.* ζ | laborantes] quomodo habet *praem.* $W_1\,W_2\,\eta$; quomodo $\varepsilon P_{23} P_6 Y$ **19** custos erat] custodierat *B*; cautus erat δ_1; *om.* $\gamma_1\,\zeta$ **22** ἐπίσκοπος *perperam scriptum* $H_1\,\gamma\,\zeta$, *ras. Y Rm, om.* $\pi\,\eta$ **23** episcopus *om.* $N An_4$ (*add. s.l.* $N^1 An_4^1$) **25** et *om. B* **26** loco alto *tr.* $H_1\,W_1\,W_2\,Gt\,Br_1$ | ratio redditur *tr.* π (*exc.* H_1) **28** novit] videt *B* **29** et *om.* $\delta_1\,Gt\,\varepsilon\,\gamma_1\,Y$; *eras. Vr B* **30** nec α **34** custodia *B*

remanebitis? Absit! Nam ubi est ille de quo dicitur: NISI DOMINUS CUSTODIERIT CIVITATEM, IN VANUM LABORAVIT QUI CUSTODIT? Laboramus in custodiendo, sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat qui videt cogitationes vestras. Custodit ille cum vigilatis, custodit et cum dormieritis. Ille enim dormivit in cruce semel, et surrexit, iam non dormit. Estote Israel, quia *non dormit neque dormitabit qui custodit Israel.*

Eia, fratres, si volumus sub umbra alarum dei custodiri – custodimus enim nos ex officio dispensationis, sed custodiri volumus vobiscum; tamquam vobis pastores sumus, sed sub illo pastore vobiscum oves sumus: tamquam vobis ex hoc loco doctores sumus, sed sub illo uno magistro in hac schola vobiscum condiscipuli sumus –, (4.) si volumus custodiri ab illo qui humi-
mi 1670 liatus est propter nos, et exaltatus est ad custodiendos nos, humiles simus. Nemo sibi arroget aliquid. Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit, qui solus bonus est.

Qui autem sibi voluerit arrogare sapientiam, stultus est. Sit humilis, ut veniat sapientia et illuminet illum. Si autem antequam veniat in illum sapientia, putat se esse sapientem, ante lucem surgit, in tenebris ambulat. Et quid audit in isto psalmo? IN *v. 2*

---

40 Ps. 120, 4 **42** sub ... custodiri] *cf.* Ps. 16, 8

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **35** nisi *inc. K* **38** vestras *des. K* **4,8** in^3 *inc. K*

---

36 laborat δ_1; laborant $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,P_{14}\,P_{15}$ **37** custodit] custodiunt $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,P_{14}\,P_{15}$; eam *add.* $H_1\,\gamma\,\zeta\,Y\,P_{23}\,P_{14}\,P_{15}$ *ma* (*cf. infra 13,17*) **38** custodiat] non *praem. B* | cogitationes vestras *om.* γ_1 **39** dormitis *A* ζ | semel in cruce *tr.* $\pi\,\eta\,Br_1$ **40** et *om.* δ (*exc.* H_1) **42** domini $\pi\,\eta\,Br_1$ | custodiri] simus Israel *add. T ma* **43** custodiamus $\gamma\,Br_1\,P_6\,Y$ | enim *exp.* $C^2\,Rm^2$; *om.* P_6 | nos] vos $\alpha_2\,\zeta\,P_{23}$ *ma* **44** pastores vobis *tr. C* Br_1 | simus ε | sub] cum ε **46** uno *om.* δ_1

4,3 sumus *B* **4** est bonus *tr.* π (*exc.* H_1) η **7** inveniat ε | sapientia in illum *tr.* $\pi\,\eta$ | esse *om. B* **8** in^1 ... ambulat] et ambulat in tenebris *ma* | et *om. B*

VANUM EST VOBIS ANTE LUCEM SURGERE. Quid est IN VANUM EST VOBIS ANTE LUCEM SURGERE? Si surgatis antequam surgat lux, necesse est ut in vanitate remaneatis, quia in tenebris eritis. Surrexit lux nostra Christus; bonum est tibi ut surgas post Christum, non surgas ante Christum. Qui surgunt ante Christum? Qui se volunt praeponere Christo. Et qui sunt qui se volunt praeponere Christo? Qui volunt hic excelsi esse, ubi humilis ille fuit. Sint ergo hic humiles, si volunt ibi esse excelsi, ubi Christus excelsus est. Ait enim de iis qui illi adhaeserant fide, in quibus et nos sumus, si et nos in illum puro corde credimus: *Pater* dixit *quos mihi dedisti, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum.* Magnum donum, magna gratia, magna promissio, fratres mei!

Et quis non vult esse cum Christo, ubi est Christus? Sed iam excelsus Christus. Vis ibi esse ubi est excelsus? Esto humilis, ubi et ille humilis fuit. Propterea illis dicit ipsa lux: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum.* Qui volebant discipuli esse super magistrum, et servi volebant esse super dominum suum, ante lucem volebant surgere; in vanum ibant, quia non post lucem ibant. Illis ergo dicit iste psalmus: IN VANUM EST VOBIS ANTE LUCEM SURGERE. Tales erant filii Zebedaei, qui antequam humiliarentur secundum passionem domini, iam sibi loca eligebant ubi sederent, unus ad dexteram, alter ad cc 1860

4,18 Ioh. 17, 24 23 Matth. 10, 24 28 Matth. 20, 20–21

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 17 est *des. K* 18 pater *inc. K* 19 mecum *des. K* 27 in *inc. K* 28 surgere *des. K*

9 quid ... surgere *om. B* 12 surrexit] enim *add.* $H_2\,\zeta$ 13 surgunt] surgit *B* 15 ille humilis *tr.* $\pi\,\eta\,C\,Br_1\,w$ 16 esse ibi *tr.* $\gamma\,P_{23}\,H_1$ (esse sibi) 17 his ζ $Br_1\,P_{23}$ | adherebant *B;* inhaeserant $W_1\,W_2\,Gt\,\eta$ 18 puro corde in illum *tr.* $H_1\,\gamma$ (*exc.* C) $\zeta\,P_{23}$ | illo $H_2\,B\,Cac.$ | dixit] dicit H_2; inquit $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,ma$; *om.* α 21 Christus est *tr.* $W_1\,W_2\,B\,\zeta$ 22 excelsus²] Christus *add.* ζ 25 volebant esse *om.* ζ 26 in] et *praem.* δ_1 27 in *om. B* 30 elegerant δ_1 | unus] ubi alter ζ | alius α

sinistram. Ante lucem volebant surgere: ideo in vanum ibant. Revocat illos dominus ad humilitatem, cum hoc audiret, et ait illis: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Ego veni humilis esse, et vos ante me vultis excelsi? Qua ego eo, illac sequimini, ait. Nam si hac vultis ire, qua ego non eo, IN VANUM EST VOBIS ANTE LUCEM SURGERE.

Et Petrus ante lucem surrexerat, quando consilium domino dare volebat, ut non pateretur pro nobis. Dixerat enim ille de passione sua, in qua salvi futuri eramus, de ipsa humilitate. Humilis enim passus est. Cum ergo de passione sua futura diceret, expavit Petrus, qui illum paulo ante dixerat filium dei. Timuit ne moreretur, et ait illi: *Absit a te, domine! Propitius esto tibi: non fiet istud.* Ante lucem volebat surgere, et luci consilium dare. Sed quid facit dominus? Facit illum ut post lucem surgat: *Redi post me, Satanas.* Ideo enim Satanas, quia ante lucem vis surgere. *Redi post me*: ut ego praecedam, tu sequaris; qua ego eo, illac eas, non qua tu vis ire, illac me velis ducere.

(5.) Ergo illis qui volebant ante lucem surgere dicit psalmus: IN VANUM EST VOBIS ANTE LUCEM SURGERE. Et quando

33 Matth. 20, 22 41 Matth. 16, 16 42 Matth. 16, 22

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 35 nam *inc.* f_5 36 surgere *des.* f_5 5,2 et *inc.* K

32 revocavit $\alpha\,P_6\,ma$ 34 excelsi] *esse *praem.* $\gamma\,P_{23}$; esse *add.* $\zeta\,P_{14}\,P_{15}$ qua $\alpha\,Gt\,H_2\,B\,ma$; quo $A\,\gamma\,\zeta\,P_{23}\,Y$; quae $W_1\,W_2$ | illac $\alpha\,A\,W_1\,W_2\,B\,ma$; illuc $H_1\,Gt\,H_2\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,Br_1\,P_{23}$ 35 hac $\pi\,P_6\,ma$; huc $\gamma\,P_{23}\,T\,Y$ | qua $\alpha\,\delta_2\,B\,ma$; quo $\delta_1\,\gamma\,\zeta\,P_{23}$ 37 voluit domino dare consilium $W_1\,W_2\,H_2\,B\,\eta\,Br_1$; voluit dare domino consilium $\alpha\,A\,Gt$ 42 tibi esto *tr.* π (*exc.* H_1) η 44 facit[1]] fecit $O_4\,\gamma\,\zeta\,P_{23}\,Y\,ma$ | facit[2]] fecit $O_4\,\gamma\,\zeta\,P_{23}\,Y\,ma$ | surgeret $\zeta\,ma$ 45 Satanas[1]] satana $P_{23}\,P_6$ | Satanas[2]] satana $P_{23}\,P_6$ 46 qua $\alpha\,H_2\,B\,Y\,ma$; quo $\delta_1\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta$; quia $W_1\,W_2\,Br_1$ | illac *ma*; illuc *codd.* 47 qua $\alpha\,\delta_2\,B\,ma$; quo *cett.* illac *ma*; illuc *codd.*

surgimus? Cum fuerimus humiliati: SURGITE POSTEAQUAM SEDISTIS. Surrectio exaltationem significat, sessio humilitatem significat. Aliis locis intellegitur sessio in honore iudicandi, aliis locis humilitatem ostendit. Quomodo in honore iudicandi sessio? *Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* Quomodo in signo humilitatis sessio? *Hora sexta dominus fatigatus sedit ad puteum.* Fatigatio domini infirmitas domini fuit, infirmitas virtutis, infirmitas sapientiae, sed ipsa infirmitas humilitas. Ergo, si sedit ex infirmitate, sessio illa humilitatem significat. Et ipsa sessio ipsius, id est humilitas ipsius, ipsa nos fecit salvos, quia *quod infirmum est dei, fortius est quam homines.* Ideo dicit in quodam psalmo: *Domine, tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam,* id est humilitatem meam, et exaltationem meam. mi 1671

Quid ergo vos ante lucem vultis exaltari, o filii Zebedaei? Sic enim loquamur, et ipsos potius nominemus qui non nobis irascuntur, quia ideo de illis ista conscripta sunt ut alii caverent superbiam in qua ipsi correpti sunt. Quid ergo vultis ANTE LUCEM SURGERE? IN VANUM EST VOBIS. Exaltari vultis antequam humiliemini? Dominus ipse vester, qui est lux vestra, humiliatus est ut exaltaretur. Audite Paulum dicentem: *Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo.* Quare illi non

---

5,7 Matth. 19, 28 **8** Ioh. 4, 6 **13** 1 Cor. 1, 25 **14** Ps. 138, 2 **23** Phil. 2, 6

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **5** significat *des. K*

5,3 surgemus P_6 *ma* | fueritis $W_1\ W_2\ K$ **6** ostendit] significat $\pi\ \eta\ Br_1\ Y$ **10** sed ... humilitas *om. B* **12** ipsius[2] *om.* γ_1 | salvos fecit *tr.* π (*exc.* H_1) η Br_1 **13** est[2]] esse δ_1 | quam homines] hominibus α_2 | hominis δ_1 **18** enim *om.* $\delta_1\ Br_1$ | loquamur] vos adloquamur $\varepsilon\ P_{15}\ Y$ **20** ipsi] isti α | correcti $R_3\ V_2\ \delta_2\ \eta$ | quid] qui π **23** ut] antiquam *B* **24** rapina $W_1\ W_2\ Gt\ \varepsilon\ C^2$ *Rm* | esse] se *add.* $\delta_1\ W_1\ W_2\ H_2\ \eta$ | aequalem δ_1 | non illi *tr.* π (*exc.* $H_1\ H_2$)

erat rapina? Quia natura erat, quia hoc natus erat ut esset aequalis
cc 1861 illi a quo genitus est. Sed quid fecit? Propter nos *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Haec est sessio ipsius. Sed audi surrectionem: *Propter quod deus eum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.* Iam vos ad illud nomen festinatis: SURGITE, sed POSTEAQUAM SEDISTIS. Surgere vultis, sed primo sedete; et surgens ab humilitate venis ad regnum. Nam si praeripis regnum, cadis a regno antequam surgas. *Potestis bibere* inquit *calicem quem ego bibiturus sum?* Et illi: *Possumus.* Et ille: *Calicem quidem meum bibetis; sedere autem ad dexteram vel ad sinistram meam* ait *non est meum dare vobis: aliis paratum est a patre meo.* Quid est *non est meum dare vobis*? Non est meum dare superbis. Hoc enim adhuc erant. Sed vultis illud accipere? Nolite esse quod estis. *Aliis paratum est.* Et vos alii estote, et vobis paratum est. Quid est 'alii estote'? Prius humiliamini, qui iam vultis exaltari. Intellexerunt ergo humilitatem fauturam sibi, et correcti sunt. Ergo et nos hoc audiamus, quia hoc dicit psalmus iste: SURGITE POSTEAQUAM SEDISTIS.

---

26 *ibid.* 2, 7–9 34 Matth. 20, 22–23

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* **36** sedere *inc. K* **37** vobis *des. K* **39** nolite *inc. K* **44** sedistis *des. K*

---

25 hoc] in *praem.* $H_1\ \varepsilon\ T\ Y$ **26** erat $W_1\ W_2$ **27** similitudinem $H_1\ W_1\ W_2\ N\ \zeta$ | hominis *B* **30** resurrectionem $\gamma\ \zeta\ Y$ *ma*; et resurrectionem ε *Br*$_1$ *P*$_{23}$ deus] et *praem. lo ma* | eum] illum *A ma* **31** illum $R_3\ V_2\ W_1\ W_2$ **32** sed[1] *om. B* **33** pervenis $\varepsilon\ T$ **34** inquit bibere *tr.* α *Gt B* **35** calicem inquit *tr. A* H_2 *Br*$_1$ **36** quidem] inquit $H_1\ \gamma\ \zeta$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *ma* **37** aliis] quibus α_2 **39** vultis] si *praem.* ε *ma* **42** fauturam *conieci*; profuturam $P_7\ T$ *ma*; futuram *cett.* (sibi futuram *tr. C O*$_4$)

(6.) Sed ne quis putet se ad hoc sedere ut honoretur, ut ostenderet quia sessionem istam humilitatem voluit commendare, ne quis se putaret iussum esse sedere aut ad iudicandum aut ad epulandum et gaudendum, et maiorem superbiam ibi quaereret, in significationem humilitatis addidit: QUI MANDUCATIS PANEM DOLORIS. Illi ergo manducant panem doloris, qui gemunt in ista peregrinatione. Ipsi sunt in convalle plorationis. Ascensiones enim facit deus in corde. Sed ubi illas disponit? *Ascensiones* inquit *in corde eius disposuit.* Quis? Deus. Si ascensiones in corde – ideo cantant canticum graduum –, humiliemur in saeculo, ascendamus, quomodo? Corde. Quia ipsa ascensio cordis a convalle plorationis surgit, *in convalle* inquit *plorationis.* Quomodo erecti sunt montes, sic sederunt convalles. Convalles enim dicuntur loca depressa terrarum: colles enim eminentiora loca, minus tamen quam montes – multum excelsa loca terrarum montes dicuntur – : parum est. Non ait: 'a colle surgite', nec ait: 'a campo'; 'a convalle', ut sit aliquid humilius quam campus est. Si ergo in convalle plorationis manducas panem doloris, et dicis: *Factae sunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est deus tuus?*, bene surgis, quoniam sedisti. mi 1672 cc 1862

6,9 Ps. 83, 6 12 *ibid.* 83, 7 19 Ps. 41, 4

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 6,5 in *inc. K* 6 doloris[1] *des. K* | qui *inc. K* 7 peregrinatione *des. K* 18 in *inc. K* 20 tuus *des. K*

6,2 sessione ista ζ *ma* 3 iustum $\alpha\,W_1\,W_2\,P_7\,Br_1$ | aut[1] *om.* α 4 ad *om.* δ (*exc.* $W_1\,H_2$) P_6 5 significatione $\alpha\,W_1\,W_2\,Gt\,P_{23}$ 8 enim] autem δ_1 10 *ita distinxit Müller* 11 ascendamus] ut *praem.* ζ 12 inquit in convalle *tr.* $W_1\,W_2$ | inquam *B* | plorationis inquit *tr.* $\gamma\,\zeta\,P_{23}$ 14 enim[2]] autem ζ *ma*; *om.* π | eminentiora] dicuntur *praem.* $\varepsilon\,Y$ 15 quam] quae *B* 16 est *om.* α 17 a convalle] sed *praem.* $W_1\,W_2\,\eta\,\varepsilon\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y$ *ma* 18 dices *B* H_2 19 panes *K A* $H_2^2\,An_4^2\,C\,P_6$ | ac] et $\alpha\,A$ 20 quoniam] quando *C*; quia *lo ma*

(7.) Et quasi diceres: 'Quando surgimus? Modo iubemur sedere. Quando erit nostra surrectio?' Quando fuit domini? Eum attende qui te praecessit. Nam si non ipsum attendis, in vanum est tibi ante lucem surgere. Ipse quando exaltatus est? Cum mortuus est. Ergo et tuam exaltationem post mortem spera, in resurrectionem mortuorum spera, quia ille resurrexit et ascendit. Sed ubi dormivit? In cruce. Quando dormivit in cruce, signum gestabat, immo implebat quod significatum est in Adam, quia cum dormiret Adam, costa illi detracta est, et Eva facta est; sic et domino, cum dormiret in cruce, latus eius lancea percussum est, et sacramenta profluxerunt, unde facta est ecclesia. Ecclesia enim coniux domini facta est de latere, quomodo illa facta est de latere. Sed quomodo illa non est facta nisi de latere dormientis, sic ista non est facta nisi de latere morientis. Si ergo ille non resurrexit nisi mortuus, tu exaltationem speras, nisi post hanc vitam?

Sed ut doceat te ipse psalmus, quasi interrogares: 'Quando surgam? Fortassis priusquam sedero?', CUM DEDERO inquit SOMNUM DILECTIS EIUS. Dat hoc deus, cum dormierint dilecti eius: tunc surgent dilecti eius, id est Christi. Omnes enim surgent, sed non quomodo dilecti eius. Omnium est resurrectio mortuorum, sed quid ait apostolus? *Omnes resurgemus, sed non omnes immuta-*

7,7 *cf.* en. 127, 11, 20–23 9 cum ... est[2]] *cf.* Gen. 2, 21–22 10 latus ... percussum] *cf.* Ioh. 19, 34 21 1 Cor. 15, 51

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 7,16 ut *inc. K* 20 eius *des. K*

7,1 diceris $H_1\ B$ | surgemus $\eta\ \zeta\ ma$ | sedere iubemur *tr.* π (*exc.* H_1) η 2 eum] ad *praem.* $H_1\ \gamma\ \zeta\ P_{23}\ Y\ ma$ 6 resurrectione $\alpha\ A\ Gt\ H_2\ B\ \varepsilon\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* | surrexit $B\ C$ 8 erat $\pi\ \eta$ 10 dominus $A\ H_1^2\ H_2\ B\ \varepsilon\ P_{23}$ 13 illa] Eva $W_1\ W_2\ Gt\ P_7$; Eva illa $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 14 si] sic δ_1 | non ille *tr.* $\delta_1\ H_2$; non iste α 15 speras exaltationem *tr.* $\pi\ \eta\ Br_1\ Y$ 16 sed] et δ, *om.* H_2 | iste $H_2\ \gamma\ P_{23}\ \zeta\ ma$ 17 dedero $\pi\ \eta$ *Psalt. Ver. cc*; dederit $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y\ ma$ | dilectis eius somnum *tr.* $C\ Br_1$ 18 electis ε | eius[1]] suis $N\ P_6$ 20 est] enim *add.* $W_1\ W_2\ \zeta$ 21 omnes[1]] quidem *add.* $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ ma$ | resurgimus δ_2

bimur. Resurgunt illi ad poenas, resurgimus nos quomodo resurrexit dominus noster, ut sequamur caput nostrum, si membra ipsius sumus. Si autem membra eius sumus, tunc sumus dilecti eius, tunc ad nos pertinet illa resurrectio quae praecessit in domino, ut lux surrexerit ante nos, nos post lucem, quia in vanum est nobis ante lucem surgere, id est altitudinem quaerere antequam moriamur, cum Christus lux nostra non sit exaltatus in carne, nisi posteaquam mortuus est. Constituti ergo membra mi 1673 eius, et in membris eius dilecti eius, cum somnum acceperimus, tunc surgemus in resurrectione mortuorum.

Unus resurrexit, iam non moriturus. Resurrexit Lazarus, sed moriturus. Resurrexit filius viduae, sed moriturus. Resurrexit filia archisynagogi, sed moritura. Resurrexit Christus, non moriturus. Audi apostolum: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur.* Talem spera resurrectionem, et propter hoc esto Christianus, non propter felicitatem terrae huius. Nam si propter felicitatem vitae huius vis esse cc 1863 Christianus, quando illa lux tua non hic quaesivit mundanam felicitatem, ante lucem vis surgere: necesse est ut in tenebris perseveres. Mutare, sequere lucem tuam; qua resurrexit, surge: sede prius, et sic surge, CUM DEDERO SOMNUM DILECTIS EIUS.

---

32 resurrexit[2] ... moriturus] *cf.* Ioh. 11, 44 33 resurrexit[1] ... moriturus] *cf.* Luc. 7, 15 | resurrexit[2] ... moritura] *cf.* Matth. 9, 25 35 Rom. 6, 9

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

22 resurgent δ_1 | resurgemus $\delta_1\ An_4\ Br_1$ 24 ipsius] eius $\pi\ \eta\ Br_1$ | si ... sumus *om. A B* 26 ut] et $B\ P_6$ | surrexit $V_2\ W_1$ *C*; surgeret $Br_1\ P_{23}$ | in *om. B* 27 vobis $\alpha\ W_1\ H_2\ Br_1$ 29 membrum $\delta_1\ H_2$ 33 resurrexit[1]] surrexit V_2 *C*; a mortuis *add.* $\delta_1\ H_2$ | resurrexit filia archisynagogi sed moritura resurrexit filius viduae sed moriturus *tr. lo ma* 34 non] sed *praem.* α 35 apostolum] dicentem *add.* $W_1\ W_2\ Gt\ \eta$ | surgens *B* | ex] a δ_1 41 quare surrexit *ma* 42 dedero $\pi\ \eta\ \gamma_1$ *Psalt. Ver. cc*; dederit $\eta\ \varepsilon\ \zeta P_{23}\ Y$ *ma* | somnium δ_1

(8.) Quasi quaereres iterum: 'Quibus dilectis?' ECCE HEREDITAS DOMINI, FILII, MERCES FRUCTUS VENTRIS. Quando dicit FRUCTUS VENTRIS, parturiti sunt filii isti. Est quaedam mulier in qua spiritaliter ostenditur quod dictum est Evae: *In gemitu parturies.* Parit enim ecclesia filios coniux Christi; et si parit, parturit. In cuius figura etiam Eva *mater vivorum* appellata est. In membris parturientis erat ille qui dicebat: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Sed non frustra parturivit nec frustra peperit: erit semen sanctum in resurrectione mortuorum; abundabunt isti, qui diffusi sunt modo toto orbe terrarum. Gemit illos ecclesia, parturit illos ecclesia: in illa autem resurrectione mortuorum apparebit partus ecclesiae, transiet dolor et gemitus. Et quid dicetur? ECCE HEREDITAS DOMINI, FILII, MERCES FRUCTUS VENTRIS. Huius fructus, non hic fructus: MERCES huius FRUCTUS VENTRIS. Quae est ipsa merces? Ipsa merces resurgere a mortuis. Quae est ipsa merces? Surgere posteaquam sedisti. Quae est ipsa merces? Laetari posteaquam manducasti panem doloris. *v. 3*

Cuius ventris? Ecclesiae, in cuius ventre, quia eius typum Rebecca gestabat, duo illi gemini tamquam duo populi luctabantur. Una mater in visceribus suis dissentientes fratres nondum

---

8,4 Gen. 3, 16 6 *ibid.* 3, 20 7 Gal. 4, 19 20 duo[1] ... luctabantur] *cf.* Gen. 25, 22–23

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **8,1** quasi *inc. K* **6** est *des. K* **11** in *inc. K* **12** ecclesiae *des. K* **13** et[2] *inc. K* **15** merces[2] *des. K* **17** laetari *inc. K*

8,2 mercis $B\ \varepsilon$ **4** parturies] paries $\alpha\ \delta_2 B\ \eta An_4$ **5** parit[1]] pariet $A\ W_1 W_2$ **10** iusti γ_1 | modo *om.* δ_1 **12** transiit B **13** dicitur $\pi\ \eta$ **14** mercis ε huius ... merces *om.* $\gamma\ Y P_{23} P_6$ | fructus[2] *om.* $W_1 W_2$ **15** ipsa[1]] ista γ_1 ipsa merces[2] $\delta_1 H_2^2$; *om. cett. ma* **16** resurgere] surgere δ_2 | a *om.* $H_1\ \gamma_1$ surgere] resurgere B **17** ista $V_2 R_3 H_1 N$ **18** doloris] merces fructus ventris *add.* P_{23}

natos continebat. Pulsabant materna viscera discordiis internis. Gemebat illa, vim patiebatur, sed pariens discernebat quos geminos praegnans pertulerat. Sic et modo, fratres, quamdiu gemitus datus est ecclesiae, quamdiu parturit ecclesia, ipsi sunt intus et boni et mali. Fructus autem ventris in Iacob erit, quia ipsum dilexit mater. *Iacob dilexi* dicit deus, *Esau autem odio habui.* Ambo de uno utero processerunt: unus amari meruit, alius reprobari. In dilectis ergo eius erit fructus. Ergo MERCES FRUCTUS VENTRIS.

v. 4 (9.) SICUT SAGITTAE IN MANU POTENTIS, SIC FILII EXCUSSORUM. Unde enim facta est hereditas ista, fratres? Unde facta est tam multa hereditas, de qua dici habet in finem: ECCE HEREDITAS DOMINI, FILII, MERCES FRUCTUS VENTRIS? Excussi sunt quidam de manu domini, tamquam sagittae, et ierunt longe, et totam terram impleverunt, unde pullulant sancti. Nam ipsa est hereditas de qua dicitur: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam fines terrae.* Et quomodo ipsa possessio pertenditur et crescit usque ad fines terrae? Quia SICUT SAGITTAE IN MANU POTENTIS, SIC FILII EXCUSSORUM. De arcu excutiuntur sagittae, et quanto fortior excusserit, tanto longius vadit sagitta. Quid autem fortius excutiente domino de arcu mandati apostolos suos? Non potuit esse residuum quo non perveniret sagitta a tam forti excussa: pervenit usque ad fines

mi 1674

cc 1864

27 Mal. 1, 2-3; Rom. 9, 13 **9,7** Ps. 2, 8

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

24 quamdiu ... ecclesiae *om.* γ_1 **25** quamdiu] tamdiu α **26** in *om. B* | erat *A C* ζ *ma* **27** deus] et *praem.* π (*exc. B*); dominus $\varepsilon\ \zeta P_{23}$ **29** fructus erit *tr. lo ma* **9,3** dicere *B* | fine *A* H_2 *B* P_{23} *X ma* | ecce *om. B* **4** mercis $\delta_1\ \varepsilon$ **8** fines] terminos *B* $\gamma\ \zeta P_{23}$ *Y ma* (*cf. infra 13,26*) | ista αA^2 (*om. A*) δ_2 *B ma* **10** excelsorum $W_1\ W_2$ **11** fortius αK **12** arcu] suo *add.* $H_1\ \gamma\ \zeta P_{23}$ *Y ma* **13** mandati δ (*exc.* H_2) *T*; mandat *cett. ma* **14** forte α

terrae. Ideo non ultra, quia nihil est ultra generis humani. Nam tantas vires ille habet, ut etiam si ultra esset quo pertenderet sagitta, excuteret illuc sagittam. Sic sunt autem et filii excussorum, quomodo et illi excussi. Quaesitum est enim de hoc verbo etiam ab iis qui ante nos ista tractarunt, quare FILII EXCUSSORUM dicti sunt vel qui sint intellegendi FILII EXCUSSORUM; et quibusdam visum est, sicut modo dixi, filios excussorum filios esse apostolorum.

(10.) Intendat paululum caritas vestra. Quaesitum est quare excussi apostoli: dictum est a quibusdam ideo illos appellatos excussos quia praecepit eis dominus: *Si exieritis de civitate in qua non audiunt vos, excutite pulverem de pedibus vestris,* sed ait alius: 'Non ergo FILII EXCUSSORUM dici debuerunt, sed filii excutientium; excutientes enim illos fecit dominus quibus dixit: *Excutite pulverem de pedibus vestris*, non excussos'. Subtiliter quidem quasi contradicere voluit praecedenti sententiae, quia iam ista tractata et dicta erant; verumtamen nos, quantum adiuvat dominus, quaerentes quomodo recte dici potuerint etiam excussi quibus dominus ait: *Excutite pulverem de pedibus vestris*, invenimus non absurde dici potuisse. Quamvis enim ipsi excuterent, se ipsos

---

20 quibusdam] *cf.* Hier., epist. 34, 3 **10,3** Matth. 10, 14 **4** alius] *scil.* Marcella *ap.* Hier., epist. 34, 3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **9,18** excussi *des. K* **21** filios[1] *inc. K* **22** apostolorum *des. K*

---

15 humani] commoratione *add.* $W_1\ W_2$; commoratio *Gt*; commorationem Gt^2 **16** ille vires *tr.* π (*exc.* H_1) η **17** et *om. ma* **18** enim *om. B* **19** his *B* nos] fuerunt et *add.* α_2 | tractarunt] tractaverunt $W_1\ W_2\ Gt$ **20** qui sint] quis α | sunt $H_1\ H_2\ ma$ **21** esse filios *tr. B*
10,2 excussi] dicti sunt *add.* $\varepsilon\ \zeta Br_1 P_{23}\ Y$ | eos *B* **4** alius] aliquis $W_1\ W_2$ **6** fecit illos *tr.* $H_2\ Br_1$ **8** quia] ille a quo $P_6\ ma$ **10** potuerunt αH_2 **11** ait dominus *tr. X ma*

excutiebant. Hoc dico: qui excutit, aut se excutit aut aliquid aliud. Si aliquid aliud excutiat, excutiens est, excussus non est. Si autem se excutiat, et excutiens est et excussus. Intendite, hoc planius dicam, si potuero. Si aliud excutiat, excutiens est, non excussus. Si ab alio excutiatur, excussus est, non excutiens. Si autem excutiat seipsum, et excutiens est quia excutit se, et excussus quia excutitur a se. Quaeritur ergo quos excusserint apostoli? Utique seipsos. A pedibus enim suis pulverem excusserunt. Sed ait aliquis: 'Non se excusserunt, sed pulverem'. Hoc plane calumniose dicitur. Duobus enim modis dicimus aliquid excuti, sive illud quod inde excutitur sive illud unde excutitur. Nam et 'excussus est pulvis' dicimus, et 'excussa est vestis'. Tenent aliqui et excutiunt vestem, et exsilit inde pulvis qui inhaeserat. Quid dicis de pulvere? 'Excussus est pulvis'. Quid dicis de veste? 'Excussa est vestis'. Si ergo et quod inde excutiendo exsiliit, et illud unde exsiliit quod inhaeserat excussum dicitur, et pulvis excussus est et apostoli excussi sunt. Quare ergo non dicantur FILII EXCUSSORUM filii apostolorum? cc 1865 | mi 1675

(11.) Sed est alia sententia quam praetermittere non debemus. Ideo enim forte obscurius positum est ut multos intellectus generet, et ditiores discedant homines, quia clausum invenerunt quod multis modis aperiretur, quam si uno modo apertum invenirent. Dicimus excuti etiam aliquid ut exeat inde quod forte absconditum est. Aliter enim dicimus excuti vestem, ut excutiant

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **11,1** sed *inc. K* | debemus *des. K* **5** dicimus *inc. K*

---

13 dico] quia *add.* $H_2\,\varepsilon P_6 P_{23}$ | aliquid aliud] aliud aliquid *tr.* $W_1\,W_2\,Gt$ **15** et[1] *om.* $\delta_1\,C\,\zeta$ **16** potero $\delta_2\,Br_1$ **18** et[1] *om.* $H_2\,\gamma\,\zeta\,Br_1 P_{23}\,Y\,ma$ **22** dicitur $H_2\,\varepsilon P_{23}$ **23** et *om.* $H_2\,B\,\varepsilon$ **25** exit $\gamma_1\,\zeta P_{23}$; exiit $\varepsilon\,C$ **27** exsilit π **28** exsiliit] exsilit π **29** est] et vestis *add.* α
11,2 ut] et $H_1\,\gamma_1$ **3** generat $H_1\,\gamma_1$; generent ε | discant $\varepsilon\,\zeta$ | qui $W_1\,W_2$ **4** quod] quos γ_1 **5** exeat] excutiat B **6** ut] et $W_1\,W_2\,Br_1$

inde pulverem, aliter dicimus excuti saccum, ut illud quod intus latebat, exeat. Ergo intellego, fratres, quantum possum, filios excussorum fortasse ipsos apostolos dictos, filios prophetarum. Prophetae enim clausa sacramenta et operta continebant: excussi sunt ut inde manifesta procederent. Puta ergo dixisse prophetam, sicut et dixit: *Agnovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui; Israel autem me non cognovit.* Hoc mihi interim ad praesens occurrit, quod de propheta dicerem; si aliud occurrisset, hoc dixissem. Hoc autem audiens homo, si asinum et bovem, pecora et iumenta quae videt, cogitaverit, nescio quid intus tamquam in involucro positum forinsecus pertractabit: quid ibi sit nescit. Asinus et bos aliquid significant. Quid ergo dicitur homini iam pronuntiare volenti? Exspecta. Clausum est quod tangis. Excute involucrum. Propheta nescio quid istis velaminibus nominum texit: nescio quem asinum, nescio quem bovem significat. Nam asinus in figura populi dei iumentum dei est portans sessorem dominum ne erret in via; et bos ille de quo dicit apostolus: *Bovi trituranti os non infrenabis. Numquid de bobus pertinet ad deum?,* dixit: *Sed propter nos scriptura dicit.* Omnis ergo qui praedicat verbum dei, monet, obiurgat, terret, triturat

11,12 Is. 1, 3 **24** 1 Cor. 9, 9–10

adsunt π: $\alpha\,\delta(\text{-}S)$ | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **13** cognovit *des. K* **15** hoc[2] *inc. K* **18** significant *des. K* **22** asinus *inc. K* **24** infrenabis *des. K*

7 aliter] et *praem.* εP_{23} *Y* 10 aperta $H_1\,\gamma_1$ | excussi] et *praem.* εP_{23} 11 prophetam dixisse *tr. mi cc* 12 praesepem $W_1\,W_2\,K$ 13 non cognovit me *tr.* $H_1\,\zeta$ 15 asino *B* 16 pecora] $\alpha A\,H_2\,K\,B\,Br_1$; *praem.* et *cett. ma* 17 in *om.* $V_2\,H_1\,\gamma\,\zeta P_{23}\,Y$ | pertractavit *Vr* $\delta\,\gamma$ 20 illis *lo ma* 21 nescio[1]] et *praem. lo ma* | nescio[2] *om.* δ_1 22 in *om. B* | dei[1]] est *add. B* 23 quibus α 24 bovi] et *praem. B* | bobus] ait *add.* ζ 25 dominum *B* | dixit *om.* ζ sed dixit *tr.* $W_1\,W_2$ 26 ergo] enim *B*; homo $\varepsilon P_{14} P_{15}$; homo *add. Y*

aream, et bovis implet officium. Veniebat bos de gente Iudaeorum. Inde enim praedicatores apostoli. Veniebat et asinus de gente praeputii, id est a gentibus. Venit enim ut portaret dominum; et ideo in asino sedit dominus, qui numquam portaverat hominem, quoniam ad gentes lex non missa erat, nec prophetae. Ergo quia et dominus noster Iesus Christus cibaria nostra voluit esse, et propterea natus in praesepio collocatus est, *cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui.*

Sed numquid ista exirent, nisi saccus excuteretur? Nisi prophetia involuta accedente diligentia discuteretur, numquid operta exirent ad nos? Omnia ergo ista clausa erant, antequam veniret dominus. Venit dominus et excussit illa clausa, et manifestata sunt, excussi sunt prophetae, et generati sunt apostoli. cc 1866
Quia ergo excussis prophetis generati sunt, apostoli filii sunt excussorum. Ipsi in manu potentis positi tamquam sagittae pervenerunt usque in fines terrae. Unde dici habet in finem: ECCE HEREDITAS DOMINI, FILII, MERCES FRUCTUS VENTRIS, quia ideo de finibus terrae colligitur ista hereditas, quia SICUT SAGITTAE IN MANU POTENTIS, SIC FILII EXCUSSORUM, id est sic filii prophetarum apostoli fuerunt quasi sagittae in manu potentis. Si potens, mi 1676
ille potenter excussit. Si potenter excussit, usque in fines terrae pervenerunt quos excussit.

---

30 ideo ... hominem] *cf.* Marc. 11, 2.7; Luc. 19, 30.35 33 natus ... est] *cf.* Luc. 2, 7 | Is. 1, 3

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 27 veniebat *inc. K* 29 praeputii *des. K* | venit *inc. K* 42 terrae *des. K* 46 apostoli *inc. K*

---

27 os $W_1\,W_2$ 28 veniebant $\delta_1\,K\,H_2\,B\,Br_1$ | de] a *B* 30 asinum *B* 31 lex ad gentes *tr.* $W_1\,W_2$ | erat missa $W_1\,W_2\,\eta\,ma$ 32 et *om.* $\pi\,\eta\,\varepsilon\,ma$ 37 aperta α 38 et[1] *om. B* | illa *om. B* | clausa illa *tr.* ζ 39 excussi] et *praem.* $\delta_1\,\gamma_1\,P_{23}$ 40 quia ... apostoli *om.* $V_2\,B\,A$ 41 manus $W_1\,W_2\,A$ 42 in[1]] ad $H_1\,W_1\,W_2\,Gt\,\eta\,P_6$ | finem] fine $\delta_1\,H_2\,B\,P_{23}\,X\,ma$ 44 corrigitur *B* 45 sic[2] *om.* $\delta_2\,\eta\,ma$ 46 apostoli] et *praem.* $H_1\,\gamma$ 47 si ... excussit *om. K A*

(12.) BEATUS HOMO QUI REPLEVIT DESIDERIUM SUUM EX EIS. Eia, fratres mei, quis replet desiderium suum ex eis? Qui non amat saeculum. Qui desiderio saeculi plenus est, non est quo intret quod illi praedicaverunt. Funde quod portas, et capax fiere ad id quod non habes. Id est: Desideras divitias? Non potes implere ex eis desiderium tuum. Desideras honores in terra? Desideras ea quae etiam iumentis donavit deus, hoc est voluptatem temporalem et salutem corporis et talia? Non ex eis implebis desiderium tuum. Si autem sic desideras *quomodo cervus desiderat ad fontes aquarum,* si dicis: *Desiderat et deficit anima mea in atria domini*, imples desiderium tuum ex eis; non quia iam illi possunt tale desiderium implere, sed tales imitando venis ad eum qui implevit desiderium ipsorum. *v. 5*

(13.) NON CONFUNDETUR, CUM LOQUETUR INIMICIS SUIS IN PORTA. Fratres, in porta loquamur, id est omnes noverint quid loquamur. Qui enim non vult loqui in porta, latere vult quod loquitur, et forte ideo vult latere quia malum est. Si fidit, in porta loquatur, sicut dicitur de sapientia: *In portis autem civitatium audenter dicit.* Quanto tempore iustitiam innocentes tenuerint, non erubescent: hoc est in porta praedicare. Et quis est qui praedicat in porta? Qui praedicat in Christo, quia Christus est porta qua intramus ad illam civitatem. Mentior, si non ipse dixit:

12,9 Ps. 41, 2 10 Ps. 83, 3 13,5 Prov. 8, 3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 12,5 habes *des. K* 9 si *inc. K* 11 eis *des. K* 13,1 non *inc. K* 4 est *des. K* 8 qui *inc. K* | est *des. K*

12,1 implevit ζ 2 eis[1]] ipsis $\varepsilon\ P_{23}\ Gt\ H_2\ w$ | quis] qui $H_2\ B$ | replevit $W_1\ W_2\ H_2$ 3 qui] nam *add.* ζ | quo] qui $W_1\ W_2$ 4 fieri $\alpha\ Gt\ H_2$; fies $\alpha_2\ P_6$ 6 honorem ε 7 etiam ea quae *tr.* $W_1\ W_2$ | voluntatem B 8 alia δ (*exc. Gt*) $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ Y$ | eis] his δ_1 10 dicis *om. B* | defecit B 11 implet δ_1
13,1 confundentur $\delta\ \eta\ Br_1$ | loquentur $\delta\ \eta$ 2 omnes] ut *praem.* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ P_{23}$ 3 quid] quod π (*exc.* $W_2\ Gt$) | loquimur π 5 civitatum $\gamma\ \zeta\ P_{23}\ Y\ ma$ 6 audacter α 7 hoc est *om. B* ζ

Ego sum ianua. Si ianua est, et porta est. Ianua enim dicitur domus; ianua civitatis porta est, porta domus ianua est. Sed forte non bene dicitur porta, si non bene dicitur civitas quae dicta est domus. Utrumque enim paulo ante dictum est: NISI DOMINUS AEDIFICAVERIT DOMUM, IN VANUM LABORAVERUNT AEDIFICANTES EAM; et ne istam domum audiendo parvum aliquid putares: NISI DOMINUS inquit CUSTODIERIT CIVITATEM, IN VANUM LABORAVIT QUI CUSTODIT. Illa est ergo domus quae est civitas. Ipsa ergo habet ianuam tamquam domus, et habet portam tamquam civitas. Qui est ergo ianua domus, ipse est porta civitatis. Ergo si Christus porta civitatis, ille non erubescit qui in Christo stat, et sic praedicat. Qui autem contra Christum praedicat, clauditur contra illum porta. Qui sunt isti qui contra Christum praedicant? Qui negant quia missae sunt sagittae de manu potentis, et pervenerunt usque in fines terrae; et ipsa hereditas domini, de qua dictum est: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam fines terrae.* Praedicatum est, auditum est, antequam fieret, et iam factum nolunt agnoscere. Qui disputant ergo contra Christum, extra portam sunt, quia suos honores quaerunt, non Christi. Qui autem praedicat in porta, Christi honorem quaerit, non suum. Et ideo qui praedicat in porta, dicit: 'Nolite in me praesumere; non enim per me, sed per portam intrabitis'. Illi autem qui volunt homines in seipsos cc 1867

10 Ioh. 10, 9 25 Ps. 2, 8

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 13 utrumque *inc.* K 16 civitatem *des.* K 17 est[1] *inc.* K 19 civitas *des.* K 20 ergo *inc.* K 21 praedicat[2] *des.* K

11 est[1] *om.* B 15 parum B 17 laborabit B T | custodit illa] B H_2; custodiunt illam δ_2 η ε γ_1 Br_1 P_{23}; custodit eam Y; custodit illam illa ζ; custodit eam illa δ_1 *ma* (*cf. s. 3,37*) | ergo est *tr.* B 19 quia B 22 illi *ma* 24 ipsa] est *add.* ζ *ma* 26 fines] terminos γ ζ P_{23} *ma* (*cf. s. 9,8*) 27 priusquam α 28 qui *om.* α δ_1 Gt H_2 B

mi 1677 praesumere, nolunt eos intrare per portam. Non mirum si clauditur contra illos porta. Et o si pulsent ut aperiatur!

35 Adestote ergo animo, fratres, propter etiam crastinum sermonem, ex nostra pollicitatione, adiuvante domino, vobis reddendum ex evangelio de columba. In cuius nomine promisimus, in illius misericordia reddemus. Sed ut possimus esse idonei redditores, ne audaces fuerimus promissores, orate pro nobis.

IN PSALMUM CXXVII

(Sermo habitus in natali S. Felicis Nolani, cf. praef. p. 8)

(1.) Sicut dicit apostolus, fratres carissimi: *Spiritalibus spiritalia comparamus, animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei*, cavendum est ne homines animales non percipientes quae sunt spiritus dei, scandalizentur potius in hoc psalmo quam
5 aedificentur. Nam breviter (quamquam eum, cum cantaretur, audivimus), quia brevis est, curro eum, non tractans, sed legens. Et videte – quia si talia quisque concupierit pro magno a deo, qualia continet iste psalmus, et forte, non quia desertus est ab illo, sed quia magis diligitur, non acceperit, videritque illa quae

---

35 crastinum sermonem] *scil.* in Ioh. 6 36 pollicitatione] *cf.* in Ioh. 4, 16
37 ex ... columba] *cf.* Ioh. 1, 32–33
in ps. CXXVII,1,1 1 Cor. 2, 13–14

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

34 o si] otiosi *Gt* $O_4\ \gamma\ T\ ma$; otiose $P_{23}\ P_6$; si η | pulsant $P_{23}\ X\ ma$ 35 adeste *A B* $W_1\ W_2\ Gt$ | etiam propter *tr.* $\zeta\ ma$ 36 et nostram pollicitationem $\zeta\ ma$ 38 misericordiae δ_1 | reddimus δ (*exc.* H_1) 39 nobis] amen *add.* α; amen alleluia $W_1\ W_2$
in ps. CXXVII,1,1 fratres carissimi *om.* $\pi\ \eta\ Br_1$ 5 eum *om. B* 7 quia *om. B* 8 ipse *B* | et] ut *B* 9 illa] ea ζ

hic sic audivit esse praemia timentium deum, abundare illis qui non timent deum, nutent gressus illius, et effundantur lapsu vestigia eius, et dicat in corde suo sine causa se deum timuisse, quando illa dona non meruit, quae promisit timentibus se, insuper et illi acceperunt, qui eum non solum non timuerunt, sed
v. 1–2 etiam blasphemaverunt – videte enim quid dicat: BEATI OMNES cc 1868
QUI TIMENT DOMINUM, QUI AMBULANT IN VIIS EIUS: LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS; BEATUS ES, ET BENE TIBI ERIT. Adhuc possumus hic, et quivis animalis, beatitudinem
v. 3–4 futuri saeculi cogitare, sed videte quid sequitur: UXOR TUA SICUT VINEA FERTILIS IN LATERIBUS DOMUS TUAE, FILII TUI SICUT NOVELLATIO OLIVARUM IN CIRCUITU MENSAE TUAE. ECCE SIC BENEDICETUR HOMO QUI TIMET DOMINUM. Quomodo? Ut sit uxor eius tamquam vinea fertilis in lateribus domus eius, et filii eius circumdent mensam eius, tamquam olivarum novellatio, perdiderunt mercedem suam qui propter deum etiam uxores ducere noluerunt? Sed ait qui noluit ducere uxorem: 'Aliter me deus benedicit'. Immo vero aut sic te benedicit aut non te benedicit; aperte dicta sententia est: ECCE SIC BENEDICETUR HOMO QUI TIMET DOMINUM.

(2.) Quid ergo sibi hoc vult, fratres? Ne desiderando temporalem et terrenam felicitatem, perdamus caelestem, propheta tamquam involucrum nobis constituit. Involucrum hoc

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

11 illius] eius $\pi\ Br_1$ | lapsus γ_1 14 et *om.* $W_1\ W_2$ 18 quamvis animales (-lis *è*) $\alpha_2\ \gamma\ \zeta\ P_{23}\ Y\ ma$ 19 sequatur π | sicut] ut $\delta_2\ B$ 21 novella δ_1 22 benedicitur *B* 24 circumdent] in circuitu δ_1 | perdiderunt] ergo *praem.* $\gamma\ \zeta\ P_{23}\ ma$ 26 qualiter $\alpha\ \gamma_1\ P_6$ | benedicet deus *C ma*; benedicet $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 27 aut[1]] ait δ_1 | benedicit[2] ... benedicit] benedicet ... benedicet $P_6\ ma$ | aut[2]] ait δ_1 28 benedicitur $\delta_1\ B$

2,1 hoc ergo sibi *tr.* α; hoc sibi ergo *tr.* δ; ergo hoc sibi *tr.* $W_1\ W_2$ 2 et terrenam] aeternam *B*

nescio quid habet intus. Meminit autem caritas vestra, cum superiorem psalmum vobis tractarem, qui est ante istum, incurrisse nos in quendam versum obscurum, ubi dictum est: *Sicut sagittae in manu potentis, sic filii excussorum*, et cum quaereremus qui sint *filii excussorum*, visum esse nobis, suggerente quantum
mi 1678 credimus domino, filios excussorum apostolos dictos, filios prophetarum. Quare? Quia prophetae in aenigmatis locuti sunt, et figuris rerum tamquam mysteriorum involucris cooperuerunt intellectum, qui intellectus prodire non potuit ad homines, nisi involucra illa excuterentur; unde dicti sunt illi *filii excussorum*, qui de prophetis excussis profecerunt. Ergo et nos excutiamus istum, ne per involucra fallamur, et tangentes quod intus est et non videntes, dicamus forte lignum pro auro aut testam pro argento. Excutiamus, si videtur caritati vestrae: aderit dominus, ut procedat quod intus est, maxime, fratres mei, quia martyrum natalicia celebramus. Quanta mala passi sunt martyres, quanta exitia, quanta tormenta, squalores carcerum, stricturam catenarum, saevitiam ferarum, ardorem flammarum, aculeos contumeliarum! Ista omnia passi essent, nisi nescio quid viderent quo se tenderent, quod ad huius saeculi felicitatem non pertinet? Turpe est autem ut natalicia martyrum celebremus, horum videlicet
cc 1869 servorum dei contemnentium mundum istum propter sempiternam felicitatem, et accipiamus quod hic scriptum est pro praesenti felicitate, ut cuicumque forte homini dei fideli civi illius Ierusalem contingat etiam ducta uxore filios non habere, dica-

---

2,6 Ps. 126, 4

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

8 sunt α 9 dictos] esse *praem.* $\varepsilon\,Y\,P_{15}\,P_{15}$ *add. C ma* 10 quare *om. lo ma* aenigmate α; aenigmatibus $\zeta\,P_{23}\,Y$ 20 trituram π (*exc.* H_1) $\eta\,Y$; tritura $H_2\,B$ 21 saevitia *A* $W_1\,W_2\,B$ 22 passi] non *praem.* P_6; non *add. T* 23 pertineret $W_1\,W_2\,\varepsilon$ 27 felicitatem $W_1\,W_2$ | civi] cui *B C* 28 uxorem $W_1\,W_2$

mus: 'Non timet homo iste dominum; nam si timeret dominum, uxor eius tamquam vinea fertilis esset in domo eius, non sterilis, ut nullum generaret, et si timeret dominum homo iste, filii ipsius circumdarent mensam ipsius tamquam arbores olivarum'. Si enim talia dixerimus, animales sumus, non percipientes quae sunt spiritus dei.

Incipiamus et nos excutere, ut simus et nos filii excussorum. Si enim erimus filii excussorum, erimus in manu potentis tamquam sagittae, et iaculatur nos de praecepto suo in corda hominum nondum amantium, ut percussa sagittis verborum dei ament. Nam si talia illis coeperimus praedicare: 'Filii aut fratres mei, timete dominum, ut habeatis filios et nepotes, ut gaudeat domus vestra', non sagittamus ut ametur illa aeterna Ierusalem, remanebunt in amore terrenorum, et videntes ista abundare impiis, etsi nobis non audent, in corde suo dicunt: 'Quare? Ille timet deum, qui plenam domum habet filiis?' Et forte alius dicit illi: 'Adhuc nescis quid illi possit contingere. Quid, si efferet illos, quia non timet deum, et ad hoc illi plures nati sunt, ut maiorem dolorem de illorum morte patiatur'? Sed, si talia dixeris, respondebit tibi et ille: 'Ego novi hominem impium, paganum, sacrilegum, adoratorem idolorum – et forte novit et verum dicit, nec unum novit, nec duos vel tres –, quem deduxerunt ad fossam senem, decrepitum, mortuum in lecto suo, turbae filiorum et

33 1 Cor. 2, 14

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

37 iaculabitur ζ *ma* | corde $W_1\,W_2\,Br_1$ 38 percussi $\varepsilon\,P_{23}\,T\,Y$ 39 coeperimus illis *tr. C ma* 40 deum $\alpha\,\delta_1\,H_2$ | ut[2]] et $\delta_1\,B$ 42 et] ut $\gamma\,P_{14}\,P_{15}\,T$ 43 dicunt] tamen *praem.* $W_1\,W_2\,Gt\,\eta\,\varepsilon\,P_{23}\,Y$ 44 timet ... qui] qui non timet deum $\varepsilon\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y\,P_{14}\,P_{15}$ *ma* (*probat Primmer*) | dominum δ | dicet $B\,Br_1$ 46 plures illi *tr.* $\gamma\,\zeta\,P_{23}$ 47 respondet $\alpha\,Br_1$ 48 et *om.* $\gamma_1\,\zeta$ *ma* 50 nec] vel δ_1 | vel] aut δ_1

nepotum; ecce non timuit dominum, et proles fecundissima domus eius clausit oculos eius'. Quid ad hoc dicturi sumus? Nihil illi potest evenire mali, ut efferat filios suos vivus, quando iam mortuus a filiis ad sepulcrum gloriosum deductus est.

mi 1679 (3.) Excutiamus ergo, excutiamus, si volumus esse filii excussorum, exeat huc aliquid. Est enim quidam homo qui sic benedicitur, et nemo timet dominum, nisi qui est in membris ipsius hominis, et multi homines sunt, et unus homo est: multi enim Christiani, et unus Christus. Ipsi Christiani cum capite suo, quod ascendit in caelum, unus est Christus. Non ille unus et nos multi, sed et nos multi in illo uno unum. Unus ergo homo Christus, caput et corpus. Quod est corpus eius? Ecclesia eius, dicente apostolo: *Quoniam membra sumus corporis eius*, et: *Vos autem estis corpus Christi et membra*. Intellegamus ergo vocem huius hominis, in cuius corpore unus sumus homo, et ibi videbimus ista vera bona Ierusalem. Sic enim dixit in fine: ET VIDEAS BONA
cc 1870 QUAE SUNT IERUSALEM. Si autem ista bona terreno oculo attenderis, abundantiam filiorum et nepotum, et fertilitatem fecunditatemque coniugis, non sunt bona illius Ierusalem, quia bona ista in terra morientium sunt, illa terra viventium est. Noli valde pro magno habere, si habes filios morituros, etsi non ante te, certe post te. Vis habere filios numquam morituros, et tecum semper victuros? Esto in illius corpore, de quo dictum est: *Vos autem estis corpus Christi et membra.*

3,9 Eph. 5, 30 | 1 Cor. 12, 27

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 3,11 et *inc. B*

---

52 prolis δ_1 *Br*$_1$ 54 venire *B* | vivos H_1 W_1 W_2 ε *Br*$_1$ 55 gloriosus *B*
3,3 benedicetur ε 4 illius W_1 W_2 10 hominis huius *tr.* W_1 W_2 11 homo sumus *tr.* π η *Br*$_1$ *Y* 12 dicit ε *P*$_{23}$ | finem W_1 W_2 | et] ut H_1 γ_1 13 Ierusalem] in *praem.* ε *Br*$_1$ 14 abundantia W_1 W_2

(4.) Nam ut hoc ostenderet et ipse psalmus, quia sic est obscurus ut admoneat pulsari, sic operuit ut velit excuti, a pluribus coepit: BEATI OMNES QUI TIMENT DOMINUM, QUI AMBULANT IN VIIS EIUS. Multis loquitur, sed quia ipsi multi unum sunt in Christo, sequitur et singulariter iam dicit: LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS. Superius dixerat: BEATI OMNES QUI TIMENT DOMINUM, QUI AMBULANT IN VIIS EIUS, modo quare LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS, et non 'manducabitis'? Et quare LABORES FRUCTUUM TUORUM, et non 'labores fructuum vestrorum'? Tam in proximo oblitus est quia pluribus loquebatur? Sed si iam excussisti, quid tibi respondit? 'Cum plures Christianos appello, in uno Christo unum intellego. Plures ergo estis, et unus estis'. Plures sumus, et unus sumus. Quomodo plures sumus, et unus sumus? Quia illi inhaeremus cuius membra sumus, et quorum caput in caelo est, ut membra sequantur.

(5.) Ipse ergo describat iam, quia manifestatum est quem describit: sic patebunt omnia quae sequuntur. Tantum vos timete dominum, et ambulate in viis eius, et nolite zelare eos qui non ambulant in viis eius, quando illos videritis esse felices infeliciter. Saeculi enim homines infeliciter felices sunt, martyres autem feliciter infelices erant. Erant enim ad tempus infelices, sed in aeternum felices; et in eo ipso quod erant ad tempus infelices, putabantur magis infelices quam erant. Quid enim dicit aposto-

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ $Br_1\ P_{23}$ *et al.* **4,3** beati *inc. K* **8** tuorum *des. K* **9** et *inc. K* **13** estis[2] *des. K* **14** quia *inc. K* **15** est *des. K* **5,1** ipse *inc. K* **4** eius *des. K*

4,2 opertus *ma*; coopertus P_6 *lo*; coopertus est *T* **5** dicens α **13** unus[1]] unum δ_1 | unus[2]] unum δ_1 **15** ut] et γ_1
5,1 quia] quomodo *add.* ζ | manifestum η *ma* **2** describat $\delta_1\ H_2$; descripsit $W_1\ W_2$ **6** infelices[1]] felices $H_1\ Br_1$ **7** et] sed $W_1\ W_2$

lus? *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Quare *semper*? Et hic et ibi. Prorsus et hic et ibi. Hic enim unde gaudemus? De spe. Ibi unde gaudebimus? De re. Magnum gaudium habet spes gaudentis. Et si spe *gaudentes*, videte quid sequitur: *in tribulatione patientes.* Martyres ergo in tribulatione patientes erant, quia spe gaudebant. Sed quia nondum erat illud quod promittitur, quod dicit apostolus – quid dicit apostolus? *Spes autem quae videtur, non est spes; si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus*, ecce quare martyres omnia pertulerunt, quia quod non videbant, per patientiam exspectabant. Illi qui eos occidebant, quae videbant amabant. Illi qui occidebantur, ad ea quae non videbant suspirabant, et ea quae non videbant, apprehendere festinabant, et quod tardius occidebantur, moras sibi fieri arbitrabantur.

(6.) Ergo, fratres, Felix martyr, et vere felix et nomine et corona, cuius hodie dies est, contempsit mundum. An forte quia timebat dominum, inde erat felix, inde erat beatus, quia uxor eius tamquam vinea fertilis erat in terra, et filii eius circumdederant mensam eius? Omnia ista perfecte habet, sed in corpore illius qui hic describitur; et quia sic illa intellexit, contempsit praesentia, ut acciperet futura. Noveritis autem, fratres, non eum passum mortem, quam alii martyres passi sunt. Confessus est enim, dilatus est ad tormenta, alio die inventum est corpus eius exanime. Clauserant enim illi carcerem corpori, non spiritui. Quem

5,9 2 Cor. 6, 10 **12** Rom. 12, 12 **15** Rom. 8, 24–25

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

12 vide α *W*$_1$ *W*$_2$ **14** quod^2 ... apostolus^2 *W*$_1$ (*om.* apostolus^2) *W*$_2$ *Gt O*$_4$ ε *P*$_{14}$ *P*$_{15}$; quid dicit apostolus $\alpha\ \delta_1\ \eta$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *P*$_6$ *ma*; quod dicit apostolus *H*$_2$ γ_1 *Y T* **15** autem] enim *ma* **17** omnia martyres *tr. lo ma*

6,1 nomen δ_1 **3** erat^2 *om.* δ_1 *Br*$_1$ **5** perfecta γ **6** ille γ_1 *ma* | praesentem γ_1 **8** est *om.* π *Br*$_1$ **9** alia α | eius *om.* π *C Br*$_1$ **10** corpori] sed *praem.* γ *P*$_{23}$ *Y ma*

illic parabant torquere carnifices, absentem invenerunt, perdiderunt saevitiam suam. Iacebat exanimis, sine sensu illis ne torqueretur, cum sensu apud deum ut coronaretur. Unde et iste felix, fratres, non tantum nomine, sed et praemio vitae aeternae, si ista dilexit.

(7.) Ergo sic audiamus istum psalmum, tamquam de Christo dicatur, et omnes haerentes corpori Christi et effecti membra Christi, ambulemus vias domini, et timeamus dominum timore casto, timore permanente in saeculum saeculi. Est enim alius timor quem caritas excludit, dicente Iohanne: *Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem.* Non de omni timore dicit quia mittitur foras a caritate; habes enim psalmum dicentem: *Timor domini castus, permanens in saeculum saeculi.* Alius ergo timor permanet, alius excluditur. Timor qui excluditur castus non est; qui autem permanet castus est. Quis est timor qui excluditur? Dignamini advertere. Aliqui propterea tantum timent, ne aliquid mali in terra patiantur, ne illis aegritudo accidat, ne damnum, ne orbitas, ne alicuius amissio cari, ne exilium, ne damnatio, ne carcer, ne aliqua tribulatio, propterea timent et tremunt: adhuc iste timor non est castus. Adhuc audi. Alius non in hac terra pati timet, sed gehennas timet, unde terruit et dominus. Audistis cum evangelium legeretur: *Ubi vermis*

7,5 1 Ioh. 4, 18 8 Ps.18, 10 17 Marc. 9, 48

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S K) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **6,11** parabant *des. B* **7,1** ergo *inc. K* **3** dominum *des. K*

11 illi $W_1\ W_2\ \eta\ \varepsilon\ P_{23}\ P_{14}\ P_{15}$ | carnificem *B* | absente $W_1\ W_2$ **12** illi *B* **14** et *om.* α

7,2 et[1]] ecce $\eta\ \varepsilon$ | corporis ε **4** permanenti γ_1 **5** Iohanne] deus caritas est *add.* α **6** foris π **7** dicit] sed de illo *add.* ζ | qui $\eta\ \varepsilon\ \zeta$ **9** timor[2] *om. B* **10** autem *om. B* **13** accedat $An_4\ \gamma_1$ | ne[3] *om.* $\pi\ Br_1$ **14** damnationes carcer *B*; damnatione carceris $W_1\ W_2\ P_3$; damnatione carceri *C* $P_2{}^2$ (*om. Rm*); damnatio carceris $\eta\ \varepsilon$ **16** gehennam δ **17** et *om. B* | vermes $H_2\ \delta_1\ \gamma$

eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Audiunt haec
cc 1872 homines, et quia vere futura sunt impiis, timent, et continent se a
20 peccato. Habent timorem, et per timorem continent se a peccato. Timent quidem, sed non amant iustitiam. Cum autem per timorem se continent a peccato, fit consuetudo iustitiae, et incipit
mi 1681 quod durum erat amari, et dulcescit deus; et iam incipit homo propterea iuste vivere, non quia timet poenas, sed quia amat
25 aeternitatem. Exclusus est ergo timor a caritate, sed successit timor castus.

(8.) Quis est iste timor castus, secundum quem debemus, fratres mei, intellegere quod dictum est: BEATI OMNES QUI TIMENT DOMINUM, QUI AMBULANT IN VIIS EIUS? Si potuero digne dicere de isto timore casto, adiuvante domino deo nostro,
5 multi fortasse hoc timore casto inflammabuntur in amorem castum. Nec possumus explicare fortassis, nisi proposita aliqua similitudine. Pone aliquam feminam castam, timet virum; aliam pone adulteram, et ipsa timet virum. Casta timet ne discedat vir, adultera ne veniat. Quid si ambo absentes sunt? Illa ne veniat, illa
10 ne tardet. Absens est quodammodo cui desponsati sumus, absens est qui nobis arrham dedit spiritum sanctum, absens est qui nos redemit sanguine suo, sponsus ille quo nihil est pulchrius, qui quasi foedus apparuit inter manus persequentium, de quo paulo

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* **8,11** nos *inc. Coll. Veron.*

---

18 morientur γ | eorum[2] *om. B* **20** timorem[1]] timore *B* | timorem[2]] timore *B* **22** continent se *tr.* α (*exc. Vr*) *H*$_1$ *ma*

8,1 castus timor *tr. W*$_1$ *W*$_2$ **4** deo nostro] nostro Iesu Christo ε *T* **5** hoc fortasse *tr. W*$_1$ *W*$_2$ *B* η | timore] et *praem. B* | amore casto *W*$_1$ *W*$_2$ **6** possum π *Gt Y ma* **7** timentem $\alpha\ \gamma_1$ *P*$_6$ *ma* | virum] suum *add. C P*$_6$ **8** virum] suum *add. C P*$_6$ | discedat vir] discedatur δ_1 *An*$_4$ γ_1; discedat (*om.* vir) *N* **9** qui *B* | illa[1]] timet *add. P*$_6$ *X ma* **10** absens[1]] absentes δ_1 | modo *B* **11** redemit nos *tr. Coll. Veronen.* **12** quo] qui δ_1

ante dicebat Isaias: *Et vidimus eum, et non habuit speciem neque decorem.* Ergo sponsus noster foedus est? Absit! Quomodo illum virgines amarent, quae in terra maritos non quaesierunt? Ergo persequentibus foedus apparuit, et nisi eum foedum putarent, non insilirent, non flagellis caederent, non spinis coronarent, non sputis inhonestarent, sed quia foedus illis apparebat, fecerunt illi ista. Non enim habebant oculos unde Christus pulcher videretur. Qualibus oculis Christus pulcher apparuit? Quales oculos quaerebat ipse Christus, quando dicebat Philippo: *Tanto tempore vobiscum sum, et non me vidistis?* Isti oculi mundandi sunt, ut possint videre illam lucem, et leviter tamen perstricti splendore, accenduntur amore, ut sanari velint, et fiunt illuminati. Nam ut noveritis quia pulcher Christus est, qui amatur, audi prophetam: *Speciosus forma prae filiis hominum.* Omnes homines superat illius pulchritudo. Quare amamus? Quando audimus quia *passus est pro nobis*, quid amamus? Membra crucifixa, latus perforatum, an caritatem? Caritatem caritas amat! Amavit nos, ut redamaremus eum; et ut eum redamare possimus, visitavit nos spiritu suo. Pulcher est ille, et absens est. Interroget se sponsa, si casta est. In

8,14 Is. 53, 2 **22** Ioh. 14, 9 **27** Ps. 44, 3 **28** 1 Petr. 2, 21

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *Coll. Veron. et al.* **23** isti *inc. B* **24** lucem *des. Coll. Veron.* **27** speciosus *inc. Coll. Veron.* **31** eum[1] *des. Coll. Veron.*

14 et[2] *om. B* | habebat *C* ζ *ma* **15** quomodo] enim *add.* ζ *ma* **16** amarent virgines *tr.* α **17** foedum eum *tr.* π (fedum meum $\delta_1\,W_{11}$) $\eta\,Br_1\,Y$ *Coll. Veron.* **20** habebant] isti *add.* $W_1\,W_2\,\varepsilon$ **23** isti oculi *scil. cordis oculi quos intus in se digito indicante significavit orator* **25** fiant $\zeta\,X$ *ma* **26** est Christus *tr.* $\delta_1\,H_2$ | audi prophetam] ait propheta *ma* **28** quam rem amamus in Christo ζ *ma* | audivimus $\varepsilon\,C$ **29** membra ... caritatem *tr. ante* quando (*28*) $P_3\,T$ *ma* | foratum *Coll. Veron.* | an] hanc $\delta_1\,H_2$ *Collect. Veron.* **30** caritatem $P_7{}^2\,Av_1\,D$; *om. cett., Collect. Veron., ma* | amatur ζ *ma* **31** eum[2] *om. C ma* | possemus $\alpha\,\delta_2$ *ma*; possumus $\delta_1\,H_2$ | spiritu] in *praem.* ε

cc 1873 membris sumus omnes, fratres mei; in membris ipsius sumus, ideo unus homo sumus.

Videat unusquisque qualem timorem habeat, an eum quem excludit caritas, an castum permanentem in saeculum saeculi. Modo probabit. Dico, et probabit. Absens est sponsus noster, interroga conscientiam tuam: vis ut veniat, an adhuc vis ut tardet? Videte, fratres: ego pulsavi ad ostia pectorum vestrorum, vocem inhabitantium ille audivit. Quid singulorum quorumque modo conscientiae dixerint, ad aures meas, quia homo sum, mi 1682 pervenire non potuit. Ille qui absens est praesentia corporis, praesens est vigore maiestatis, audivit vos. Quam multi, si dicatur illis: 'Ecce iam Christus, cras dies iudicii', non dicunt: 'Utinam veniat'? Qui enim dicunt, multum amant. Et si dicatur illis: 'Tardabit', timent ne tardet, quia timor castus est. Quomodo autem nunc timetur ne tardet, sic cum venerit, timebitur ne discedat. Erit autem castus iste timor, quia tranquillus et securus. Non enim deseremur ab eo, cum invenerit nos – homo aliquis credens in eum quando quaesivit nos antequam quaereremus eum? Castus ergo timor, fratres mei, hoc habet, venit de amore. Ille autem timor nondum castus praesentiam et poenas timet. Timore facit quidquid boni facit, non timore amittendi illud bonum, sed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est et iste timor, utilis est – non quidem permanebit in

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

37 probabit[1]] probavit $\eta\,\varepsilon\,\gamma$ *ma*; proba vide quod $F^2\,P_{23}$ | probabit[2]] probavit $W_1\,\gamma_1$; probabis $F^2\,P_{23}$ 41 sum pervenire] semper venire δ 43 praesens] sed *praem.* ζ *ma* 47 nunc $\alpha\,P_6\,Br_1\,P_{23}\,Y\,P_{14}\,P_{15}$ *ma*; *om.* $W_1\,W_2\,T$; non $\delta_1\,Gt\,H_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1$ | si γ_1 48 tranquillus] est *add.* $W_1\,W_2$ 49 deserimur δ (disserimur H_1) $\eta\,\varepsilon\,Y$ | homo ... eum *om.* $\alpha\,P_{23}$ *ma* 50 in *om.* δ_1 | quaereremus] nossemus $\delta\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,Y$ 52 praesentia $\pi\,N\,C$ 53 bonum illud *tr. lo ma* 54 perdet $N\,\gamma_1$ 56 et *om.* $\delta_1\,\zeta$

saeculum saeculi –, sed nondum est ille castus *permanens in saeculum saeculi.*

(9.) In quo est castus? Iam iterum interrogo aliquid quod vosmetipsos interrogetis. Si deus veniens voce propria loqueretur nobis – quamquam non taceat loqui per litteras suas –, et diceret homini: 'Peccare vis? Pecca. Fac quidquid te delectat. Quidquid amaveris in terra, tuum fiat. Cui fueris iratus, intereat. Quem rapere volueris, rapiatur. Quem caedere, caedatur. Quem damnare, damnetur. Quod possidere, possideas. Nemo tibi resistat. Nemo tibi dicat: Quid facis? Nemo: Noli facere. Nemo: Quare fecisti? Abundent tibi ista omnia terrena quae concupisti, et vive in illis, non usque ad tempus, sed semper: faciem tantum meam numquam videbis' – fratres mei, unde ingemuistis, nisi quia iam natus est timor castus, *permanens in saeculum saeculi?* Quare percussum est cor vestrum? –, si diceret deus: 'Faciem meam numquam videbis. Ecce omni ista terrena felicitate, omnibus rebus abundabis, circumfluent te bona temporalia, non illa amittis, non illa deseris. Quid vis amplius?' Fleret quidem, gemeret timor castus et diceret: 'Immo tollantur omnia, et faciem tuam videam'. Timor castus exclamaret de psalmo, et diceret: *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Timor castus exclamaret de psalmo: *Unam petii a domino.* Vide quomodo ardeat timor iste castus, amor verus, amor sincerus.

cc 1874

9,18 Ps. 79, 8

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

57 ille ... permanens] intellectus permanet δ_1
9,1 aliquid interrogo *tr.* $\pi\ \eta$ **7** damnatur γ_1 | quod] quem *Gt* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta P_{23}$ *ma* **8** facere] quod velis *add.* $\varepsilon\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ **9** abundant δ_1 | omnia ista *tr.* δ_1 *ma* **10** tantum] tamen α **14** omnia $H_1\ \gamma$ | omnibus rebus *om.* α **15** circumfluente $\delta_1\ \gamma_1$ **16** flere $W_1\ W_2$ | gemeret] et *praem.* $W_1\ W_2\ \eta$ *ma* **20** psalmo] et diceret *add.* $F_2\ \gamma\ \zeta\ Y\ P_{23}$ *ma* **21** amor[1]] timor $\varepsilon\ Y\ P_{14}\ P_{15}$

Unam petii a domino, hanc requiram. Quid? *Ut inhabitem in domo domini per omnes dies vitae meae.* Quid si propter terrenam felicitatem? Audi quid sequitur: *Ut contempler delectationem domini, et protegi templum eius*, id est esse templum eius, et protegi ab eo, hanc *unam petii a domino*. Hanc unam si petieritis, ad
mi 1683 hanc unam si cor vestrum exercueritis, et hoc solum amittere timueritis, nec invidebitis felicitatibus terrenis, et illam felicitatem veram sperabitis, et eritis in eius corpore cui cantat: BEATI OMNES QUI TIMENT DOMINUM, QUI AMBULANT IN VIIS EIUS.

(10.) LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS. O vos, o tu, vos multi qui unus estis, LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS. Quasi perverse videtur dicere non intellegentibus; debuit enim dicere: 'Fructum laborum tuorum manducabis'. Multi manducant fructum laborum suorum. Laborant in vinea: ipsum laborem non manducant, sed quod de labore ipsorum nascitur, manducant. Laborant circa arbores pomiferas: quis manducet labores? Sed quod illae arbores attulerint, fructus laboris, et ipse iucundat agricolam. Quid sibi vult LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS? Modo labores habemus, fructus postea erit. Sed quia et ipsi labores non sunt sine gaudio, propter spem, de qua paulo ante diximus: *Spe gaudentes, in tribulatione*

---

22 Ps. 26, 4 10,12 Rom. 12, 12

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S *K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 10,2 labores *inc. K* 9 laboris *des. K* | quid *inc. K* 12 spem *des. K*

---

23 per *om.* P_{23} *ma* 24 sequatur $\delta\,\eta\,Br_1$ 25 protegi[1] *cf. en. 143, 10, 24; virg. 38, 39*; protegar $\eta\,\varepsilon\,Y\,ma$ | templum[1]] a templo $\varepsilon\,Br_1\,Y$; a templo sancto ζ; templo δ_1 27 cor vestrum si $\delta_1\,W_1\,W_2\,\eta$ | erexeritis $\varepsilon\,\zeta$ 29 cantant $\varepsilon\,Y$; cantatis $H_1\,P_{23}$; cantatur $\alpha\,T\,ma$; cantar *Vr*
10,1 manducabis *om.* δ_1 4 fructuum $\delta_1\,C$ 5 multi] enim *add.* $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,ma$ vineam δ_1 9 et *om.* $W_1\,W_2\,\eta\,ma$

patientes, modo nos ipsi labores nostri iucundant, et laetos nos faciunt de spe.

Si ergo labor noster potuit manducari et potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit manducans? Si manducant labores suos qui *euntes ibant et flebant, mittentes semina sua*, quanto iucundius manducabunt fructus laborum, qui *venientes venient cum exsultatione, portantes manipulos suos*? Et ut noveritis, fratres, quia manducatur labor iste, in superiore psalmo audistis dictum superbis, qui ante lucem volebant surgere, id est ante Christum, non per humilitatem, qua surrexit Christus, dictum est illis: *Surgite posteaquam sedistis*, id est humiliamini et inde surgite, quia et ille humiliari venit, qui exaltatus est propter vos. Et quid dictum est: *Qui manducatis panem doloris*? Iste est labor fructuum, panis doloris. Nisi enim manducaretur, non diceretur panis; nisi autem haberet aliquam suavitatem panis iste, nemo illum manducaret. Cum tanta suavitate plorat in gemitu qui orat: dulciores sunt lacrimae orantium quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderii, quia manducatur ipse panis. cc 1875

De quibus dicit: *Qui manducatis panem doloris*? Alio loco dicit amans iste, cuius vocem in psalmo plerumque agnoscimus: *Factae sunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte.* Unde factae sunt lacrimae panis? *Dum dicitur mihi quotidie: Ubi est deus tuus?*

17 Ps. 125, 6 23 Ps. 126, 2 33 Ps. 41, 4

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 13 modo *inc. K* 16 laboris *des. K*

15 iucundari $\varepsilon\,Y\,P_{23}$ 16 manducatus $W_1\,W_2\,Gt\,P_{23}$ *ma*; est *add. cett.* manducans *om.* $W_1\,W_2\,Gt\,P_{23}$ *ma* | si *om. lo ma* | si manducant $W_1\,W_2\,Gt\,P_{23}$; *om. cett.* | labores suos si manducant *tr.* $\zeta\,P_{14}\,P_{15}$ 19 ut et *tr.* γ 24 et *om.* $W_1\,W_2$ | qui] quia ε 27 autem] enim $\gamma\,\zeta\,P_{23}\,P_{14}$ 28 eum $W_1\,W_2\,Gt$ quanta $W_1\,W_2\,P_7$ *ma* 30 qua $H_2\,\zeta\,P_{23}$ *ma* 31 quibus] quo hic P_{23} *ma* 34 panes $\delta_1\,Br_1$

Antequam enim videamus eum qui nos dilexit, qui nobis pignus dedit, cui desponsati sumus, insultant nobis pagani, et dicunt: 'Ubi est quod colunt Christiani? Ostendant nobis quem colunt. Ecce ego ostendo illi deum meum, et ipse ostendat mihi deum suum'. Cum tibi hoc dicit paganus, non invenis quod ostendas, quia non est cui ostendas. Redis ergo, et plangis ad deum, quia illi suspiras, antequam videas, et desiderio ipsius gemis, et quia in ipsius desiderio ploras, dulces sunt et ipsae lacrimae, et pro cibo
mi 1684 tibi erunt, quia factus est tibi et ipse *panis die ac nocte*, cum dicitur tibi quotidie: *Ubi est deus tuus?* Sed veniet deus tuus, de quo dicitur: *Ubi est?*, et absterget lacrimas, et ipse pro pane lacrimarum succedet, et te in aeternum saginabit, quia erit nobiscum verbum dei, quo pascuntur angeli. Interim modo LABORES FRUCTUUM, postea fructus laboris. LABORES FRUCTUUM TUORUM MANDUCABIS; BEATUS ES ET BENE TIBI ERIT. BEATUS ES de praesenti est, BENE TIBI ERIT de futuro est. Cum manducas labores fructuum tuorum, BEATUS ES; cum perveneris ad fructum laborum tuorum, BENE TIBI ERIT. Quid dixit? Nam si bene tibi erit, utique beatus eris, et si beatus eris, utique bene tibi erit. Sed interest inter spem et rem. Si spes tam dulcis, quanto res dulcior erit! (**11.**) Iam veniamus ad illam.

---

40 non ... ostendas] *cf.* en. 49, 6, 36*sqq.* 45 absterget lacrimas] *cf.* Apoc. 21, 4

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 36 dedit *des. B* 47 interim *inc. K* 52 erit[2] *des. K*

---

38 ostendo] ostendam $\eta\ \varepsilon$ *P*$_{23}$ *P*$_6$ | illis α_2 *lo ma* | ipsi ostendant α_2 *lo ma* 39 dicit hoc *tr.* π (*exc.* δ_1) | quod] illi *add.* *W*$_1$ *W*$_2$ *Gt* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ *P*$_{23}$ *ma* 40 cui] quod *B* | plangis *B* | dominum *B* 42 et[1] *om.* δ_1 43 factae sunt *P*$_{23}$ *D ma* | tibi[2] *om.* γ_1 | et ... ipse *om.* $\pi\ \eta$ | ipsae *P*$_{23}$ *D ma* | dum *C P*$_3$ *P*$_6$ *P*$_7$ *ma* 46 succedit $\pi\ \eta$ | quia] cum *B* 48 fructus] erit *praem. B* 53 bene utique *tr. lo ma*

11,1 illa α (*exc.* α_2) *P*$_{23}$; *om.* γ_1 *P*$_6$; illud *An*$_4$[2] *ma*

UXOR TUA: Christo dicitur. Ergo uxor eius, ecclesia eius; ecclesia eius, uxor eius, nos ipsi. SICUT VINEA FERTILIS. Sed in quibus vinea fertilis? Videmus enim parietes istos intrantes multos steriles; videmus quia istos parietes intrant multi ebriosi, feneratores, mangones, quaerentes sortilegos, euntes ad praecantatores et praecantatrices, quando illis caput dolet. Ista est fertilitas vineae? Ista est ubertas uxoris? Non ipsa est. Istae spinae sunt, sed non ubique spinosa. Habet quandam fertilitatem, et est vinea fertilis; sed in quibus? IN LATERIBUS DOMUS TUAE. Non omnes dicuntur latera domus. Quaero enim quae sint latera. Quid dicam? Parietes sunt quasi lapidei? Forte si de hoc habitaculo corporali diceret, forte hoc intellegeremus latera. Latera dicimus domus eos qui inhaerent Christo. Non enim sine causa et in cc 1876
sermone quotidiano dicimus de aliquo, qui forte male agit ex malorum consiliis amicorum, de illo dicimus: 'Mala latera habet'. Quid est 'mala latera habet'? Mali illi haerent. Ergo et de alio: 'Bona latera habet', bonis consiliis vivit. Quid est hoc? Bonis consiliis regitur. Ergo latera domus sunt illi qui inhaerent Christo. Nec sine causa et ipsa coniux de latere facta est. Viro dormiente Eva facta est, moriente Christo ecclesia: et illa de latere viri,

11,20 Gen. 2, 21*sq.* | viro ... 23 profluxerunt] *cf.* en. 126, 7, 7–14

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **11,2** uxor[1] *inc. K* **4** fertilis *des. K* **5** videmus *inc.* f_5 **8** sunt *des.* f_5 **10** in[2] *inc. K* **15** dicimus *des. K* **16** mala *inc. K* **17** habet *des. K* **19** ergo *inc. K*

3 ecclesia eius *om.* $\pi\ \eta$ | vinea] eius *add.* δ (*exc.* $W_1\ W_2$) ε **6** praecantores *ma* **9** spinosam $\alpha\ \delta_1\ \gamma P_6$ **11** sunt $H_1\ W_1\ W_2\ B\ T$ | latera[2]] domus *add.* $B\ \varepsilon\ P_{23}\ Y$ **12** lapidei forte] lapides fortes $\alpha\ O_4\ \zeta\ \gamma_1\ P_{14}\ P_{15}$ *ma*; lapidis forte $H_1\ \varepsilon$ **13** diceret corporali *tr. B* **14** domus *om.* δ_1 **15** mala $W_1\ W_2\ A\ B\ Br_1$ | agi $W_1\ W_2$ **17** mali] male *B* | inhaerent $\varepsilon\ \zeta P_{23}\ Y$ *ma* **19** haerent *K* **20** dormienti $\pi\ N\ \gamma_1\ Y$ **21** Christo morienti $W_1\ W_2$; morienti π (*exc. K*) *Y* | ecclesia] facta est *add.* $H_1\ \gamma\ \zeta P_{23}\ Y$ *ma*

cum costa detracta est; et ista de latere viri, quando latus lancea percussum est, et sacramenta profluxerunt. Ergo UXOR TUA UT VINEA FERTILIS. Sed in quibus? IN LATERIBUS DOMUS TUAE. In aliis qui non adhaerent Christo, sterilis. Sed nec illos in vinea computabo.

(12.) FILII TUI. Quae est uxor? et qui sunt filii? In istis carnalibus nuptiis et coniugiis, alia uxor et alii filii: in ecclesia quae uxor, ipsi filii. Ad ecclesiam enim pertinebant apostoli, et in membris ecclesiae erant. Ergo in coniuge ipsius erant, et coniux erant secundum portionem suam quam in membris obtinebant. Qua re ergo de illis dicitur: *Cum recesserit ab eis sponsus, tunc ieiunabunt filii sponsi.* Ergo ipsa coniux, et ipsa filii. Mirum dico, mi 1685 fratres mei. In verbis domini invenimus ecclesiam et fratres ipsius esse et sorores ipsius esse et matrem ipsius esse. Nam cum ei nuntiaretur mater eius et fratres eius stantes, quia foris stabant, typum gerebant. Quis typus matris? Synagoga. Quis typus fratrum carnalium? Iudaei foris stantes. Et foris stat synagoga. Nam Maria in lateribus domus eius, et cognati eius ex virginis Mariae consanguinitate venientes, qui in eum crediderunt, in lateribus domus eius, non in quantum carnali consanguinitate iuncti erant,

---

22 ista ... est] *cf.* Ioh. 19, 34 **12,6** Matth. 9, 15 **9** *cf.* Matth. 12, 46; Marc. 3, 31

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **25** sterilis *des. K* **12,1** filii[1] *inc. K* **3** filii *des. K* **6** cum *inc. K* **9** ipsius[2] *inc. B* esse[3] *des. K*

---

22 cum ... viri *om.* γ_1 **23** sicut *K* **25** aliis] id est in his qui adhaerent Christo *add.* ζ

12,1 et ... sunt] ipsi sunt et P_{23} *ma* **2** coniugibus $\gamma\ P_{23}\ Y$ **4** erant ecclesiae *tr.* $\gamma\ \zeta\ P_{23}\ P_{14}$ **5** erat δ_1 **7** ipsa[1]] et *praem.* $W_1\ W_2$ | ipsa[2]] ipsi *A* P_6 *ma* **8** *post* invenimus *rep.* quae ... enim (*l. 3*) $Gt^2\ \varepsilon\ Y$ **9** nuntiaretur ei *tr. C*; nuntiarentur ei *lo ma* **10** eius[2] *om.* H_1 *ma* | stantes] foris *praem.* $\eta\ \varepsilon\ P_{23}\ Y\ X$ *ma* **11** quis[1]] et *praem.* $\delta\ \eta\ \varepsilon\ Br_1$ **12** stant δ; stabunt H_2; stabant $P_7\ X$ **15** in quantum] inquit $\alpha\ Gt\ H_2\ \gamma_1$ | consanguinitati $\delta_1\ H_2$

sed in quantum verbum dei audiebant et faciebant. Hoc enim respondit dominus et ait: *Quae mihi mater, aut qui fratres?* Unde tentaverunt quidam quia Christus matrem non habuit, quia dixit: *Quae mihi mater?* Quare? Ergo et Petrus et Iohannes et Iacobus, et alii apostoli patres non habuerunt in terra? Et tamen quid eis dicit? *Nolite vobis dicere patrem super terram; unus est enim pater vester qui in caelis est.* Quod ergo in patre docebat discipulos, hoc in matre ipse demonstravit. Vult enim dominus ut consanguinitatibus terrenis praeponamus deum. Defer patri, quia pater est; defer deo, quia deus est. Generavit te pater accommodando carnem suam; creavit te deus adhibendo potentiam suam. Ne irascatur pater, cum deus illi praeponitur, immo gaudeat sibi tantum deferri, ut ille inventus esset qui ei deberet praeponi. Ergo quid dicam? Dominus quid ait? *Quae mihi mater, aut qui* cc 1877
fratres? Et extendit manus super discipulos suos: Ecce mater mea et fratres mei. Fratres erant; mater quomodo erant? Addidit: *Et qui fecerit voluntatem patris mei, ipse mihi frater et soror et mater est.* Puta *frater* propter sexum virilem, quem habet ecclesia, quos hic in membris habet Christus; *mater* quomodo, nisi quia ipse Christus est in Christianis, quos Christianos quotidie parit ecclesia? Ergo in quibus intellegis coniugem, in illis matrem, in illis filios.

17 Matth. 12, 48 21 Matth. 23, 9 29 Matth. 12, 48–50

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 31 et *inc. K* 32 est *des. K*

17 aut] et α *C* 18 quidam] dicere *add.* $W_1\,W_2\,\eta\,\varepsilon\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y\,P_{14}\,P_{15}$ *ma* 19 et[2] *om. ma* 21 patrem] patres π 22 caelo $\delta_1\,H_2\,Gt$ | ergo] enim δ_1 in patre *om.* δ_1; in patres $W_1\,W_2\,\eta$ 24 dominum $\delta_1\,C$ 27 tantum sibi *tr.* δ_1 30 et[1] *om.* ε | extendens α | manum δ (*exc.* H_2) | super] in γ_1 *ma* | suos] et ait *add.* $\gamma\,P_{23}\,Y$ *ma* 33 frater] fratrem $W_1\,W_2$ | quos] *soror propter feminas quas P_{23} *ma* (*probat Primmer*); et quos $W_1\,W_2$ 35 Christianos] per baptismum *add.* $\pi\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,Y$ *ma* 36 matrem in illis coniugem *tr.* α_2

(13.) Dicatur ergo quales debent esse filii. Quales? Pacifici. Quare pacifici? Quia *beati pacifici, quia ipsi filii dei vocabuntur.* Quia ergo in oliva fructus est pacis - oleum enim pacem significat, quia caritatem significat: sine caritate nulla pax est, et manifestum est quia qui diviserunt pacem, non habent caritatem; unde iam exposui caritati vestrae quare columba folia cum fructu portavit ad arcam, ut significaret quia et illi qui foris baptizati sunt, sicut ligna illa extra arcam baptizata sunt, non sola folia habuerint, id est verba sola, sed habuerint et fructum, quod est caritas: ipsa columba illos reportat ad arcam, et veniunt ad unitatem –, tales ergo filii debent esse IN CIRCUITU MENSAE domini, VELUT NOVELLATIO OLIVARUM. Perfecta res est, magna beatitudo: iam quis ibi nolit esse? Cum videris aliquem blasphemum habere uxorem, filios, nepotes, et te forte non habere, noli zelare; mi 1686 vide quia et in te completum est, sed spiritaliter. An forte non es in membris? Si non ibi es, plange quia nec hic, nec ibi. Si autem ibi, securus esto, quia etsi ibi et non hic, fructuosius ibi quam hic.

(14.) Si ergo habemus, quare habemus? Quia timemus dominum. ECCE SIC BENEDICETUR HOMO QUI TIMET DOMINUM. Ille est homo qui sunt homines, et ipsi homines homo: quia multi unum, quia Christus unus.

(15.) BENEDICAT TE DOMINUS EX SION. Coeperas enim *v. 5* attendere: ECCE SIC BENEDICETUR HOMO QUI TIMET DOMINUM.

13,2 Matth. 5, 9 6 exposui] *cf.* in Ioh. 6 | Gen. 8, 11

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 13,1 dicatur *inc. K* 3 significat *inc. K* 11 tales *inc. K* | domini *des. K*

13,2 quia[2]] quoniam $\pi\,\eta$ *Br*$_1$ 5 habebant *P*$_6$ *ma* 8 arca *W*$_1$ *W*$_2$ | baptizati γ_1 *P*$_6$ *Y* | non] si *praem. P*$_{23}$ *ma* (*probat Primmer*) 9 habuerint[1] ... habuerint] habuerunt ... habuerunt $\gamma\,\zeta$ 13 videritis δ_1 17 et *om.* δ_1

14,4 unus] unum *W*$_1$ *W*$_2$

15,1 coeperis *W*$_1$ *W*$_2$

Iam forte oculi tui ibant per illos qui non timent dominum, et videbant ibi uxores fecundas, filios abundantes circuire mensam patris sui. Nescio qua ibas. BENEDICAT TE DOMINUS, sed EX SION. Noli quaerere illas benedictiones quae non ex Sion. Non benedixit dominus tales, fratres mei? Benedictio ista domini est: aut si non est a domino, quis ducet uxorem, si nolit dominus? cc 1878 quis possit esse sanus, si nolit dominus? aut quis possit esse dives, si nolit dominus? Dat illa; sed non vides quia et pecoribus dedit? Non ergo de Sion est ista benedictio. BENEDICAT TE DOMINUS EX SION, **ET VIDEAS QUAE BONA SUNT IERUSALEM.** Nam illa bona non sunt Ierusalem. Vis videre quia non sunt bona Ierusalem? Et avibus dictum est: *Crescite et multiplicamini.* Pro magno vis habere quod avibus donatum est? Voce quidem dei donatum est, quis nesciat? Sed utere bonis istis, si accipis; et magis cogita quomodo nutrias qui nati sunt, quam ut nascantur. Non enim iam felicitas est habere filios, sed bonos habere. De nutriendis labora, si nati fuerint; si autem non nati, age gratias deo: forte minus sollicitus eris. Et tamen sterilis non remansisti illius matris. Forte per te nascuntur spiritaliter de ista matre, qui sunt in novellis olivarum circumeuntes mensam domini. Consoletur

15,14 Gen. 1, 22

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **15,7** benedixit *des. B* **11** benedicat *inc. K* **15** est[2] *des. K* **22** consoletur *inc. K*

4 abundanter δ_1 **5** quia δ_1 | qua ibas] quas benedictiones quaerebas et non ex Sion P_{23} | ibas] et non ex Sion *add.* $\varepsilon\ Gt^2\ Y\ P_{14}\ P_{15}$, $P_3{}^3\ P_6$ (*ante* nescio) **6** quae *om.* δ; et $Gt\ H_2\ P_7\ Br_1$; sunt *add.* P_6 *ma* **7** tales dominus *tr.* ζ | domini ista *tr.* δ_1 **8** ducit $H_1\ Br_1$ | nollet $\gamma\ P_{23}\ P_6$ **9** quis[1] ... dominus *tr. post* dominus (10) $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ | possit[1]] posset $\varepsilon\ C\ P_{23}\ P_6$ | possit[2]] posset $\varepsilon\ P_{23}\ P_6$ *ma* **10** nollet $\gamma\ \zeta\ P_{23}$ **12** quae *om.* $H_1\ \gamma\ P_{23}\ P_6$ | sunt *om.* $H_1\ \gamma\ P_{23}\ P_6$ **15** donatum[2]] dictum $R_3\ V_2\ K$ **16** qui *B* | et *om.* $\pi\ \eta$ **20** illius matris *om.* $W_1\ W_2$ **21** in novellis] ut novellae $W_1\ W_2\ Gt\ \eta\ ma$ **22** circuentes $W_1\ W_2$

ergo te dominus, ut videas bona Ierusalem. Illa enim bona sunt. Quare sunt? Quia aeterna sunt. Quare sunt? Quia ibi est rex: *Ego sum qui sum.* Ista vero bona sunt, et non sunt. Non enim stant: labuntur, fluunt.

Filii sunt parvuli: blandiris parvulis, blandiuntur parvuli. Numquid stant in eo? Sed optas ut crescant, ut accedat aetas optas. Sed vide quia cum accedit una, altera moritur. Veniente pueritia, moritur infantia; veniente adulescentia, moritur pueritia; veniente iuventute, moritur adulescentia; veniente senectute, moritur iuventus; veniente morte, moritur omnis aetas. Quot optas gradus aetatis, simul optas et mortes aetatum. Non sunt ergo ista. Deinde nati sunt tibi filii in terra tecum victuri, an te potius exclusuri et successuri? Ad eos gaudes qui nati sunt ut excludaris? Nati enim pueri tamquam hoc dicant parentibus suis: 'Eia, cogitate ire hinc, agamus et nos mimum nostrum'. Mimus est enim generis humani tota vita tentationis, quia dictum est: *Universa vanitas omnis homo vivens.* Et tamen si gaudetur ad
mi 1687 filios successuros, quanto gaudendum est ad filios cum quibus permanebimus, et ad illum patrem cui nati sumus non morituros, sed ut nos cum illo semper vivamus? Ipsa sunt bona Ierusalem, quia ipsa sunt. BENEDICAT TE ergo DOMINUS EX SION, ET

---

24 Ex. 3, 14 39 Ps. 38, 6

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S B) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 24 sunt[2] *des. K* 25 ista *inc. K* 26 labuntur *des. K*

---

23 deus δ (*exc.* $W_1 W_2$) ε 24 sunt[1]] bona *praem. K*; bona *add.* α | ego] qui dicit *praem.* ζ 27 parvulis] parvulus $W_1 W_2$ 28 crescat $W_1 W_2 B$ 29 vides $\delta\,\eta\,Br_1$ 32 quot $Vr^1\,\zeta\,ma$; quod *cett.* 33 simul] tot *praem.* $\zeta\,ma$ | mortis $H_1\,\gamma$ | sunt ... ista *om.* γ_1 34 deinde] num *praem. lo ma* 36 dicunt $W_1 W_2$ $\zeta P_{23}\,ma$ 37 cogitate] et vos *add.* γ_1 | mimum] minimum $\gamma\,Br_1 P_6$ | mimus] minus $\gamma\,Br_1 P_6$ 38 est[1] *om.* $W_1 W_2$ 40 quantum C *ma* 42 nos *om.* δ_2 (*exc.* H_2) η | vivamus semper cum illo *tr.* δ_1; semper cum illo *tr.* α; semper *om.* γ_1 43 et] ut $W_1 W_2$

VIDEAS QUAE BONA SUNT IERUSALEM. Nam ista quae attendis bona, caecus vides. VIDEAS, sed illa bona quae corde videntur.

Et quamdiu videbo bona Ierusalem? OMNES DIES VITAE TUAE. Sed si vita tua aeterna fuerit, in aeternum videbis bona Ierusalem. Ista autem, fratres mei, bona sunt, sed non OMNES cc 1879
DIES VITAE TUAE vides. Non enim quando exis de corpore, moreris. Perseverat vita tua: corpus moritur, sed vita spiritus perseverat. Oculi non vident, quia discessit qui per oculos videbat. Ubicumque est qui per oculos videbat, videt aliquid. Non enim mortuus erat dives ille qui in terra induebatur purpura et bysso; si mortuus esset, apud inferos non torqueretur. Optandum illi forte erat ut moreretur, sed malo suo vixit: apud inferos torquebatur. Torquebatur enim, et non videbat bona illa quae in terra dimiserat: haec erat vita ipsius talis, et bona illa non videbat. Ergo tu talia desidera bona quae videas OMNES DIES VITAE TUAE, id est ut cum ipsis bonis vivas in aeternum.

(16.) Quae sunt ergo illa bona, fratres, attendite. Dici possunt bona ista? Aurum est? Argentum est? Fundus amoenus est? Marmorati parietes sunt? Tecta laqueata sunt? Absit! Ista abundantiùs pauperes habent in hac vita. Plus est enim pauperi videre caelum stellatum, quam diviti tectum inauratum. Fratres, ergo quid est illud bonum, quo accendimur, cui suspiramus, quo

53 Luc. 16, 19–23

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **46** et *inc. K* **48** Ierusalem *des. K* **58** ergo *inc. K* **59** aeternum *des. K*

44 bona quae *tr.* αB | sunt bona *tr.* $\delta_1 H_2$ | nam] non γ_1 **46** vides α_2 **48** si autem fratres mei ista $\gamma_1 P_6$ *ma* **50** spiritus] et *praem.* $\varepsilon Rm P_3 \zeta P_{23}$ **53** ille dives *tr.* δ_1 **54** esset] non *praem.* γ_1 **55** malo suo] male $\gamma_1 P_6$ | torquebatur[1] αH_2; *om. cett. ma* **57** haec] ecce *B Gt* $H_2 Br_1 P_{23} Y\,\eta$ *ma* **58** tu *om.* $\delta P_7 X$ | bona desidera *tr.* $\pi\,\eta Br_1$
16,1 bona illa *tr. B* | fratres] mei *add.* $W_1 W_2$ **2** est[1] et *B* **3** marmoratae ε **4** videre pauperi *tr.* $W_1 W_2$ **6** quid] quod $H_1 P_6 X^2$ *ma*

inflammamur, propter quod bonum adipiscendum et videndum tantos labores sustinemus, sicut audistis, cum legeretur apostolus, quia *omnes qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur*? Non enim modo, quia diabolus per reges non saevit, ideo Christiani non patiuntur persecutionem? Si mortuus est diabolus, mortuae sunt persecutiones; si autem ille adversarius noster vivit, unde non tentationes suggerit? Unde non saevit? Unde non minas aut scandala procurat? O si incipias pie vivere! videbis quia omnis qui vult pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Propter quid ergo patimur tantas persecutiones? *Si enim in hac vita in Christo sperantes sumus tantum,* ait apostolus, *miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Propter quid damnati sunt ad bestias martyres? Quod est illud bonum, dici potest? Unde? Aut quae lingua dicat? Aut quae aures audiant? Et quidem illud nec *auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Amemus tamen, proficiamus tantum.

Videtis enim quia pugnae non desunt, et pugnamus cum concupiscentiis nostris. Pugnamus foris cum infidelibus et inoboedientibus hominibus, pugnamus intus cum suggestionibus, cum perturbationibus carnalibus: ubique pugnamus adhuc, quia *corpus quod corrumpitur, aggravat animam.* Pugnamus adhuc, quoniam si *spiritus vita est*, tamen *corpus mortuum est propter peccatum.* Sed quid futurum est? *Si autem spiritus eius habitat in vobis, qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia*

16,9 2 Tim. 3, 12 **17** 1 Cor. 15, 19 **21** 1 Cor. 2, 9 (Is. 64, 4) **27** corpus ... animam] *cf.* Sap. 9, 15 **28** Rom. 8, 10–11

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

10 patientur *B Gt Br*$_1$ | diabolus quia *tr. W*$_1$ *W*$_2$ **13** vivit *om.* δ_1 | surgit δ_1; suggeret *B* **17** tantum sperantes sumus *tr. B* **22** tamen] tantum *P*$_7{}^2$ *Av*$_1$ *ma* **23** quia *om.* δ_1 **30** a] ex *lo ma* | mortua *B*

corpora vestra, propter spiritum qui habitat in vobis. Cum ergo vivificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistit spiritui nostro. Non fames erit, non sitis erit, quia de corruptione corporis ista nascuntur. Ideo reficis, quia aliquid deficit. Concupiscentiae delectationum carnalium contra nos pugnant. Mortem portamus infirmitate corporis, sed cum mors ipsa conversa fuerit in illam incommutabilitatem, et corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, quid audiet tunc mors? *Ubi est contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Et forte moritur, et dicetur: 'Restant aliqui inimici!' Non. Sequitur: *novissima inimica.* Cum haec destructa fuerit, immortalitas succedit. Si nullus erit inimicus, quasi *novissima destruetur mors.* Bonum nostrum cui suspiramus, pax erit. Ecce bonum, fratres, magnum bonum pax vocatur. Quaerebatis quid vocaretur: aurum est, argentum est, an fundus, an vestis? Pax est: non pax qualem inter se habent homines, infidam, instabilem, mutabilem, incertam; nec pax talis qualem secum habet ipse unus homo. Diximus enim quia et secum pugnat homo; usquequo domet omnes cupiditates, adhuc pugnat. Qualis ergo pax? Quam *oculus non vidit, nec auris audivit.* Qualis pax? De Ierusalem, quia Ierusalem interpretatur 'visio pacis'. Si ergo BENEDICAT TE DOMINUS EX

39 1 Cor. 15, 55 41 1 Cor. 15, 26 49 1 Cor. 2, 9 (Is. 64, 4)

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

31 spiritum] eius *add.* $\varepsilon\ P_6\ P_{23}\ Y$ 32 resistet $\gamma\ \zeta\ P_{23}\ Y\ ma$ 33 famis $\delta_1\ B\ Gt\ H_2\ Br_1$ | erit[2] *om.* *B* 34 quia] a te *add.* $\varepsilon\ Y\ T\ ma$ | defecit $\delta_1\ W_1\ W_2$ 35 carnalium delectationum *tr.* ζ 36 infirmitatem $\pi\ \eta\ Y$ 37 illa incommutabilitate $\gamma_1\ Br_1$; commutabilitate *B* | induerit *om.* *B* 39 est[1]] γ_1; mors *add. cett. ma* 40 forte] te *add.* $W_1\ W_2$ | morietur α | dicitur $H_1\ A^2\ B\ H_2$ | sequitur] hoc *praem.* $\varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 41 inimica] mors *praem.* P_{23}; destruetur mors *add.* ζ mors *lo ma* 42 succedet $P_6\ ma$ 45 argentum] an *praem.* $\alpha\ W_1\ W_2\ Gt\ \eta\ P_{23}$ | est[2] *om.* $\alpha\ A\ B$ 49 adhuc *om.* *B* | oculis δ_1 50 de *om.* *B* 51 sic $P_7^2\ P_6\ ma$

SION, ET VIDEAS BONA QUAE SUNT IERUSALEM, et videas OMNES DIES VITAE TUAE.

ET VIDEAS, non filios tuos tantum, sed FILIOS FILIORUM *v. 6*
TUORUM. Quid est 'FILIOS tuos'? Opera tua quae hic agis. Qui sunt filii filiorum? Fructus operum tuorum. Facis eleemosynas, filii tui sunt: propter eleemosynas accipis vitam aeternam, filii filiorum tuorum sunt. VIDEAS FILIOS FILIORUM TUORUM, et erit quod sequitur, quo concluditur: PAX SUPER ISRAEL. Haec pax vobis praedicatur a nobis, ipsa amatur a nobis, ipsa ut a vobis ametur, optamus. Ad illam pacem perveniunt qui et hic pacifici fuerint. Illi sunt et hic pacifici, qui et ibi, qui circumeunt mensam domini tamquam novellatio olivarum, ut non sit sterilis arbor, qualis fuit illa ficulnea ubi fructum non invenit esuriens dominus. Et videtis quid ei contigerit. Folia sola habebat, fructum non habebat: sic sunt qui verba habent, et facta non habent. Veniens esuriens dominus non ibi invenit quod manducet, quia fidem nostram et facta bona esurit dominus. Pascamus illum bene vivendo, et pascet in aeternum nobis vivere donando.

64 Matth. 21, 18–19

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **16,54** non *inc. K* **58** sunt *des. K* | et *inc. K* **59** sequitur *des. K* **61** ad *inc. K* **63** domini *des. K*

56 filiorum] tuorum *add. B* **59** quo] quod $W_1\ W_2\ Gt\ H_2\ \varepsilon$ | concludit $\alpha\ \delta_1\ Gt\ H_2$; concludet $W_1\ W_2$ | hae δ_1 **60** praedicatur vobis *tr.* $\gamma\ \zeta$ **62** qui[1] ... ibi *om.* π (*exc.* H_1) $P_7\ Br_1\ P_{23}\ T$ **64** esurient *B* **66** facta] fructum δ_1 veniens *om.* π (*exc.* H_1) $P_7\ Br_1\ P_{23}$ **67** quid $\delta_2\ Gt\ P_7$ | manducaret $\alpha\ Br_1\ An_4\ P_{23}$ **68** pascamus] autem *add.* $\eta\ \varepsilon$ **69** pascet] nos *add.* $W_1\ W_2\ \zeta$ | nobis *om.* ζ | donando] amen *add.* $\alpha\ B$

IN PSALMUM CXXVIII

(1.) Psalmus quem cantavimus, brevis est, sed sicut scriptum est in evangelio de Zacchaeo: statura brevis et magnus in opere, sicut scriptum est de illa vidua quae duo minuta misit in gazophylacium: brevis pecunia, sed magna caritas; sic et iste psalmus, si verba numeres, brevis est, si sententias appendas, magnus est. Non ergo nos poterit diutius usque ad fastidium detinere. Qua re advertat prudentia vestra, et adsit intentio Christiana: sonet verbum dei volentibus, nolentibus, opportune, importune. Invenit sibi locum, invenit corda ubi requiescat, invenit terram ubi germinet et fructum ferat. Nam quia multi mali sunt et iniqui quos portat ecclesia usque in finem, manifestum est. Et hi sunt quibus verbum dei superfluum est, et aut sic in illos cadit quomodo semen in via, conculcatur et a volatilibus colligitur, aut sic in eos cadit quomodo semen in petrosa loca, ubi non habet terram multam, statim exit, et calefacto sole arescit, quia non habebat radicem, aut sicut inter spinas, quod, etsi germinet et conetur in auras surgere, offocatur tamen multitudine spinarum. Tales autem sunt qui verbum dei contemnunt sicut via, aut qui ad horam gaudent, et facta tribulatione sicut cc 1881 mi 1689

in ps. CXXVIII,1,2 *cf.* Luc. 19, 2–9 3 *cf.* Marc. 12, 42–44; Luc. 21, 2–4 8 *cf.* 2 Tim. 4, 2 12 *cf.* Matth. 13, 1–9; Marc. 4, 1–9; Luc. 8, 4–8

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*
in ps. CXXVIII,1,1 psalmus *inc. K* | sed *des. K* 3 sicut *inc. K* 6 est *des. K* 8 sonet *inc. K* 9 importune *des. K*

in ps. CXXVIII,1,1 cantamus $\delta_1 W_1 W_2$; tractavimus $Br_1 P_{23}$ 2 et] sed η 4 et *om.* δ (*exc.* $W_1 W_2$) 6 poterit nos *tr.* ζ 8 opportune nolentibus *tr.* $W_1 W_2\,\eta\,\varepsilon$ 11 et *om. B* 12 et^2 *om.* π (*exc.* H_1) $\eta\,\varepsilon Br_1 P_{23} Y$ 14 semen *om. B* 15 exiit γT 16 habet $\alpha_2 ma$ | inter *om.* δ_1 17 et *om.* δ_1 | suffocatur $\delta_1 H_2^2\,\eta$

aestu solis arescunt, aut qui cogitationibus et curis et sollicitudine huius mundi, tamquam spinis avaritiae offocant quod in illis coeperat germinare. Est autem etiam terra bona, quo semen cum ceciderit, affert fructum, aliud tricenum, aliud sexagenum, aliud centenum: sive parum sive multum, omnes in horreo erunt. Sunt ergo tales, et propter hos loquimur. Propter hos loquitur scriptura, propter hos non tacet evangelium. Sed et illi audiant, ne forte aliud sint hodie, aliud cras, ne forte mutentur audiendo, aut arent viam aut lapides purgent aut spinas evellant.

Dicat spiritus dei, dicat nobis, cantet nobis: sive velimus saltare sive nolimus, cantet ipse. Sicut enim qui saltat, membra movet ad cantum, sic qui saltant ad praeceptum dei, operibus obtemperant sono. Ideo qui noluerunt hoc facere, quid illis dicit dominus in evangelio? *Cantavimus vobis, et non saltastis; planximus, et non luxistis.* Cantet ergo: credimus in dei misericordiam quia erunt de quibus nos consoletur. Nam qui pertinaces sunt, perseverantes in malitia, quamvis audiant verbum dei, scandalis quotidie turbant ecclesiam. De talibus dicit iste psalmus; sic enim coepit:

---

22 *cf.* Matth. 13, 8 33 Matth. 11, 17

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1 P_{23}$ *et al.* 29 cantet *inc. K* 34 luxistis *des. K* 35 nam *inc. K*

---

20 aestum *B*; aestus $\delta_2\ \eta$; aestas $\gamma\ Y$; ab aestu $A\ H_2$ | sollecitudinibus α 21 suffocant $\eta\ \varepsilon\ Br_1 P_{23}\ Y$ 22 etiam *om. B* 23 tricesimum $\alpha\ \delta_1\ H_2\ Br_1 P_{23}$ sexagesimum $\alpha\ \delta_1\ H_2$ 24 centesimum $\delta_1\ H_2$ | omnes *om. B* 25 propter[1] ... loquimur *om.* $V_2\ B\ H_2$ | hos[1] ... hos[2] ... hos[3]] *ter* hoc $\varepsilon\ Y$ 26 et *om.* γ_1 illam $Br_1 P_{23}$ | audiunt *B Gt* $H_2\ \eta$; audient $Br_1 P_{23}$ 27 audiendo mutentur *tr.* $\pi\ \eta\ Br_1 P_{23}$ 29 sive] si η 30 cantet] et *add.* $\eta\ \varepsilon$ 31 saltant] psaltat δ_1 32 sono] et *praem.* $Br_1 P_{23}$ | dominus dicit *tr. lo ma* 34 luxistis] lamentastis $\gamma\ \zeta\ ma$ | cantate γ_1 | misericordia $\alpha\ A\ B\ H_2\ Gt$ 36 perseverantes *om. B K* H_2, $P_7 ac.$; perseverent $O_4\ \gamma\ Y$; perseverant ζ 37 quotidie *om.* δ_1 | conturbant $\alpha_2\ ma$ | ecclesiam] dei *add.* η | talibus] enim *add.* ε

v. 1 (2.) SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. cc 1882
Ecclesia loquitur de his quos tolerat, et tamquam diceretur: 'Numquid modo?' Olim est ecclesia: ex quo vocantur sancti, est ecclesia in terra. Aliquando in solo Abel ecclesia erat, et expugnatus est a fratre malo et perdito Cain. Aliquando in solo Enoch ecclesia erat, et translatus est ab iniquis. Aliquando in sola domo Noe ecclesia erat, et pertulit omnes qui diluvio perierunt, et sola arca natavit in fluctibus, et evasit ad siccum. Aliquando in solo Abraham ecclesia erat, et quanta pertulit ab iniquis, novimus. In solo filio fratris eius Lot et in domo eius in Sodomis ecclesia erat, et pertulit Sodomorum iniquitates et perversitates, quousque mi 1690 deus eum de medio ipsorum liberavit. Coepit esse et in populo Israel ecclesia: pertulit Pharaonem et Aegyptios. Coepit et in ipsa ecclesia, id est in populo Israel, numerus sanctorum: Moyses et ceteri sancti pertulerunt iniquos Iudaeos, populus Israel. Ventum est et ad dominum Iesum Christum, praedicatum est evangelium, dixit in Psalmis: *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum.* Quid est *super numerum*? Non solum illi qui crediderunt, qui pertinent ad numerum sanctorum, sed et *super nume-*

2,4 in² ... Cain] *cf.* Gen. 4, 8 5 Enoch ... iniquis] *cf.* Gen. 5, 24 6 in ... 8 siccum] *cf.* Gen. 6, 8–8, 14 8 in² ... novimus] *cf.* Gen. 12*sq.* 10 solo ... 12 liberavit] *cf.* Gen. 19, 1–23 17 Ps. 39, 6

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **2,16** evangelium *des. K*

2,2 et *om.* δ_1 | dicetur *K C* **3** est² *om. B* **4** et *om.* δ_1 *K* **8** in¹ *om.* $W_1\ W_2$ in² *om. K B* | solo *om.* $H_1\ \delta_2$ (*exc. Gt*) $B\ P_7$ **9** pertulerit $\alpha\ \delta_1\ K\ H_2\ Br_1\ P_{23}$ novimus ab iniquis *tr.* $\delta\ \eta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ | in] de tolerandis malis (*glossa*) *add. K* **10** in² ... erat] ecclesia erat in Sodomis *tr.* ζ **12** ipsorum] eorum $\pi\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}$ | et *om. K* $W_1\ W_2\ B\ \eta$ **13** coepit] esse *add.* $W_1\ W_2$ | et² *om.* $W_1\ W_2\ B$ **14** numerus] esse *add.* $P_6\ ma$ **15** populus $B\ W_1\ W_2\ Gt\ H_2^2\ P_7\ \gamma_1$; populum *cett. ma* **16** dominum] nostrum *add.* $O_4\ \gamma\ \zeta$ **18** quid ... numerum *om. B* H_2 | qui *om.* $\alpha\ ma$ **19** qui] et *praem.* δ_1 | sed *om. B* | super *om.* $W_1\ W_2$

rum intrarunt: multi iusti, sed plures iniqui, et pertulerunt iusti iniquos. Quando in ecclesia? Numquid modo solum, ex quo enumerat, ex quo commemorat? Ideo ne miraretur modo ecclesia vel ne quisquam miraretur in ecclesia, volens esse membrum bonum ecclesiae, audiat et ipsam ecclesiam matrem suam dicentem sibi: 'Noli mirari ad ista, fili: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA'.

(3.) Magnus affectus sic coepisse psalmum: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. Quasi aliquid iam loquebatur: videtur enim non coepisse, sed respondisse. Respondit autem quibus? Cogitantibus et dicentibus: 'Quanta mala perferimus, quanta scandala crebrescunt quotidie, quando iniqui intrant in ecclesiam et portamus eos!' Respondeat autem ecclesia de quibusdam, id est de fortiorum voce respondeat querelis infirmorum, et confirment firmi infirmos, et grandes parvulos, et dicat ecclesia: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. **DICAT VERO ISRAEL: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA.** Dicat illud, non illud timeat. Quo enim valet quod, cum dixisset: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME, addidit: A IUVENTUTE MEA? Iam modo *v. 2*

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S K B) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 20 et *inc. K* 22 enumerat *des. K* | ideo *inc. K* 23 ecclesia *des. K* 24 audiat *inc. K* 3,1 psalmum *des. K* 3 videtur *inc. K* 7 infirmorum *des. K* 9 saepe *inc. K* 10 Israel *des. K*

20 sed] et *add.* $C\,P_6\,ma$ 21 aliquando $W_1\,W_2$ | ecclesiam $K\,\varepsilon$ 22 numerat $H_2\,B$ | ex] et *praem.* δ_1 | ecclesiam $W_1\,W_2$ 23 miretur B | bonum membrum *tr.* $\pi\,\eta\,Br_1\,P_{23}$ 24 et *om.* $\pi\,Br_1\,P_{23}$ 25 ad ista *om. B* | istam $W_1\,W_2$

3,1 effectus ε 2 iam aliquid *tr.* α 3 enim *om.* $Br_1\,P_{23}$ | respondet $\alpha\,H_2$; respondeat $K\,\gamma\,\zeta\,Y$ 4 quibusdam $\varepsilon\,Y$ 5 contremescunt $\alpha\,H_1\,W_1\,W_2\,Gt\,B$; contremescimus K; concrescunt H_2; concrebrescunt w | in *om.* $\alpha\,\delta_2\,\eta\,w$ 6 autem *om.* $\delta\,\eta\,Br_1\,P_{23}$ | de quibusdam ecclesia *tr.* $\gamma\,\zeta$ 7 fortiorum $\alpha\,H_2\,Gt\,\zeta\,ma$; fortiori $W_1\,W_2\,B\,\eta\,P_{23}$; fortiore $\delta_1\,\gamma\,Y$ 9 vero] nunc O_4; nunc *add.* ε 10 dicat ... 12 mea *om.* $V_2\,H_2\,B$ 12 me] a iuventute mea *add.* $W_1\,W_2$ addidit *om. B*; addit $W_1\,A$

ecclesiae senectus expugnatur, sed non timeat; dicat: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. Numquid ideo non pervenit ad senectutem quia non cessaverunt illi expugnando? Numquid delere potuerunt? DICAT VERO ISRAEL, et consoletur se Israel, consoletur se ipsa ecclesia de praeteritis exemplis, et dicat: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. cc 1883

(4.) Quare expugnaverunt? ETENIM NON POTUERUNT
v. 3 MIHI: SUPER DORSUM MEUM FABRICAVERUNT PECCATORES; LONGE FECERUNT INIUSTITIAM SUAM. Quare expugnaverunt? Quia NON POTUERUNT MIHI. Quid est NON POTUERUNT MIHI? fabricare. Quid est NON POTUERUNT MIHI? Non illis consensi ad malum. Omnis enim malus ideo persequitur bonum quia non illi consentit bonus ad malum. Faciat aliquid mali, non obiurget episcopus, bonus est episcopus: obiurget episcopus, malus est episcopus. Rapiat aliquid, taceat cui rapit, bonus est; saltem loquatur et reprehendat, etsi non repetat, malus est. Malus est qui reprehendit raptorem, et bonus est qui rapit: ambulet. *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* Contra apostolus:

4,11 Is. 22, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 16 consoletur *inc. K* 4,2 peccatores *des. K* 3 quare *inc. K* 4 mihi[2] *des. K* 5 non[2] *inc. K* 6 malum *des. K* | persequitur *inc. K* 7 bonus *des. K*

13 senectus ecclesiae *tr.* $\delta_1 An_4 Br_1 P_{23}$ 15 perveni $\delta_1 H_2$ | qui $W_1 W_2$ 17 et *om. B*

4,1 expugnaverunt] me *add.* ζ 2 mihi *om. B* | supra $H_2 C$ 3 iniquitatem γ ζ | expugnaverunt] me *add.* ζ 4 quid ... mihi *om.* δ | quid ... fabricare *om. B T* 5 mihi] fabricare *add.* $W_1 W_2 P_7 X$ 6 malus] malis $W_1 W_2$ | ideo] propterea $\pi\,\eta Br_1 P_{23}$ | persequuntur *B* | illis $W_1 H_2$ 7 consensit $W_1 W_2 B$ 9 aliquis εT | saltem] et *praem.* δ_1 10 et *om.* $W_1 W_2$ | malus est[1] *om. B* γ_1 | est[2]] autem $B H_2$ | qui] quia *B* 11 est *om.* $\alpha W_1 W_2 \eta$ | ambulat $W_1 W_2$ 12 moriamur $W_1 W_2 An_4$; morimur *B* | econtra δ_1

mi 1691 *Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Sobrii estote iuste, et nolite peccare.* Sonat verbum, sonat sermo contradictor libidinis: at ille amicus libidinis suae, et inimicus sermoni contradicenti amicae suae, infestus est, et odit sermonem dei. Facta est amica avaritia, inimicus deus. Contradicit enim deus avaritiae, et vult nihil possideri ab avaritia. 'Ego possidear', clamat. 'Quid vis ab avaritia possideri? Dura iubet, levia iubeo. Onus eius grave est, sarcina mea levis est. Iugum eius asperum est, iugum meum lene est. Noli velle ab avaritia possideri. Iubet avaritia mare transeas, et obtemperas; iubet ut te ventis procellisque committas. Iubeo ego ut ante ostium tuum ex eo quod habes des pauperi. Piger es ad faciendum ante te opus bonum, et strenuus ad transeundum mare'. Quia avaritia imperat, servis; quia deus iubet, odisti. Et quid? Cum odisse coeperit, incipit velle criminari eos a quibus audit bona praecepta, et velle per suspiciones suas crimina quaerere servorum dei. 'Qui nobis ista dicunt, ipsi non faciunt ista?' Et ista sive quae fiunt sive quae non fiunt. Et quae non fiunt, dicuntur fieri; et quae fiunt bene, dicuntur male fieri; et quae toleramus, ad culpam nostram applicantur. Nos quid respondemus? Noli me attendere; sermonem istum attende: ipse tibi loqui-

13 1 Cor. 15, 32–34 **19** onus ... 21 est] *cf.* Matth. 11, 30

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

13 bonos mores *tr. lo ma* | iuste] $\alpha\,Rm\,P_3$; *om. B*; et iuste $W_1\,W_2$; iusti $\delta_1\,H_2\,C\,\zeta\,P_{23}\,Y\,ma$; et iusti $\eta\,\varepsilon$ **15** et *om.* ζ **16** amica] enim *praem.* ε **17** deus[1]] dei $\alpha\,H_1\,W_1$ **18** ab[1] *om.* $\eta\,\varepsilon$ | possidear] possideam $W_1\,W_2\,\eta$ ab[2] *om.* $V_2\,H_2$ **19** levia] lena δ_1 | est *om.* $P_6\,ma$ **20** leve $C\,\zeta$ **21** ab *om.* $R_3\,V_2\,\gamma_1$ | mare] ut *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ **22** obtemperes δ_1 **24** strenuus] es *add.* $\gamma\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y\,ma$ **25** iubet deus *tr.* η **26** *criminare $\delta_1\,H_2$ **28** dicunt] et *add.* $\eta\,\varepsilon\,Y$ | ista non faciunt ipsi *tr.* $C\,ma$ **29** fiunt[1]] faciunt $Gt\,B\,\eta$ | fiunt[2]] faciunt $Gt\,B\,\eta$ | et[2] ... fiunt *om.* $H_2\,C\,P_6\,ma$ **30** et[2] *om.* $W_1\,W_2$ **31** applicant $B\,Br_1\,P_{23}$ **32** loquitur tibi *tr.* $Br_1\,P_{23}$

tur per quemlibet; huic tu inimicus es. Concorda cum adversario tuo, cum es cum eo in via: adversarium tuum sermonem dei cc 1884
fecisti. Noli attendere quia ille tibi loquitur: malus est per quem 35
tibi loquitur, sed non est malus, qui tibi loquitur. Sermonem dei accusa, deum accusa, si potes.

(5.) Creditis, fratres, huc usque pervenisse eos de quibus dicitur: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA, ut etiam ipsum deum accusare non dubitent? Accusas avarum, et ille accusat deum quia fecit aurum. 'Noli avarus esse'. Et ⟨ille⟩: 'Non faceret deus aurum'. Iam hoc restat, quia mala tua opera cohibere 5
non potes, accusas opera bona dei; displicet tibi creator et fabricator mundi. Non faceret et solem, quia multi in fenestris contendunt de luminaribus, et ad iudicia se trahunt. O si vitia nostra cohibeamus! quia bona sunt omnia, quia bonus deus qui fecit omnia, et laudant illum opera sua, considerata quia bona sunt ab 10
eo qui habet spiritum considerandi, spiritum pietatis et sapientiae. Undique deus laudatur ab operibus suis, quomodo illum laudant opera sua per os trium puerorum. Quid praetermissum est? Laudat caelum, laudant angeli, laudant sidera, laudat sol et luna, laudant dies et noctes, laudat quidquid germinat de terra, 15
laudat quidquid natat in mari, laudat quidquid volitat in aere,

---

33 concorda ... via] *cf.* Matth. 5, 25 **5,13** per ... puerorum] *cf.* Dan. 3, 57–90

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

36 qui *om. B* | sermo *B* | dei sermonem *tr. C* P_6
5,1 hoc $\alpha\,H_2$ **2** ut] aut δ_1 **3** non dubitent accusare *tr.* $W_1\,W_2$ **4** qui $\varepsilon\,P_7$ noli] et *praem. B* | ille *addidi* **5** mala tua opera] tu opera mala $\pi\,\eta\,P_{23}\,Y$ **6** dei bona *tr.* $\eta\,\varepsilon\,\zeta$ **9** bonus] est *add.* $Br_1\,P_{23}$ | qui *om.* $\alpha\,\delta_1\,H_2\,B\,\eta\,T$ **10** considerate *A* η, considera ea α **12** laudatur deus *tr.* $\delta_1\,C\,ma$ **13** puerorum] in camino ignis *add.* $\pi\,\eta\,\varepsilon\,T\,Br_1\,P_{23}\,Y$ **14** laudant caeli $\varepsilon\,\zeta\,Y\,ma$; laudant caelum *Gt* γ_1 | laudat[2]] laudant $H_2\,B\,P_7\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta$ **15** et] ac *mi cc* | laudat] laudant $\alpha\,\delta_2\,B\,P_7\,\varepsilon\,Y$ **16** in aere volat $\pi\,\eta\,Br_1\,P_{23}\,Y$

laudant omnes montes et colles, laudant frigora et aestus, et cetera omnia quae deus fecit. Audistis quia laudant deum: numquid audistis ibi quia laudat deum avaritia, quia laudat deum luxuria? Non laudant ista, quia non ipse illa fecit. Laudant ibi homines deum: hominis creator est deus. Avaritia opus est mali hominis; homo ipse opus est dei. Et quid vult deus? Occidere in te quod ipse fecisti, et salvare quem ipse fecit.

(6.) Noli fenerare. Tu accusas scripturam dicentem: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* Non ego illud scripsi, non de ore meo primo exiit: deum audi. Et ille: 'Clerici non fenerent'. Et forte qui tibi loquitur, non fenerat, sed si fenerat – fac quia et ipse fenerat –, numquid fenerat qui per ipsum loquitur? Si facit quod tibi dicit, et non tu facis, tu in ignem, ille in regnum. Si non facit quod tibi dicit, et pariter facit mala quae facis, et dicit bona quae non facit, pariter in ignem. Fenum ardebit, verbum autem domini manet in aeternum. Numquid ardet sermo qui tibi per illum locutus est? Aut Moyses est qui tibi loquitur, id est bonus et iustus famulus dei, aut Pharisaeus est cathedra Moysi sedens.

mi 1692

6,1 Ps. 14, 5 **8** Is. 40, 7–8

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

17 et[2] *om.* δ (*exc.* H_2) $P_7\ Br_1\ P_{23}$ | aestas $An_4\ \gamma_1\ \zeta$ **18** omnia cetera *tr.* $Br_1\ P_{23}$ | deum] eum $\alpha\ \delta_1\ H_2\ B\ \eta\ Br_1\ P_{23}$ **19** laudat deum[1]] deum laudat *tr.* $Br_1\ P_{23}$ | deum[1]] dominum π | laudat deum[2]] deum laudat *tr.* $\varepsilon\ \zeta$; dominum laudat π (laudat dominum W_1) η **20** ista] deum *add. T*; deum *praem.* P_6 **21** est opus *tr.* $\delta_1\ T$ **23** salvare] salvaret δ_1; te *add.* $\alpha\ \delta_2\ B\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$ quem] quod $C\ P_6\ ma$

6,1 fenerari $\pi\ \eta\ Br_1$ | accusa $B\ \eta$ **2** ad usuram] in faenore B **3** primum $An_4\ Br_1\ P_{23}$ | illi $Gt\ \eta$ | fenerant $P_7\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ **4** et[1] *om.* $\pi\ Br_1\ P_{23}$ | si *om.* α | si fenerat *om.* $\delta\ \eta$ (*exc.* O_4) $\varepsilon\ P_{23}$ **6** tu non *tr.* δ_2 (*exc.* H_2) $\eta\ An_4$ | igne $Br_1\ P_{23}$ | ille] et *praem.* $\delta_1\ H_2$ **7** facis] tu *praem.* $H_1\ Br_1\ P_{23}$ **8** igne $W_1\ W_2$ **10** tibi *om.* B | id est *om.* δ_1 **11** domini $H_2\ B\ \eta$ | cathedra] *cf. serm. 340A, 6 (p. 568,31)*, cathedram $H_1\ H_2\ \zeta\ ma$

Audisti et de ipsis: *Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite.* Non habes tu unde te excuses, quando sermo dei tibi loquitur. Quia non potes interficere sermonem dei, criminari cc 1885
quaeris eos per quos tibi loquitur sermo dei. Quaere quantum 15
vis, dic quantum vis, blasphema quantum vis: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. DICAT VERO ISRAEL: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. Audent etiam feneratores dicere: 'Non habeo aliud unde vivam'. Hoc mihi et latro diceret, deprehensus in fauce; hoc et effractor diceret, deprehensus circa 20
parietem alienum; hoc mihi et leno diceret, emens puellas ad prostitutionem; hoc et maleficus incantans mala, et vendens nequitiam suam; quidquid tale prohibere conaremur, responderent omnes quia non haberent unde viverent, quia inde se pascerent; quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia artem 25
nequitiae delegerunt, unde victum transigant, et inde se volunt pascere, unde offendant eum a quo omnes pascuntur.

(7.) Sed cum clamaveris hoc et dixeris, illi respondent: 'Si sic, non huc accedimus; si sic, non intramus in ipsam ecclesiam'. Veniant, intrent, audiant: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA. ETENIM NON POTUERUNT MIHI: SUPER DORSUM

12 Matth. 23, 2–3

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

13 excuses te *tr.* δ_1 14 domini $\eta\,Br_1\,P_{23}$ | criminari $\eta\,C\,\zeta\,ma$; crimina δ $Br_1\,P_{23}\,Y$; criminare *cett.* 15 eis $\delta\,Br_1\,P_{23}\,Y$; *om.* α | loquitur tibi *tr. lo ma* 17 vero] nunc η 18 audent] etenim *praem.* $O_4\,N\,P_6\,P_{14}\,P_{15}$; etenim non potuerunt mihi $An_4\,P_7\,X$ 19 latro mihi (*om.* et) *tr.* δ_1 | et *om.* $\delta_1\,Br_1\,P_{23}$ 20 fauce] furto ζ; fractor γ | deprehensus[2]] adprehensus η 21 diceret et leno *tr. B* | emens] deprehensus *praem.* α 23 respondent γ_1 26 diligerent $H_1\,O_4\,\gamma\,\zeta\,Y$; dilexerunt $\eta\,Br_1\,P_{23}$ | victum] vitam $\gamma_1\,\zeta\,ma$ 27 eum] deum η 7,1 illi] illis $\alpha\,B\,P_{23}$; illis *praem.* ζ | si] sic $Br_1\,P_{23}$ 2 huc] hoc $W_1\,W_2$; adhuc ε; *om.* α | si] sic $Br_1\,P_{23}$ 3 audient $\delta_1\,Br_1\,P_{23}$ 4 supra $W_1\,W_2\,Gt\,C\,ma$

MEUM FABRICAVERUNT PECCATORES. Non potuerunt agere ut consentiam, fecerunt quod portem. Quam praeclare dictum, quam optime significavit: ETENIM NON POTUERUNT MIHI: SUPER DORSUM MEUM FABRICAVERUNT PECCATORES. Agunt nobiscum primo ut consentiamus illis ad facta mala. Si non consenserimus, 'Tolerate nos' dicunt. Ergo quia non potuisti mihi, ascende in dorsum meum: portare te habeo quousque veniat finis. Sic enim mihi praeceptum est, ut fructum afferam cum tolerantia. Non te corrigo, tolero te; aut forte, cum tolero te, corrigis te. Sed non te corrigis usque in finem? Tolero te usque in finem; et usque in
mi 1693 finem super dorsum meum eris: usque ad tempus. Numquid semper super dorsum meum eris? Veniet enim qui inde te excutiat: veniet tempus messis, veniet finis saeculi, mittet deus messores. *Messores autem angeli sunt*: separant malos de medio iustorum, sicut zizania a tritico; frumentum recondent in horreo, paleam autem comburent *igni inextinguibili*. Portavi quousque potui, iam gaudens transeo in horreum dei, et securus canto: SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA.

7,11 enim ... tolerantia] *cf.* Luc. 8, 15 **18** Matth. 13, 39 **19** *cf.* Matth. 3, 12; Luc. 3, 17

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **7,5** non *inc. K* **14** finem[1] *des. K* **17** veniet[1] *inc. K* **21** transeo *des. K*

---

5 non] hoc est *praem.* $O_4\,\gamma\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y\,ma$ **6** dictum] est *add.* $H_1\,\gamma\,\zeta\,ma$ **7** significavit] significatum est ε; significatum *K* | supra $W_1\,W_2\,\zeta\,ma$ **9** primum δ_1 **10** quia ergo non *tr.* $\delta\,\eta\,Br_1\,P_{23}\,Y$; quia non ergo *tr.* W_1 | mihi *om.* $R_3\,V_2\,W_1\,W_2$ | ascendere $\delta_1\,K$ **11** te ... sic *om. B* **12** mihi] etiam *add.* $\delta\,\eta\,Br_1\,P_{23}$ **13** corrigis] corriges $\delta_2\,\eta\,\varepsilon\,P_{23}$ | sed] si $\varepsilon\,ma$ **14** corrigis] corriges $K\,H_2\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}$ **17** immittet *lo ma* **18** separant] et *praem.* $W_1\,W_2\,Gt\,B\,\eta$; separabunt $H_1\,B$ **19** zizaniam ε | recondet δ (*exc. B Gt*) $\eta\,\varepsilon$ **20** paleas $W_1\,W_2\,\eta$ | comburet δ_2 (*exc. Gt*) η | usque quo ζ; usque γ_1

(8.) Quid enim mihi facere potuerunt, quia EXPUGNAVERUNT ME A IUVENTUTE MEA? Exercuerunt me, non oppresserunt. Valuerunt mihi sicut ignis ad aurum, non sicut ignis ad fenum. Ignis enim accedens ad aurum sordem tollit, accedens ad fenum in cinerem vertit. ETENIM NON POTUERUNT MIHI, quia non consensi, quia non me fecerunt quales sunt ipsi.

SUPER DORSUM MEUM FABRICAVERUNT PECCATORES, LONGE FECERUNT INIUSTITIAM SUAM. Fecerunt quod tolerem, et non fecerunt cui consentirem: iam ergo iniustitia ipsorum longe est a me. Mali mixti sunt bonis, non solum in saeculo, sed et in ipsa intus ecclesia mali mixti sunt bonis. Nostis, et probastis; et magis probabitis, si boni fueritis. *Cum* enim *crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania.* Nulli apparent mali in ecclesia, nisi ei qui fuerit bonus. Nostis ergo quia mixti sunt, et semper et ubique: dicit scriptura quia non separabuntur, nisi in fine. Sic, quomodo mixti sunt, longe sunt a se. Ne quis ergo ex eo quod mixti sunt mali inter bonos, putaret iniquitatem esse iuxta iustitiam, NON POTUERUNT inquit MIHI, id est dixerunt et male dixerunt: *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* Non corruperunt sermones mali mores bonos: in eo quod audivi a deo, non cessi sermonibus hominum. Fecerunt mihi peccatores quod portarem, non cui miscerer, et facta est iniquitas eorum cc 1886

8,12 Matth. 13, 27–43 19 Is. 22, 13; 1 Cor. 15, 32

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S\ K\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 8,2 exercuerunt *inc. K* oppresserunt *des. K* 3 sicut[1] *inc. K* 4 fenum *des. K* 6 quia *inc. K* 7 peccatores *des. K* 9 iam *inc. K* 10 me *des. K* 13 nulli *inc.* f_5 14 bonus *des.* f_5

8,1 facere mihi *tr.* α | expugnant $W_1\ W_2\ H_2\ B$; expugnabant δ_1 2 exercuerunt] et *praem. B* 5 non *om.* $H_1\ H_2$ 7 supra *lo ma* 8 longam η | tolerarem η (*exc.* O_4) 9 iam *om.* δ_1 10 saeculum $W_1\ W_2\ \eta$ 11 in ipsa *om.* $W_1\ W_2$ | intus *om.* δ_1 15 separabuntur] mali *add.* α_2 16 finem $\delta_2\ P_7\ \gamma P_{23}$ 17 putarent $\eta\ \varepsilon$ 19 morimur $\delta_2\ B$ 20 bonos mores *tr.* η | audivit $Br_1 P_{23}$ 21 domino η | cessisse $\eta\ \varepsilon$ 22 conmiscerer *Gt ma*; commiserer W_1 *uv*, W_2

longe a me. Quid enim tam prope, quam duo homines in una ecclesia? Quid enim tam longe, quam iniquitas a iustitia? Ubi enim consensio, ibi propinquitas. Ligantur duo, et mittuntur ad iudicem, latro et colligatus: ille sceleratus, ille innocens, una catena ligantur, et longe sunt a se. Quantum longe sunt? Quantum longe est scelus ab innocentia. Ecce isti longe sunt ab invicem. Alius latro in Hispania facit scelera: proximus ei est qui facit in Africa. Quantum proximus? Quantum sibi iunguntur scelus et scelus. Quantum? Quantum sibi iunguntur latrocinium et latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos, mixtos sibi corpore malos. Longe ab illis sit corde, et securus portat quod non timet: LONGE FECERUNT INIUSTITIAM SUAM. (9.) Quid occurrit? Florent illi qui regnant iniqui et, ut sermonem loquamur vulgi, tonant iniqui, extolluntur in typhos, in calumnias. Quid ergo? Semper hoc? Non. Audi quod sequitur: DOMINUS IUSTUS *v. 4*
mi 1694 CONCIDET CERVICES PECCATORUM. Intendat caritas vestra. DOMINUS inquit IUSTUS CONCIDET CERVICES PECCATORUM. Quis non contremiscat? Quis enim non peccavit? DOMINUS IUSTUS CONCIDET CERVICES PECCATORUM. Omnibus qui audiunt, intrat tremor in cor, si credunt scripturae dei. Si enim sibi sine causa tundunt homines pectora, mentiuntur quia tundunt

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **9,8** omnibus *inc. K* **9** dei *des. K*

23 longe] est *add.* δ_1 *B* | a] et *B* | enim *om.* $\alpha\,\delta_2$ *B* **24** enim *om. ma* | ubi] est *add.* $\eta\,\varepsilon$ **26** collegiatus $\delta_1\,W_1\,W_2\,B$ **27** legantur $W_1\,W_2$ | sunt²] a se *add.* $\gamma\,\zeta\,Y\,P_{14}\,P_{15}$ **28** longe est scelus] scelus longe est *tr.* $\alpha\,\delta_1\,W_1\,W_2\,Gt\,\eta\,Br_1\,P_{23}\,P_{14}\,P_{15}$ | sunt] a se *add.* $\gamma\,\zeta\,Y\,P_{14}\,P_{15}$ *ma* **29** Hispania] spania δ_1; spaniam W_1; hispaniam $W_2\,P_7$ | est ei *tr.* $\alpha\,Gt\,H_2\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}$ | est *om.* $\delta_1\,W_1\,W_2$ **30** quantum²] tantum *B A* **31** quantum¹ *om.* $W_1\,W_2$ | quantum² $Br_1\,P_{23}$; *om. cett. ma* | sibi iunguntur] subiunguntur $W_1\,W_2$ **32** mixtos² $W_1\,W_2\,O_4$; commixtos *B*; *om. cett. ma* **33** illo *B* | timeat η

9,2 inique $\alpha\,\delta_1\,Br_1\,P_{23}$ *ma* **3** tonent *B* | extolluntur] et extollantur *B* **8** concidit *B* **9** timor *K B* | sine causa sibi *tr.* $\pi\,\eta$

pectora, si iusti sunt, et in eo quod mentiuntur deo, fiunt peccatores. Si ergo veraciter sibi tundunt pectora, peccatores sunt. Et quis nostrum non sibi tundit pectus? Et quis nostrum non elidit oculos ad terram, sicut ille publicanus, et dicit: *Domine, propitius esto mihi peccatori*? Si ergo omnes peccatores, et nemo invenitur sine peccato, omnibus timendus est gladius in cervices, quia DOMINUS IUSTUS CONCIDET CERVICES PECCATORUM: non puto, cc 1887 fratres mei, quia omnium peccatorum, sed in membro quod percutit, ibi designat quos peccatores percutiat. Non enim dixit: 'Dominus iustus concidet manus peccatorum', aut 'Dominus iustus concidet pedes peccatorum' non dixit, sed quia peccatores superbos volebat intellegi, superbi autem omnes cervicati sunt, qui non solum faciunt male, sed nec agnoscere volunt, et quando obiurgantur, iustificant se – ecce fecisti: saltem agnosce quid feceris. Odit deus peccatorem? Oderis et tu. Coniungere deo. Simul persequimini peccatum tuum. 'Non!' inquit: 'ego bene feci, deus male fecit'. Quid est hoc? 'Ego nihil male feci, inquit, quia Saturnus fecit, quia Mars fecit, quia Venus fecit: ego nihil feci, stellae fecerunt' – iustificas te, accusas deum qui fecit stellas, qui ornavit caelum? Itaque quoniam iustificas peccatum tuum, et superbis adversus deum, quia te facis extra culpam, et deum in

9,14 Luc. 18, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **15** nemo *inc. K* **24** se *des. K* **31** superbis *inc. K* | deum[1] *des. K*

12 sibi veraciter *tr.* $W_1\,W_2$ **13** elidet $W_1\,W_2\,H_1$ **14** et *om.* η **15** mihi esto *tr. B* **17** concidit $\alpha\,Gt\,B$ **18** mei *om.* $\delta_1\,H_2\,B\,P_7$ **20** concidit $\alpha\,Gt\,B\,O_4$ **21** concidit $\alpha\,Gt\,B\,\eta$ | sed *om.* $\delta_1\,B$ **22** omnes *om. B* **23** mala $\alpha\,\eta\,ma$ ne cognoscere $Br_1\,P_{23}$ **24** se] dicentes *add. K*; et dicunt $\eta\,\varepsilon$ **27** hoc est *tr. lo ma* | male[2]] mali $Vr\,B\,P_{23}\,ma$ | inquit] quid *B* **28** nihil] mali *add.* $Br_1\,P_{23}$ **29** dominum *B* **30** ordinavit $A^2\,H_1\,B\,\eta$ | quoniam] quia $\eta\,C$; qui *Rm* **31** deum[1] ... deum] *bis* dominum *B* | culpa $W_1\,W_2\,B$ | et *om.* $W_1\,W_2\,H_2\,B$

culpa, et tantum erexisti cervicem, et cucurristi contra deum, sicut scriptum est in Iob (dicebat de impio peccatore: *Currens adversus deum in crassa cervice scuti sui,* et ibi cervicem nomina-
35 vit), quia sic te erigis et non elidis oculos ad terram et tundis pectus et dicis: *Domine, propitius esto mihi peccatori,* sed iactas te de meritis tuis, et vis mecum, inquit deus, iudicio contendere, intrare mecum in iudicio, cum debeas in reatu tuo satisfacere deo et clamare ad illum quod clamatur in alio psalmo: *Si iniquitates*
40 *observaveris, domine, domine, quis sustinebit?,* clamare ad illum, quod clamatur in alio psalmo: *Ego dixi: domine, miserere mei, sana animam meam, quoniam peccavi tibi,* quoniam haec non vis dicere, sed iustificas facta tua adversus sermonem dei, venit in te quod sequitur scriptura, et dicit: DOMINUS IUSTUS CONCIDET
45 CERVICES PECCATORUM.

(10.) CONFUNDANTUR ET AVERTANTUR OMNES QUI ODERUNT SION. Qui oderunt Sion, oderunt ecclesiam: Sion ecclesia est. Et qui intrant in ecclesiam ficte, oderunt ecclesiam. *v. 5*

---

33 Iob 15, 26 36 Luc. 18, 13 37 vis ... contendere] *cf.* Ier. 2, 29 39 Ps. 129, 3 41 Ps. 40, 5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 44 dominus *inc. K* 10,2 ecclesiam *des. K*

---

32 culpam *A* H_2 | erexisti] fecisti *B* | cervicem] tuam *add.* $\gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* dominum H_2 *B* 33 impio] et *add. B* | peccatorem $W_1\ W_2$; peccator *Gt* $\gamma_1\ \zeta$ 34 dominum *B* | cervice] cervicem $W_1\ W_2$ | scuti sui] cuti sui ε; scutis *B* 35 elides $\delta_1\ Br_1$ 37 iudicio] in *praem.* $W_1\ W_2$ 38 intra $\eta\ \varepsilon$ | in iudicio] in iudicium $\eta\ \varepsilon$; ad iudicium *lo ma* | tuo *om. B* | satisfacere] adhuc *praem. B* 39 iniquitatem $H_2\ \gamma\ \zeta$ 40 clamare] clama $A^2\ H_2$ 42 quoniam[1]] quia P_6 *ma* | non vis] debes γ_1 43 facta] peccata $\gamma_1\ P_6$ 44 concidit V_2 *Gt* H_2 *B* 10,1 avertantur] revereantur α *B*; convertantur $Br_1\ P_{23}$; retrorsum *add.* δ_1 *Gt* $O_4\ \gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* 2 qui ... ecclesiam *om.* $W_1\ W_2$ 3 ecclesia est] ecclesiam *B* | intrat δ_1 | ecclesiam[1]] ecclesia $W_1\ W_2$

Qui nolunt observare verbum dei, oderunt ecclesiam, sed SUPER DORSUM FABRICAVERUNT. Quid factura est ecclesia, nisi portatura usque in finem?

v. 6 (11.) Sed quod de illis sequitur, dicit: FIANT SICUT FENUM TECTORUM, QUOD PRIUSQUAM EVELLATUR ARUIT. Fenum tectorum herba est quae nascitur in tectis, in solario integulato. In alto videtur, et radicem non habet. Quanto melius humilius mi 1695
nasceretur, et laetius viresceret! Modo nascitur altius ad celeriorem ariditatem. Nondum evulsum est, et aruit. Nondum finiti
sunt in iudicio dei, et iam non habent succum viriditatis. Atten- cc 1888
dite opera ipsorum, et videte quia aruerunt. Sed vivunt, et hic sunt. Nondum ergo avulsi sunt: aruerunt, sed nondum avulsi sunt; facti sunt SICUT FENUM TECTORUM, QUOD PRIUSQUAM EVELLATUR ARUIT.

(12.) Et venient messores, sed non de illis implent manipulos. Venturi sunt enim messores, et collecturi sunt triticum in horreum, et zizania alligabunt, et mittent in ignem. Sic et fenum tectorum expurgatur, et quidquid inde evellitur in ignem mittitur, quia et priusquam evelleretur aruit. Non inde implet
v. 7 messor manus. Sequitur enim et dicit: NON REPLEVIT MANUM

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (*-S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **4** qui *inc. K* | ecclesiam *des. K* **5** quid *inc. K* **11,6** ariditatem *des. K* **7** attendite *inc. K* **11** aruit *des. K* **12,2** venturi *inc. K*

---

4 qui ... ecclesiam *ante* et qui (*l. 3*) *tr.* α (*exc. Vr*) | sed *om. C ac., ma* **5** dorsum] meum *add.* $\alpha_2\,W_1\,W_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta$
11,1 quid $\alpha_2\,\delta_1\,\gamma\,\zeta\,P_{14}\,ma$ | sequitur et dicit $\delta_1\,K\,B\,T\,P_{15}$; dicit et sequitur γ; dicit sequitur $C\,P_6\,ma$ **2** exaruit $\delta_1\,\varepsilon\,P_6\,w$; exarescit *K* **4** humilis $W_1\,W_2\,B\,K\,\eta$ (*exc.* O_4) **6** divulsum $\pi\,\eta\,Br_1\,P_{23}$ | puniti $\delta_1\,Br_1\,P_{23}$ **8** et[1] *om. B* **11** avellatur *B*
12,3 horreo η | et[1] *om.* $\delta\,\eta$ | zizaniam $W_1\,\varepsilon$ **4** mittetur η evellatur $\delta_1\,\eta$ (*exc.* O_4) **5** implent $W_1\,W_2\,\eta$ **6** messores $W_1\,W_2\,Gt\,\eta$ | replevit] implet H_2; implevit η

SUAM MESSOR, ET SINUM SUUM QUI MANIPULOS COLLIGIT. *Messores autem angeli sunt,* dominus dicit.

(13.) ET NON DIXERUNT TRANSEUNTES VIAM: BENEDICTIO DOMINI SUPER VOS, BENEDIXIMUS VOS IN NOMINE DOMINI. Nostis enim, fratres, quando transitur per operantes, est consuetudo ut dicatur illis: BENEDICTIO DOMINI SUPER VOS. Et magis ista consuetudo erat in gente Iudaeorum. Nemo transibat et videbat aliquos facere aliquod opus in agro vel in vinea vel in messe vel aliquid eiusmodi, non licebat transire sine benedictione. Alii sunt qui manipulos colligunt, alii sunt transeuntes viam. Qui manipulos colligunt, non de illis replent manus, quia non colligitur ad horreum fenum tectorum. Qui sunt qui manipulos colligunt? Messores. Qui sunt messores? Dominus dixit: *Messores autem sunt angeli.* Qui sunt transeuntes? Illi qui iam per viam istam, id est per vitam istam transierunt hinc ad patriam. Apostoli transeuntes erant in ista vita, prophetae transeuntes erant. Quos benedixerunt prophetae et apostoli? Illos in quibus radicem caritatis viderunt. Quos autem invenerunt in tectis eminere et superbire *in cervice scuti sui*, dixerunt contra illos quod futuri *v. 8*

12,8 Matth. 13, 39 **13,17** Iob 15, 26

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **13,8** colligunt *des. K* **9** non[1] *inc. K*

---

7 collegit $\delta_1 K H_2 C$

13,2 benedicemus *K Gt*; benedicimus $\delta_1 H_2 B P_{23}$ | vos[2]] vobis $Br_1 P_{23}$ *w* **5** transibat] $K H_2 C P_{23}$ *ma*; transiebat *cett.* **6** aliquos *om.* ε | aliquos facere *om.* δ_2 (*exc. Gt*) *B* η | aliquod facere *tr.* ε; aliquod *om.* $P_{14} P_{15}$ **7** aliquid] in *praem. K* H_2 | huiusmodi *B C* P_6 *ma* **8** alii sunt transeuntes viam alii sunt qui manipulos colligunt *tr.* $W_1 W_2 O_4$ **9** replet $\delta_1 W_1 W_2 K \eta$ **10** collegitur *K*; colligetur *B*; colliguntur $W_1 W_2$ **11** messores[1] *om.* $W_1 W_2 P_7$ **12** autem *om. K C* | sunt autem *tr.* $\delta_1 H_2 B \eta Br_1 P_{23}$ **13** vitam] viam $\delta_1 \varepsilon$ **14** in ... erant *om.* $Br_1 P_{23}$ **15** viderunt radicem caritatis *tr.* η **16** invenerunt] viderunt $H_2 B$ **17** cervicem $\delta P_7 Br_1 P_{23}$ | quod] quos δ_1

erant, benedictionem autem super eos non dederunt. Ergo omnes istos malos quos portat ecclesia, qui legitis in scripturis, invenitis maledictos designatos ad Antichristum pertinere, ad diabolum pertinere, ad paleam pertinere, ad zizania pertinere. Et multa innumerabilia per similitudinem dicuntur de illis quia *non omnis qui dicit: Domine, domine, intrabit in regnum caelorum.* Nullam invenis scripturam quae de illis bene loquatur, quia transeuntes viam non illos benedixerunt. Transierunt prophetae, omnia de illis male dixerunt. Ecce et iste quem portamus, David transiit viam; audistis quid de illis dicit: DOMINUS IUSTUS CONCIDET CERVICES PECCATORUM. CONFUNDANTUR, ET AVERTANTUR, OMNES QUI ODERUNT SION. FIANT SICUT FENUM TECTORUM, QUOD PRIUSQUAM EVELLATUR ARUIT. NON REPLEVIT MANUM SUAM MESSOR, ET SINUM SUUM QUI MANIPULOS COLLIGIT. Haec de illis dixit. Non ergo supra illos iste transiens benedixit, et impletum est etiam per illum quod ipse dixit: ET NON DIXERUNT TRANSEUNTES VIAM: BENEDIXIMUS VOS IN NOMINE DOMINI. Et isti transeuntes sive prophetae sive patriarchae sive apostoli, quicumque transierunt, si bene vivimus, fratres, benedixerunt nos in nomine domini. 'Quando me, inquis, benedixit Paulus? Quando me benedixit Petrus?' Attende in scripturis, vide si bene vivis, et vide ibi benedictum te fuisse. Omnes bene viventes

20 25 cc 1889 30 mi 1696

22 Matth. 7, 21

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **18** dederunt *des. K* **22** similitudinem *des.* H_2

18 eos] illos $W_1\ W_2\ Gt$ | istos omnes *tr.* $\eta\ ma$ **21** zizania $W_1\ C\ ma$, zizaniam *cett* | et] ad δ_1; ad *add.* $Br_1\ P_{23}$ **23** dicit] mihi *add.* $C\ Y\ ma$ | intravit $W_1\ W_2$ **24** quia] qui B **25** illis ε | transeuntes $\gamma\ \zeta$ **26** mala $W_1\ W_2\ B\ N^2\ An_4\ \gamma_1\ ma$ **27** dixit *lo ma* **28** avertantur] revereantur B; retrorsum *add.* $\delta_1\ \gamma\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ ma$ **29** omnes *om. B* **30** replebit δ_1 **31** collegit $H_1\ C$ **32** de *om.* δ_1 **33** quod] et *praem.* δ_1 | ipse] transiens *add.* ε **36** fratres si bene vivimus *tr.* η | vivemus $W_1\ W_2$ **37** inquit $\alpha\ \delta_1\ \gamma\ \zeta$ **39** vide] videte $W_1\ W_2$

benedixerunt. Et quomodo benedixerunt? IN NOMINE DOMINI, non in nomine suo, sicut haeretici. Qui enim dicunt: 'Quod nos damus, hoc est sanctum', in nomine suo volunt benedicere, non IN NOMINE DOMINI. Qui autem dicunt: 'Non sanctificat nisi deus, nec quisquam est bonus nisi dono dei', ipsi IN NOMINE DOMINI benedicunt, non in nomine suo. Qui amici sunt sponsi, nolunt esse adulteri sponsae. Conversi ad sponsum.

IN PSALMUM CXXIX

(1.) Quoniam vos non solum oculis corporis, sed etiam corde vigilare praesumimus, intellegenter nos cantare oportet: DE PROFUNDIS CLAMAVI AD TE, DOMINE: DOMINE, EXAUDI VOCEM MEAM. Etenim vox haec ascendentis est, pertinens ad canticum graduum. Debet itaque unusquisque nostrum videre in quo profundo sit, de quo clamet ad dominum. Clamavit de profundo Iona, de ventre ceti. Erat non solum sub fluctibus, verum etiam in visceribus beluae, nec tamen illud corpus et illi fluctus intercluserunt orationem ne perveniret ad deum, et venter bestiae non potuit tenere vocem deprecantis. Penetravit omnia, disrupit omnia, pervenit ad aures dei – si tamen dicendum est quia disruptis omnibus pervenit ad aures dei, quando aures dei in corde *v. 1–2*

---

in ps. CXXIX,1,6 clamavit ... 10 deprecantis] *cf.* Ion. 2, 2

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K* H_2 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*
in ps. CXXIX,1,1 quoniam *inc.* H_2 **2** de *inc. K* **6** dominum *des. K*

---

40 et *om. B* **41** in *om.* W_1 W_2 **45** quia α δ_1 Br_1 P_{23} *ma* **46** adulterae α sponsi W_1 W_2 | conversi ad sponsum Br_1 P_{23}; *om. cett. ma*
in ps. CXXIX,1,4 haec vox *tr.* $\pi\ \eta\ Y$ | pertinens] et *praem.* ε Y P_{14} P_{15} **6** clamat γ P_6 | deum Br_1 P_{23} **7** Ionas V_2^2 *ma* **9** dominum δ_1 P_6 **11** sic ε Y P_{14} P_{15} | tamen] nunc *add.* $\eta\ \varepsilon$ Y P_{14} P_{15} **12** quando ... dei *om.* α

precantis erant. Ubi enim deum praesentem non habet, cuius fidelis est vox? Verumtamen et nos debemus intellegere de quo profundo clamemus ad dominum. Profundum enim nobis est vita ista mortalis. Quisquis se in profundo intellexerit, clamat, gemit, suspirat, donec de profundo eruatur, et veniat ad eum qui cc 1890 super omnes abyssos sedet super Cherubim, super omnia quae creavit, non solum corporalia, sed etiam spiritalia, donec ad eum veniat anima, donec ab illo liberetur imago ipsius, quod est homo, quae in hoc profundo tamquam assiduis fluctibus exagitata, detrita est, et nisi renovetur et reparetur a deo, qui illam impressit quando formavit hominem – idoneus esse potuit homo ad casum suum, non est idoneus ad resurrectionem suam –, semper in profundo est: nisi liberetur, ut dixi, semper in profundo est. Sed cum de profundo clamat, surgit de profundo, et ipse clamor non eum permittit multum in imo esse. Valde enim in profundo sunt qui nec clamant de profundo.

Dicit scriptura: *Peccator, cum venerit in profundo malorum, contemnit.* Iam videte, fratres, quale profundum sit, ubi contemnitur deus. Cum quisque viderit se quotidianis peccatis obrutum, acervis quibusdam et molibus quibusdam iniquitatum premi, si mi 1697 dictum illi fuerit ut deum roget, irridet. Quibus modis? Primo dicit: 'Si deo displicerent facinora, ego viverem? Si curaret deus

18 *cf.* Ps. 79, 2 22 qui ... hominem] *cf.* Gen. 1, 26 29 Prov. 18, 3

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 16 quisquis *inc. K* 19 creavit *des. K* 25 nisi *inc. K* 31 obrutum *des. K* 33 dictum *inc. K* | irridet *des. K* | primo *inc. K*

13 praesentem deum *tr.* δ(*exc. B*) 15 exclamemus $\eta\ \varepsilon$ *P*$_{14}$ *P*$_{15}$ | deum *B* est nobis *tr. Br*$_1$ *P*$_{23}$ 16 ista vita *tr.* δ_1 17 donec] et *praem. V*$_2$ *H*$_1$ ε *Y P*$_{14}$ *P*$_{15}$ 18 sedet] et *add. P*$_6$ *ma* 20 ad illum δ_1 *W*$_1$ *W*$_2$, *P*$_7$*ac.* 22 est] fiet *W*$_1$ *W*$_2$; fiat ε *Y* 23 potuit esse *tr.* δ_1 *P*$_{23}$ *ma* 25 ut dixi nisi liberetur *tr.* $\eta\ \varepsilon$ | nisi ... est *om.* δ_1 29 profundum δ_2 *P*$_{23}$ ζ *ma* 32 acerbis *B* | mollibus *W*$_1$ *W*$_2$ praemitur *B* 34 viverem] vivere *B*; non *praem.* α

res humanas, ad tanta scelera quae feci, non solum viverem, sed et bene mihi esset?' Solet enim hoc illis evenire, qui multum in profundo sunt, et prosperantur in iniquitatibus suis; et tanto magis in profundo merguntur quanto magis videntur esse felices. Fallax enim felicitas, ipsa est maior infelicitas. Deinde et hoc solent homines dicere: 'Iam quoniam multa feci et damnatio imminet, hoc perdo quod non facio quidquid possum'. Quomodo solent desperati latrones dicere: 'Sic me occisurus est iudex pro decem homicidiis, quomodo pro quinque, quomodo pro uno, quare non iam quidquid mihi occurrerit facio?' Hoc est *peccator cum venerit in profundo malorum, contemnit.* Sed dominus Iesus Christus qui nec profunda nostra contempsit, qui usque ad istam vitam venire dignatus est, promittens remissionem omnium peccatorum, etiam de profundo excitavit hominem, ut clamaret de profundo sub molibus peccatorum, et perveniret vox peccatoris ad deum: unde clamantis, nisi de profundo malorum?

(2.) Et videte quia vox peccatorum clamat de profundo: DE PROFUNDIS CLAMAVI AD TE, DOMINE: DOMINE, EXAUDI VOCEM MEAM. **FIANT AURES TUAE INTENDENTES IN VOCEM DEPRECATIONIS MEAE.** Unde clamat? De profundo. Quis est ergo qui clamat? Peccator. Et qua spe clamat? Quia qui venit solvere peccata, dedit spem etiam in profundo posito peccatori. Ideo
cc 1891 quid sequitur post istas voces? **SI INIQUITATES OBSERVAVERIS,** *v. 3*

---

adsunt π: $\alpha\ \delta(\text{-}S\ B)$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **36** evenire *des. K* **37** et[1] *inc. K* **38** felices *des. K* **39** deinde *inc. K* **49** profundo *des. K* **2,1** et *inc. K*

---

35 viverem] non *praem.* α_2 **36** mihi bene *tr.* $C\ Y$ | illis hoc *tr. B* **38** felicis $W_1\ W_2$ **39** est ipsa felicitas maior *tr.* α | maior est *tr.* $\alpha\ C\ ma$ | et *om.* $Br_1\ P_{23}$ **41** possum] et ex hoc perdor cur non facio quidquid possum *add. lo ma* **44** iam] faciam *add.* $\gamma\ O_4\ P_{23}\ \zeta$ **45** profundum $\alpha\ \delta_2\ P_{23}\ \zeta\ ma$ **50** clamantes $Br_1\ P_{23}$

2,1 peccatoris *ma* | de profundo] ad deum *praem.* P_6; ad dominum *B* **2** exclamavi *B* **4** est *om.* ε | ergo est *tr.* δ_1 | ergo *om.* $W_1\ W_2\ Gt$ **5** qua spe] quare $Br_1\ P_{23}$ **7** observaberis δ_1

DOMINE, DOMINE, QUIS SUSTINEBIT? Ecce aperuit de quo profundo clamaret. Clamat enim sub molibus et fluctibus iniquitatum suarum. Circumspexit se, circumspexit vitam suam; vidit illam undique flagitiis et facinoribus coopertam: quacumque respexit, nihil in se bonum invenit, nihil illi iustitiae serenum potuit occurrere. Et cum tanta et tam multa peccata undique et catervas scelerum suorum videret, tamquam expavescens exclamavit: SI INIQUITATES OBSERVAVERIS, DOMINE, DOMINE, QUIS SUSTINEBIT? Non dixit: 'Ego non sustinebo', sed QUIS SUSTINEBIT? Vidit enim prope totam vitam humanam circumlatrari peccatis suis, accusari omnes conscientias cogitationibus suis, non inveniri cor castum praesumens de iustitia sua. Si ergo cor castum non potest inveniri, quod praesumat de iustitia sua, praesumat omnium cor de misericordia dei et dicant deo: SI INIQUITATES OBSERVAVERIS, DOMINE, DOMINE, QUIS SUSTINEBIT?

v. 4 (3.) Quare autem spes est? QUONIAM APUD TE PROPITIATIO EST. Et quae est ista propitiatio, nisi sacrificium? Et quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est? Sanguis innocens fusus delevit omnium peccata nocentium: pretium tantum datum redemit omnes captivos de manu captivantis inimici. Ergo est APUD TE PROPITIATIO. Nam si non esset apud te propitiatio, si iudex solum esse velles et misericors esse nolles, observares omnes iniquitates nostras et quaereres eas, quis sustineret? quis

mi 1698

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 10 suarum *des. K* 17 vidit *inc. K* 3,4 nocentium *des. K* 5 ergo *inc. K*

8 apparuit δ_1 *B* W_2 (*om.* W_1) γ_1 9 fluctibus] sub *praem.* δ_1 H_2 12 serenum iustitiae *tr.* δ 14 caterva *B C*; catena H_2 15 iniquitatem γ_1 | observaberis δ_1 18 conscientias] suas *add.* ε *Y* 19 sua iustitia *tr. lo ma* 20 sua iustitia *tr. lo ma* 21 dicat α *B* $\eta\,\gamma\,\zeta$ *ma* | deo *om. C ma* 22 observaberis δ_1 3,2 est[3] *om.* W_1 W_2 4 effusus est *B* | delebit α W_1 W_2 H_2 | omnium α δ_1; omnia *cett. ma* 6 si[1]] non P_{23}; *om.* W_1 W_2 | apud te esset *tr. B* 7 nolles] non velles *B* | observares] *si *praem.* W_1 W_2 (*probat Primmer*)

ante te staret et diceret: 'Innocens sum'? quis staret in iudicio tuo? Spes ergo una est: QUONIAM EST APUD TE PROPITIATIO.

PROPTER LEGEM TUAM SUSTINUI TE, DOMINE. Quam legem? Quae reos fecit. Data est enim lex sancta, iusta, bona Iudaeis, sed reos eos potuit facere. Non data est lex quae *posset vivificare*, sed quae ostenderet peccatorem peccatori. Peccator enim oblitus erat se, nec videbat se: data est illi lex ut videret se. Fecit reum lex, liberavit lator legis. Lator enim legis imperator est. Lex data est quae terreat et constringat in reatum; et non solvit lex a peccatis, sed ostendit peccata. Et forte sub ipsa lege positus, animadvertit iste in profundo quanta fecerit contra legem, et sic exclamavit dicens: SI INIQUITATES OBSERVAVERIS, DOMINE, DOMINE, QUIS SUSTINEBIT? Est ergo lex misericordiae dei, lex propitiationis dei. Illa timoris fuit, est alia lex caritatis. Lex caritatis dat veniam peccatis, delet praeterita, admonet de futuris, in via non deserit comitem, comes fit ei quem ducit in via. Sed concordandum est cum adversario, dum es in via cum
cc 1892 illo. Est enim sermo dei adversarius tuus quamdiu cum illo non concordas. Concordas autem cum coeperit te delectare facere quod dicit sermo dei. Iam qui erat adversarius, fit amicus. Sic,

---

3,12 data ... Iudaeis] *cf.* Rom. 7, 12 13 posset vivificare] *cf.* Gal. 3, 21
25 sed ... illo] *cf.* Matth. 5, 25

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 9 sum *des. K* 10 est[2] *inc. K* 12 fecit *des. K* 14 peccator *inc. K* 17 est[1] *des. K* 21 ergo *inc. K* 22 caritatis *des. K*

---

10 una] bona *B* 12 facit *B* | bona] et *praem.* α 13 eos *om. B Y* | possit δ_1 *Gt* H_2 *B* Br_1 14 peccatorem δ (*probat Primmer*); peccata *cett. ma* | peccatori peccatorem *tr. B* | peccatori *om.* H_2 15 se[2]] sed δ_1 16 reum] eum δ_1 17 in] se *add. B* 18 peccata] peccatum *B* | et forte *om. B* 20 iniquitatem γ_1 | observaberis δ_1 21 est] et *praem.* $Br_1\ P_{23}$ 22 timoris] dei *add.* $\delta_1\ H_2$ 25 via[1]] viam $\varepsilon\ P_6$ | es] est *B* | cum illo (eo *lo ma*) in via *tr.* $\gamma\ \zeta$ *ma* 28 fiat α *B*

finita via, non erit qui te tradat iudici. Ergo PROPTER LEGEM TUAM SUSTINUI TE, DOMINE, quia dignatus es legem misericordiae afferre mihi, dimittere omnia peccata mea, dare mihi de cetero monita ne te offendam. In ipsis monitis si quid forte titubavero, dedisti mihi remedium quo te orem dicens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Hanc legem statuisti mihi, ut quomodo dimitto, dimittatur mihi. PROPTER hanc LEGEM SUSTINUI TE, DOMINE. Exspectavi quando venias et liberes ab omni necessitate, quia in ipsa necessitate non deseruisti legem misericordiae.

(4.) Audi quam legem dicat. Si nondum intellexisti quia legem modo dicit caritatis, apostolum audi: *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi.* Qui portant invicem onera sua, nisi qui habent caritatem? Qui non habent caritatem, graves sunt sibi. Qui autem habent caritatem, portant se. Laesit te aliquis, petit veniam: si non dimittis, non portas onus fratris tui; si dimittis, portas infirmum. Et tu si forte in aliquam infirmitatem cecideris quasi homo, oportet ut sic te portet et ille, quemadmodum et tu. Audi quid praecesserit: *Fratres* inquit, *si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis.* Et ne forte, quia spiritales monuerat, velut securi sibi viderentur, continuo subiecit: *Inten-*

33 Matth. 6, 12 **4,2** Gal. 6, 2 **9** Gal. 6, 1 **12** *ibid.*

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **29** propter *inc. K* **36** domine *des. K* **4,2** invicem *inc. K* **4** sua *des. K*

29 tradat te *tr. lo ma* **32** monitis] monita *B* **33** docens δ_1 **36** exspectavi] expectabo $N\,P_{14}\,P_{15}$; expectata *T Y*; expecto P_6 **37** venies δ_1
4,1 si ... intellexisti *om. B* **2** dicit modo *tr.* α | audi apostolum *tr.* $H_1\,W_1\,W_2\,\eta\,\varepsilon\,\gamma_1\,\zeta\,ma$ **3** adimplebitis *B* **5** laesit] licet $Br_1\,P_{23}\,Y$ **6** petiit *B* **7** aliqua infirmitate $W_1\,W_2\,B\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}$ **8** et *om.* $W_1\,W_2\,\zeta$ **9** audite *B* **12** veluti *ma*

dens teipsum, ne et tu tenteris. Deinde quod commemoravi, subiunxit: *Alter alterius onera portate, et sic implebitis legem Christi.* Unde dicit et PROPTER LEGEM TUAM SUSTINUI TE, DOMINE. Dicuntur cervi, quando transeunt freta in proximas insulas pas-
mi 1699 cuae gratia, capita super invicem ponere, et unus, qui ante est, solus portat caput et non ponit super alterum, sed cum et ipse defecerit, tollit se ab anteriore parte, redit posterius, ut et ipse in altero requiescat, et sic portant onera sua, et perveniunt ad quod desiderant, et non patiuntur naufragium, quia quasi navis est illis caritas.

Itaque caritas portat onera, sed non timeat ne prematur oneribus talibus. Ne peccatis suis unusquisque prematur, attendat. Nam quando portas infirmitatem fratris tui, non te onerant peccata ipsius. Plane si consentias, iam tua te premunt, non alterius. Quisquis enim consenserit peccatori, non alienis, sed suis gravatur. Consensio enim ad peccatum alterius tuum fit peccatum, et non est quare queraris quod peccata aliena te premant. Dicitur enim tibi: 'Premunt te, sed tua'. Vidisti furem, cucurristi cum eo. Quid est hoc? Pedibus ambulasti ad furtum, immo mente coniunxisti te furto. Quod ipsius solum erat,

14 Gal. 6, 2 30 vidisti ... eo] *cf.* Ps. 49, 18

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 16 dicuntur *inc. K* 22 caritas *des. K*

13 ne] forte *add. B* | commemoravit *B* 14 adimplebitis *B* $\gamma\,\zeta\,ma$ 15 et *om.* $\pi\,ma$ 16 in proximas insulas freta *tr.* $Br_1\,P_{23}$ 17 super] se *add.* $\zeta\,ma$ 19 anteriori $W_1\,W_2\,P_6$ | redit] et *praem.* $\zeta\,ma$ 20 et[1] *om.* α | portant] portent δ_1; omnes *add.* $\delta\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}\,T\,Y\,ma$ | et[2] *om. B* 23 timet $\gamma_1\,P_{14}\,P_{15}\,P_6$ 24 talibus oneribus *tr.* $\alpha\,ma$ | talibus *om.* γ_1 | neque δ_1 27 quis δ_1 alienis] in *praem. B* 28 gravabitur $A^2\,W_1\,W_2$ 29 peccatum] ad *add.* α | est *om. B* | quaeraris $Br_1\,B$ | quod] quia δ_1 | premunt $\gamma_1\,P_6$ 31 cucurristi] concurristi *B*; et *praem.* $Br_1\,P_{23}$ | hoc *om.* δ_1 32 te *om.* $\delta_1\,B$ | furto] furi *ma* | solus δ_1

factum est et tuum, quia placuit tibi. Si autem displicuerit tibi, et cc 1893
oraveris pro eo, et deprecatus veniam dederis, ut possis libera
fronte dicere in precibus tuis, quas tibi iurisperitus caelestis
dictavit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,* didicisti portare onera fratris tui, ut et alius portet, si qua sunt, tua, et fiat in vobis quod ait apostolus: *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi.* Ita securus cantas quod modo dictum est: PROPTER LEGEM TUAM SUSTINUI TE, DOMINE.

(5.) Hanc autem legem qui non servat, nec sustinet dominum nec, si velit sustinere, causa est quare sustineat: inaniter sustinet. Venturus est enim dominus et inventurus peccata tua. Quod autem perfecta iustitia vixisti, non est inventurus. Homicidium forte – gravia sunt enim et valde maiora – non est inventurus, adulterium non est inventurus, furta non est inventurus, rapinam non est inventurus, maleficia non est inventurus, idolatriam non est inventurus: non est ista inventurus. Nihil ergo est inventurus? Audi sermonem evangelii: *Qui dixerit fratri suo: fatue.* Ab istis etiam peccatis linguae minutissimis quis abstinet? Sed forte dicis: 'Parva sunt'. *Reus erit* inquit *gehennae ignis.* Si

36 Matth. 6, 12 38 Gal. 6, 2 5,9 Matth. 5, 22

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

33 est *om.* δ_1 39 adimplebitis *B C* ζ 40 quo *A* H_2 *Y*
5,1 deum *B* $Br_1\ P_{23}$ 2 vellet *B* 4 perfecta autem *tr.* α | vixisti] dixisti *B* est *om. ma* | homicidam $\alpha\ B\ P_{23}$; homicida $H_1\ W_1$; homicidia *A* $W_2\ \eta\ Br_1\ T$ *ma* 6 non[1] ... inventurus *om.* δ_1 | non[2] ... inventurus *om.* δ_1 7 non[1] ... inventurus *om.* δ_1 | non[2] ... inventurus *om.* $\delta_1\ P_6$ | idololatriam *lo ma*; idololatria *A N*; idolatria *C* 8 non[1] ... inventurus *om.* $H_2\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ Br_1\ P_{23}\ P_{14}\ P_{15}$ *ma* | non[2] ... inventurus] ista $W_1\ W_2$ | ita δ_1 | est ergo *tr.* ε | est[3] *om.* δ_1 | est inventurus[2]] inventurus est *tr.* $\delta_2\ B\ \eta\ P_{23}$ 10 etiam] enim $Br_1\ P_{23}$ immanissimis $\delta\ \eta\ \varepsilon\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 11 inquit erit *tr. B*

parvum tibi videtur aut modicum fratri dicere *fatue,* vel gehenna ignis videatur tibi magna. Si contemnebas minus peccatum, vel poenae magnitudine deterrere. Sed dicis: 'Minora sunt, minuta sunt, sine quibus non potest ista vita'. Congere minuta, et faciunt ingentem acervum. Nam et grana minuta sunt, et tamen massam faciunt; et guttae minutae sunt, et flumina implent, et moles trahunt. Ideo et ille considerans quam multa minuta peccata
mi 1700 quotidiana committat homo, si nihil aliud, vel per cogitationes et linguam attendit quam multa sint, et si attendit quam minuta sint, vidit per multa minuta fieri acervum magnum, et non quasi peccata sua pristina cogitans, sed ipsam fragilitatem humanam, iam ascendens clamat: DE PROFUNDIS ait CLAMAVI AD TE, DOMINE: DOMINE, EXAUDI VOCEM MEAM. FIANT AURES TUAE INTENDENTES IN VOCEM DEPRECATIONIS MEAE. SI INIQUITATES OBSERVAVERIS DOMINE, DOMINE, QUIS SUSTINEBIT? Possum vitare homicidia, adulteria, rapinas, periuria, maleficia, idolatriam; numquid et peccata linguae? Numquid et peccata cordis? Scriptum est: *Peccatum iniquitas est.* QUIS ergo SUSTINEBIT, SI TU INIQUITATES OBSERVAVERIS? Si nobiscum severus iudex agere volueris, non misericors pater, quis stabit ante oculos tuos? sed
cc 1894 EST APUD TE PROPITIATIO: PROPTER LEGEM TUAM SUSTINUI TE,

---

29 1 Ioh. 3, 4

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

12 parum *A ac.*, *B* ε | videbatur *ma* | dicere fratri *tr. B* **13** videtur π (*exc. Gt*) $\eta\ \varepsilon$ **14** magnitudinem *B* **15** potest] esse *add.* $R_3\ V_2\ P_6$ *ma* | ista] esse *add. Gt*; agi α_2 | vita] transigi *add.* $A^2\ O_{42}$ **18** peccata *om. B* **20** lingua $W_1\ W_2$ | sunt γ_1 | et ... sint *om.* $W_1\ W_2\ B$ | quam[2]] quia $Br_1\ P_{23}$ **21** sunt γ_1 videt *Gt* P_{23} *ma* **23** ait *Vr F* $\delta_2\ B\ Br_1\ P_{23}\ X\ Y$; *om. cett. ma* **25** observaberis δ_1; observabis*B* **26** possumus vitare *Gt B* O_4; vitare possumus *N*; vitare possum $An_4\ \gamma_1\ \zeta$ *ma* **27** idololatriam *ma* **28** peccata[1]] peccatum *C* P_6 **30** observaberis δ_1 **32** propitiatio] et *praem.* $W_1\ W_2\ P_6$

DOMINE. Quae lex est ista? *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi.* Qui portant invicem onera sua? Qui fideliter dicunt: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.*

(6.) SUSTINUIT ANIMA MEA IN VERBUM TUUM. Nemo sustinet, nisi qui nondum accepit quod promissum est. Nam qui iam accepit, quid sustinet? Accepimus remissionem peccatorum, sed promissum est nobis regnum caelorum. Debita nostra deleta sunt, sed merces nostra adhuc futura est. Accepimus veniam, sed aeternam vitam nondum tenemus. Sed qui dedit veniam, ipse promisit et vitam aeternam. Si verbum nostrum esset, deberemus timere; quia verbum dei est, non fallit. Securi ergo speramus in verbum eius qui fallere non potest.

v. 5-6 SPERAVIT ANIMA MEA IN DOMINUM A VIGILIA MATUTINA USQUE AD NOCTEM. Quid est quod ait? Uno die speravit in dominum, et finita est tota spes ipsius? A vigilia matutina usque ad noctem speravit in dominum? Ista vigilia matutina finis noctis est: hinc usque ad noctem speravit anima mea in dominum? Ergo intellegendum est, ne putemus uno die nobis sperandum esse in dominum, A VIGILIA MATUTINA USQUE AD NOCTEM. Quid ergo

---

33 Gal. 6, 2 35 Matth. 6, 12

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* **6,1** sustinuit *inc. K* **2** est *des. K* **3** accepimus *inc. K* **4** caelorum *des. K* **8** ergo *inc. K* **11** noctem *des. K* **15** intellegendum *inc. K* **16** noctem *des. K*

---

33 quae] qualis $\gamma_1\,\zeta\,ma$ | est lex *tr. ma* **34** adimplebitis *Gt B* | qui[1]] hi *praem.* $\varepsilon\,P_6\,Y\,P_{14}\,P_{15}$
6,2 nondum] non δ_1 | accipit $W_1\,W_2\,Y$ **4** nobis est *tr.* $\delta\,\eta\,\varepsilon$ **7** et *om.* δ_1 **9** eius verbum *tr.* $H_1\,B\,Y$; eius verbo $\delta\,\eta$ | quia $H_2\,Br_1\,P_{23}$ **10** domino π (*exc.* $W_1\,W_2$) $O_4\,\varepsilon$ **11** in nocte $W_1\,W_2\,B$ | una $\gamma\,\zeta D$ **12** domino $\alpha\,H_1\,H_2\,B\,\eta\,\gamma\,\zeta$ **13** ad] in δ_2 (*exc. Gt*) *B* | speravit] Israel *add.* $\varepsilon\,Y$ | domino $\alpha\,H_2\,\varepsilon$ | ita δ_1 | est noctis *tr.* ζ **14** ad] in $W_1\,W_2\,B$ | domino α **15** nobis *om.* $H_2\,Br_1\,P_{23}$ **16** ad] in $W_1\,W_2$

putatis, fratres? Hoc est A VIGILIA MATUTINA USQUE AD NOCTEM SPERAVIT IN DOMINUM, quia dominus, per quem nobis dimissa sunt peccata, in vigilia matutina resurrexit a mortuis, ut hoc speremus in nobis futurum quod praecessit in domino. Iam enim peccata nostra dimissa sunt, sed nondum resurreximus. Si nondum resurreximus, nondum in nobis factum est quod praecessit in capite nostro. Quid praecessit in capite nostro? Quia et caro ipsius capitis resurrexit. Spiritus illius capitis numquam mortuus est, sed quod in eo mortuum est resurrexit. Resurrexit autem tertia die; et quodam modo hoc nobis dixit dominus: 'Quod in me vidistis, sperate in vobis', id est: 'Quia erit resurrectio, resurgetis et vos'.

(7.) Sed sunt qui dicant: 'Ecce resurrexit dominus; numquid propterea sperandum est et me posse resurgere?' Utique mi 1701 propterea. In hoc enim resurrexit dominus quod a te accepit. Non enim resurgeret nisi mortuus esset, non enim mortuus esset nisi carnem portaret. Quid accepit a te dominus? Carnem. Quid venit ipse? Verbum dei, quod erat ante omnia, per quod facta sunt omnia. Sed ut acciperet abs te aliquid, *verbum caro factum* cc 1895 *est, et habitavit in nobis*. Accepit abs te, quod offerret pro te: quomodo accipit a te sacerdos, quod pro te offerat, quando vis

---

7,6 verbum ... omnia[2]] *cf.* Ioh. 1, 3 7 Ioh. 1, 14

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 18 quia *inc. K* 21 resurreximus *des. K* 7,8 accepit *inc.* f_5

---

17 fratres putatis *tr.* $Br_1\,P_{23}\,Y$; fratres putas $V_2\,Vr\,\delta$ | esse $\zeta\,Br_1$ | ad] in $W_1\,W_2$ 18 speravit] anima mea *add.* $P_6\,ma$ | domino $H_1\,H_2$ 20 speremus *om.* *B* 22 nondum resurreximus *om.* δ_1 23 quid ... nostro *om.* $H_1\,B$ 24 numquam] numquid $\gamma_1\,\zeta\,P_{14}\,P_{15}\,ma$ 25 resurrexit[1] *om.* $\gamma_1\,T$ 27 erit resurrectio] ego resurrexi $\zeta\,ma$

7,1 dicunt $Br_1\,P_{23}$ 4 enim[2]] *autem $\pi\,\zeta\,P_{23}\,ma$ 6 quod[2]] quem $\gamma_1\,ma$ 8 offerret] et *add.* $Vr\,Gt$ 9 accepit δ; accipiat Gt | sacerdos a te *tr.* $C\,ma$

placare deum pro peccatis tuis. Iam factum est, ita factum est. Sacerdos noster a nobis accepit quod pro nobis offerret. Accepit enim a nobis carnem, in ipsa carne victima factus est, holocaustum factus est, sacrificium factus est. In passione sacrificium factus est; in resurrectione innovavit illud quod occisum est, et tamquam primitias tuas dedit deo, et ait tibi: 'Consecrata sunt iam omnia tua, quando tales primitiae de te datae sunt deo. Spera ergo et in te futurum quod praecessit in primitiis tuis'.

(8.) Ergo ille quia A VIGILIA MATUTINA resurrexit, coepit anima nostra ex hoc sperare. Et quousque? USQUE IN NOCTEM: quousque moriamur. Omnis enim mors nostra carnalis quasi somnus est. Coepisti sperare ex quo resurrexit dominus, noli deficere sperare quousque exeas ab hac vita. Nam si non usque ad noctem speraveris, deletur totum quod speraveras. Sunt enim homines qui incipiunt sperare, sed non perseverant usque ad noctem. Incipiunt pati tribulationes aliquas, incipiunt pati tentationes, vident homines malos et iniquos felicitate temporali pollere, et quoniam talia sperabant de domino, ut hic essent felices, attendunt eos qui scelera fecerunt, habere quod ipsi habere desiderabant; et deficiunt pedes eorum, et desinunt sperare. Quare? Quia non A VIGILIA MATUTINA coeperunt sperare. Quid est hoc? Non hoc coeperunt sperare de domino, quod praecessit

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (*-S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}\,f_5$ *et al.* 10 tuis *des.* f_5 8,1 ergo *inc. K* 5 vita *des. K*

10 placere deum (deo An_4) $W_1\,W_2\,Gt\,\varepsilon\,Y$ 11 sacerdos ... offerret *om.* α 12 enim *om.* α | victima factus] victimatus *B* 13 sacrificium[1] ... est *om.* α | factus[2]] factum $\delta_1\,H_2$ 14 factum δ_1 16 tua *om.* α | primitiae] tuae *add.* ε

8,1 ergo quia ille *tr.* π; ille ergo quia *tr.* $W_1\,W_2\,\eta$ 2 usque *om.* $W_1\,W_2\,Gt\,Br_1\,P_{23}$ 3 nostra *om.* δ_1 5 ab] de $W_1\,W_2\,Gt$ | ad] in $W_1\,W_2\,Gt$ 7 ad] in *B* 9 vident] enim *add.* δ_1 | pollere temporali *tr. C ma* 10 deo $W_1\,W_2$ 11 habere[2] *om.* α 12 sperare] in dominum *add.* $\pi\,\eta\,\varepsilon\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y$ 14 praecessit] non cessit $W_1\,W_2$

in domino ab illa vigilia matutina, sed sperabant de domino ut, si essent Christiani, haberent plenam domum frumento, vino, oleo, argento, auro, nullus eorum moreretur immaturus, si quis non haberet filios, acciperet, si uxorem non duxisset, duceret, non abortiret non solum aliqua mulier in domo eius, sed nec pecus eius, non acescerent cupae eius, non grandinaretur vinea eius. Qui sic sperabat in dominum, animadvertit his rebus abundare eos qui non colunt dominum, et defecerunt pedes eius, et non speravit USQUE AD NOCTEM, quia non coepit A VIGILIA MATUTINA.

(9.) Quis ergo sic incipit A VIGILIA MATUTINA sperare? Qui hoc sperat de domino quod coepit ostendere A VIGILIA MATUTINA in qua resurrexit. Antea enim nemo resurrexerat semper victurus. Intendat caritas vestra. Resuscitati sunt mortui ante adventum domini. Nam et Elias resuscitavit mortuum et Elisaeus, sed resurrexerunt iterum morituri. Dominus ipse quos resuscitavit, morituri resurrexerunt, sive ille iuvenis filius viduae sive illa puella duodecim annorum filia archisynagogi sive Lazarus aliter resuscitati sunt, omnes morituri; semel nati sunt, et bis mortui sunt. Nemo resurrexerat numquam moriturus, nisi

---

8,22 defecerunt ... eius] *cf.* Ps. 72, 2 **9,5** et[1] ... morituri] *cf.* 3 Reg. 17, 22; 4 Reg. 4, 35 **7** ille ... viduae] *cf.* Luc. 7, 15 **8** illa ... archisynagogi] *cf.* Luc. 8, 55 | Lazarus ... aliter] *cf.* Ioh. 11, 44

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **9,1** quis *inc. K* **7** resurrexerunt *des. K* **9** semel *inc. K*

---

16 oleo] et *praem.* $\eta\ \varepsilon$ **17** auro argento *tr.* $\alpha\ \delta_2\ B\ Br_1\ P_{23}$; auro et argento δ_1 $\eta\ Y$; argento et auro $\varepsilon\ T$ | quis] eorum *add.* $H_2\ \varepsilon$ **18** uxorem si *tr.* $Br_1\ P_{23}$ **20** accesseret *Gt*; accesserint $H_1\ \gamma_1$; acesceret cupa $\delta\ Br_1\ P_{23}$ **21** domino $\delta_2\ B$ $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ **22** colebant $\pi\ \eta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ | deum $\pi\ Br_1\ P_{23}$ **23** matutina] sperare *add.* $\varepsilon\ \zeta ma$

9,1 sic *om.* δ_1 | qui] quis *B* **3** ante δ **4** suscitati δ_1 **5** suscitavit $W_1\ W_2\ P_6$ **6** sed *om. B* **9** et] sed $\gamma\ \zeta ma$

dominus. Quando autem resurrexit dominus numquam moritu- cc 1896
rus? A VIGILIA MATUTINA. Hoc spera et tu de domino resurrecturum te, non quomodo Lazarus resurrexit, non quomodo filius viduae et archisynagogi filia resurrexerunt, non quomodo quos suscitaverunt antiqui prophetae, sed resurrecturum te spera quomodo dominus, ut post resurrectionem qua resurrexeris, non te iam timeas moriturum, et coepisti sperare A VIGILIA MATUTINA.

(10.) Spera autem USQUE AD NOCTEM, quousque finiatur haec vita, quousque sit nox universi generis humani in occasu saeculi. Quare hoc USQUE? Quia post istam noctem iam non erit spes, sed ipsa res. *Spes* enim *quae videtur, non est spes,* apostolus dicit, *quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus.* Si ergo patienter exspectare debemus quod non videmus, USQUE AD NOCTEM speremus, id est usque ad finem huius vitae nostrae vel saeculi. Cum autem nox ista transierit, iam veniet quod sperabamus, et non iam sperabimus, nec tamen desperati erimus. Est enim vituperatio desperatorum, et aliquando detestamur hominem, et dicimus: non habet spem. Non semper malum est non habere spem. In hac vita cum sumus, malum est non habere spem. Qui enim modo spem non habet, rem postea non habebit. Ergo modo spem debemus habere. Sed cum res venerit, numquid spes erit? *Quod enim videt quis, quid sperat?* Veniet dominus deus

10,4 Rom. 8, 24–25

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 13 te *des. K* 14 quomodo *inc. K* 10,4 res *des. K*

11 dominus^2 *om. B* 17 iam te *tr.* ζ | a *om.* δ_1
10,1 ad] in $\alpha\ \delta_1\ H_2\ P_{23}$ 3 huc *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *P*$_6$ 7 usque] quousque *praem.* ε *T* 8 speramus *B* | ad] in *B P*$_{23}$ 10 non *om. W*$_2$ | iam non *tr. W*$_1$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ 13 in ... spem *om.* δ_1 15 debemus] non *praem. Vr* α_2

noster, primo formam ipsam in qua crucifixus est et resurrexit demonstraturus generi humano, ut videant et pii et impii. Illi videant et gratulentur invenisse se quod crediderunt antequam
20 viderent, et illi erubescant non se credidisse quod videbunt. Erubescentes damnabuntur, et gratulati coronabuntur. Dicetur confusis: *Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius.* Dicetur gaudentibus: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi,* quod
25 cum acceperint, iam spes non erit, quia res tenebitur. Transacta ergo spe, transibit nox illa, sed donec fiat 'A VIGILIA MATUTINA speret anima nostra in dominum'.

(11.) Et redit ad illud **A VIGILIA MATUTINA SPERET ISRAEL IN DOMINUM.** A VIGILIA MATUTINA USQUE AD NOCTEM SPERAVIT ANIMA MEA IN DOMINUM. Sed quid speravit? A VIGILIA MATUTINA SPERET ISRAEL IN DOMINUM. Non solum SPERET
5 ISRAEL IN DOMINUM, sed A VIGILIA MATUTINA SPERET ISRAEL. Ergo culpo spem saeculi, quando speratur de deo? Non: sed alia spes est Israel propria. Non pro summo suo bono speret Israel divitias, non salutem corporis, non abundantiam terrenorum,
cc 1897 immo tribulationem hic habiturus est, si forte contigerit illi

---

22 Matth. 25, 41 23 Matth. 25, 34

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **25** transacta *inc. K* **27** dominum *des. K*

---

17 primum α | formam] in *praem.* $\varepsilon\ P_{14}\ P_{15}$; forma *B* | ipsam *om. B* **18** et[1] *om.* $\alpha\ H_1\ \zeta\ \gamma_1\ P_{23}$ *ma* **19** et] ut *B* | se *om. B* W_2 | antequam] et *praem.* δ_1 **20** viderunt α **21** et *om. B* | gratulantes *B* | dicitur δ_1 **23** patres *B* **25** spes iam *tr.* α **26** transivit $W_1\ W_2\ N\ C\ Y$; -siit An_4 **27** sperat $W_1\ W_2\ Br_1$ | domino $\delta_2\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$

11,1 illum *B* | a ... matutina] *verba haec repetita legit Aug. cum Prosp. et Ps. Ver.* | a ... dominum *om.* $Br_1\ P_{23}$ | matutina] usque ad noctem *add.* $H_2\ \varepsilon\ \zeta\ Y$ **2** domino $H_2\ \gamma_1\ \zeta\ Y$ | ad] in $\pi\ Y$ | speret $\gamma\ \zeta\ Y$ **3** domino $H_2\ Y$ | quid *om.* $\gamma_1\ P_6\ Y$ **4** domino $H_2\ Y$ **6** domino $W_1\ W_2$ **7** suo summo *tr.* $V_2\ P_{23}$

propter veritatem pati aliquas molestias. Non enim non sperabant in deum martyres, et tamen talia sunt passi qualia latrones, qualia iniqui: subrecti ad bestias, ignibus concremati, gladio percussi, ungulis exarati, catenis obstricti, carcere necati. Ista omnia mala passi: non sperabant in dominum? aut ideo sperabant ut istis malis carentes, hac vita fruerentur? Non plane, quia A VIGILIA MATUTINA sperabant. Quid est hoc? Considerabant illam vigiliam matutinam qua resurrexit dominus eorum, et videbant quia antequam resurgeret, talia et ipse passus erat, qualia ipsi patiebantur, et non desperabant etiam se post tales passiones resurrecturos ad vitam aeternam. SPERAVIT ISRAEL IN DOMINUM A VIGILIA MATUTINA USQUE AD NOCTEM. mi 1703

v. 7 (12.) QUONIAM APUD DOMINUM MISERICORDIA, ET MULTA APUD ILLUM REDEMPTIO. Magnifice. Melius dici non posset loco suo, propter illud quod dixit: A VIGILIA MATUTINA SPERET ISRAEL IN DOMINUM. Quare? Quia A VIGILIA MATUTINA resurrexit dominus, et hoc debet sperare corpus quod in capite praecessit. Sed ne suggeratur ista cogitatio: 'Capiti licuit resurgere, quia peccatis non premebatur, nullum peccatum erat in illo; quid nos facturi sumus? Sperabimus talem resurrectionem, qualis in domino praecessit, cum peccatis nostris aggravemur?', sed vide quid sequitur: QUONIAM APUD DOMINUM MISERICORDIA, ET
v. 8 MULTA APUD ILLUM REDEMPTIO, ET IPSE REDIMET ISRAEL AB OMNIBUS INIQUITATIBUS EIUS. Ergo si premebatur peccatis suis,

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **12,6** sed *inc. K* **9** vide *des. K* **10** quoniam *inc. K*

---

11 dominum $\delta_2 Br_1 P_{23}$ *Y*; domino $H_2 H_{12}$ **12** subrepti $V_2 P_{23}$ *Y*; subiecti $W_1 W_2 C\,\zeta ma$ | concremari γ_1 **15** hanc vitam *B* **18** ipsi] et *praem.* π (*exc.* H_2) **19** post] posse *B* **21** ad] in W_2 *Y*

12,1 misericordia] est *add.* ζ **2** potest α; posse *A* **3** matutina] usque ad noctem *add.* ζO_8 **4** domino $H_2 Br_1$ **6** surgere ζ **7** erat *om. B* | in illo erat *tr.* $W_1 W_2 Gt$ **8** speravimus α; sperabis *B* **11** redemit $V_2\,\delta$ (*exc. B*) $\eta\,\varepsilon$ | ab] ex $C P_6$

adest misericordia dei. Ideo praecessit ille sine peccato, ut deleat peccata sequentium. Nolite in vobis praesumere, sed A VIGILIA MATUTINA praesumite. Videte caput vestrum resurrexisse et ascendisse in caelum. In illo culpa non erat, sed per illum vestrae culpae delebuntur: IPSE REDIMET ISRAEL AB OMNIBUS INIQUITATIBUS EIUS. Quia Israel vendere se potuit, et fieri venumdatus sub peccato, redimere se ab iniquitatibus non potest. Ille potuit redimere, qui se non potuit vendere. Qui non commisit peccatum, ipse est redemptor a peccato. IPSE REDIMET ISRAEL. Unde redimet? Ab illa iniquitate, an ab illa? AB OMNIBUS INIQUITATIBUS SUIS. Non ergo timeat accessurus ad deum aliquas iniquitates suas; tantummodo accedat pleno corde, et desinat iam facere quae faciebat, et non dicat: 'Illa iniquitas non mihi dimittitur'. Si enim hoc dixerit, propter ipsam quam putat sibi non dimitti, non se convertit, et faciendo cetera non illi dimittitur et illud quod non timebat. 'Quia feci, inquit, scelus magnum, et non mihi potest dimitti, iam faciam et cetera. Hoc enim perdo quod non facio'. Noli timere: in profundo es, noli contemnere de profundis
cc 1898 clamare ad dominum et dicere: SI INIQUITATES OBSERVAVERIS, DOMINE, DOMINE, QUIS SUSTINEBIT? Observa illum, et exspecta illum, et sustine propter legem ipsius. Quam legem tibi dedit? *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus*

12,34 Matth. 6, 12

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **15** praesumite *des. K* **21** ipse^2 *inc. K* **22** redimet *des. K* **30** noli^2 *inc. K*

14 praesumere in vobis *tr.* $\gamma\ \zeta O_8$ **15** surrexisse δ **16** culpae vestrae *tr.* δ_1 **17** redemit αH_1 *Gt B N* **21** redimet ... redimet] redemit *bis* αH_1 **22** an ... illa *om.* $Br_1 P_{23}$ **23** suis] eius *ma* | dominum δ_1 **25** faciebat] ante *praem.* γ ζ; antea *ma* **27** convertat $\gamma P_6 O_8$ | dimittuntur *B* **28** fecit δ_1 | potest mihi *tr.* $\alpha\ \delta_1$ *C* **31** clama $\delta\ \eta\ \varepsilon Br_1 P_{23} Y P_{14} P_{15}$; clamavi $V_2 A$ | dic $\delta\ \eta\ \varepsilon$ $Br_1 P_{23} O_8 Y P_{14} P_{15}$ | observaberis δ_1 **32** et sustine et expecta illum *tr.* W_1 W_2 *Gt Y*

nostris. Spera te resurrecturum, et tunc futurum omni modo sine peccato, quoniam ille resurrexit qui primus fuit sine peccato. A VIGILIA MATUTINA spera. Noli dicere: 'Ego non sum dignus propter peccata'. Non es dignus, sed MULTA APUD ILLUM REDEMPTIO, ET IPSE REDIMET ISRAEL EX OMNIBUS INIQUITATIBUS EIUS.

IN PSALMUM CXXX

(1.) In isto psalmo commendatur nobis humilitas servi dei mi 1704
et fidelis, cuius voce cantatur, quod est universum corpus Christi. Saepe enim admonuimus caritatem vestram, non quasi unius hominis cantantis vocem accipi debere, sed omnium qui sunt in Christi corpore. Et quia in illius corpore sunt omnes, tamquam unus homo loquitur, et ipse est unus qui et multi sunt. Multi enim sunt in seipsis, unus sunt in illo qui unus est. Ipsum est autem etiam templum dei, de quo apostolus dicit: *Templum enim dei sanctum est, quod estis vos*, omnes qui credunt in Christum, et sic credunt ut diligant. Hoc est enim credere in Christum, diligere Christum; non quomodo daemones credebant, sed non diligebant, et ideo, quamvis crederent, dicebant: *Quid nobis et tibi est, fili dei?* Nos autem sic credamus ut in ipsum credamus dili-

in ps. CXXX,1,8 1 Cor. 3, 17 11 daemones ... diligebant] *cf.* Iac. 2, 19
12 Matth. 8, 29

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*
in ps. CXXX,1,9 vos *des. K*

39 redemit $\alpha\,H_1$ | ex] ab P_{23} *ma* 40 eius] amen *add. B*
in ps. CXXX,1,7 unus[1]] unum *B* | quia $\gamma\,P_{23}\,Y$ 8 autem *om.* $P_{23}\,\zeta$ | dicit apostolus *tr. lo ma* 13 est *om.* $H_2\,B\,\gamma_1\,\zeta P_{23}\,Y$ *ma*

gentes eum, et non dicamus: *Quid nobis et tibi est?*, sed dicamus potius: 'Ad te pertinemus, tu nos redemisti'.

Omnes ergo qui sic credunt, tamquam lapides sunt vivi, de quibus templum dei aedificatur, et tamquam ligna imputribilia, quibus arca illa compacta est, quae in diluvio mergi non potuit. Hoc autem templum est, id est ipsi homines, ubi rogatur deus et exaudit. Quisquis enim praeter templum dei oraverit deum, non exauditur ad illam pacem supernam Ierusalem, etsi exauditur ad quaedam temporalia, quae deus et paganis donavit. Nam et ipsi daemones exauditi sunt, ut irent in porcos. Exaudiri ad vitam aeternam aliud est, nec conceditur nisi ei qui in templo dei orat. Ille autem in templo dei orat, qui orat in pace ecclesiae, in unitate corporis Christi, quod corpus Christi constat ex multis credentibus in toto orbe terrarum, et ideo exauditur quia orat in templo. Ipse enim orat in spiritu et veritate, qui orat in pace ecclesiae, non in illo templo ubi figura erat.

cc 1899 (2.) Secundum figuram enim dominus exclusit homines de templo, illos qui sua quaerebant, id est propter vendendum et emendum ibant in templum. Si autem figura erat illud templum, manifestum est quia et corpus Christi, quod est verum templum

---

16 tamquam ... vivi] *cf.* 1 Petr. 2, 5 **18** arca illa] *cf.* Gen. 6, 14 **23** daemones ... porcos] *cf.* Matth. 8, 31–32 **28** orat[1] ... veritate] *cf.* Ioh. 4, 23 **2,1** dominus ... 3 templum[1]] *cf.* Ioh. 2, 15

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

15 emisti $\delta\ \eta\ P_{23}$ **16** ergo] enim α | vivi sunt *tr.* α | de] ex W_2 (W_1 *lnp.*) η, *om.* $\delta\ P_{23}$ **17** aedificatum est $\gamma_1\ \zeta$ **18** quibus] ex *praem.* $W_2\ \eta$ *ma* **19** rogatus δ_1 | et *om.* δ_1 **21** *supernae *lo ma* **22** deus] fecit *add.* α | et[1] *om. B* **24** templum α **25** ille ... orat[2] *om.* $\alpha\ B$ | pace $W_1\ W_2$ | unitatem $W_1\ W_2$ **27** quia *om. B*; qui π (*exc.* W_1) $P_{23}\ Y$ *ma*

2,1 enim figuram *tr.* α | excludit $\delta_1\ P_6$ **2** propter] qui *praem.* $\varepsilon\ P_{23}\ Y$ **3** templum[1]] templo δ_1

cuius illa imago erat, habet permixtos ementes et vendentes, id est sua quaerentes, non quae Iesu Christi. Sed excluduntur inde de flagello resticulae. Restis enim peccata significat, sicut dicitur per prophetam: *Vae eis qui trahunt peccata velut restem longam.* Illi autem trahunt peccata sicut restem longam qui addunt peccata peccatis, qui cum fecerint unum peccatum, ut cooperiant illud, faciunt alterum. Quomodo enim ut restis fiat, additur spartum sparto, non autem in rectum it, sed torquetur, sic omnia prava facta, quae sunt peccata, cum adduntur sibi, et de peccato peccatum et peccatum ad peccatum annectitur, fit restis longa, quorum semitae pravae et flexuosi gressus eorum. Quo valet autem ista restis, nisi unde ligentur ei manus et pedes, et proiciatur quisque in tenebras exteriores? Meministis enim dictum de quodam peccatore in evangelio: *Ligate illi manus et pedes, et proicite illum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.* Non esset unde illi ligarentur manus et pedes, nisi ipse sibi restem fecisset. Unde apertissime alio loco scriptum est: *Criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur.* Ergo quia de peccatis suis homines vapulant, ideo dominus flagellum de resti- mi 1705

6 sua ... Christi] *cf.* Phil. 2, 21 **8** Is. 5, 18 **15** semitae ... eorum] *cf.* Iob 6, 18 **18** Matth. 22, 13 **21** Prov. 5, 22

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

5 ille *B* | imago erat illa *tr.* α | vendentes et ementes *tr.* δ_1 **6** excludentur $W_1\,W_2$ **7** de *om.* $\alpha\,H_1\,\eta\,\zeta\,ma$ **8** velut] sicut $\pi\,\eta\,Br_1$ **9** illi ... longam *om.* $H_1\,Gt\,H_2\,Br_1$ **11** illum $W_1\,W_2$ **12** it] iit γ_1; id δ_1; fit α; mittit $\eta\,\varepsilon$ **13** quae facta *tr.* $W_1\,W_2\,\eta$ | de ... peccatum *om.* $Br_1\,P_{23}$; addendo peccatum peccato *C* ζ; addendo peccato peccatum $\varepsilon\,Rm\,P_3\,P_{14}\,P_{15}$ **15** quo] qua γ_1 **16** unde] ut δ_2 (*exc.* H_2); ut *praem. lo ma* | ei *om.* α | proiciatur quisque] proiciantur $Br_1\,P_{23}$ **17** dictum] est *add.* $W_1\,W_2\,A\,Br_1\,P_{23}$ **18** peccatorem $W_1\,W_2$ **19** illum *om.* $\alpha\,H_2$; eum $Br_1\,P_{23}$ **21** inde *B* | apertissime] et *praem.* $Br_1\,P_{23}$ **22** constringetur δ_1; restingitur $Br_1\,P_{23}$ **23** flagello δ | resticulo $\delta_1\,\varepsilon$

cula fecit, et inde expulit de templo omnes qui sua quaerebant, non quae Iesu Christi.

(3.) Huius ergo templi vox est in psalmo. In hoc templo, ut dixi, rogatur deus et exaudit in spiritu et veritate, non in illo corporali. Nam illic umbra erat, in qua demonstraretur quod venturum erat. Ideo illud iam cecidit. Cecidit ergo domus orationis nostrae? Absit! Non enim illud templum quod cecidit, hoc potuit dici domus orationis, de qua dictum est: *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Audistis enim quid dixerit dominus Iesus Christus: *Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus; vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Numquid illi qui voluerunt facere domum dei speluncam latronum, fecerunt ut rueret templum? Sic et illi qui male vivunt in ecclesia catholica, quantum in ipsis est, domum dei volunt facere speluncam latronum, nec ideo evertunt templum. Veniet tempus quando de reste peccatorum suorum foras mittantur.

Hoc autem templum dei, hoc corpus Christi, haec congregatio fidelium unam vocem habet, et tamquam unus homo cantat in psalmo. Eius vocem iam in multis psalmis audivimus, audiamus et in isto. Si volumus, nostra vox est; si volumus, aure

cc 1900

---

24 qui ... Christi] *cf.* Phil. 2, 21 **3,2** in[1] ... veritate] *cf.* Io. 4, 23 **6** Is. 56, 7; Matth. 21, 13

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **3,16** hoc[1] *inc. K* **17** habet *des. K*

---

24 exclusit $Br_1 P_{23}$; extulit γ_1
3,4 iam illud *tr.* α **6** domus[2] ... gentibus *om. B* **7** quod γ_1 **8** scriptum est *om. B* **9** eam *om. N*; illam $An_4\ Br_1 P_{23}$ | spelunca $W_1\ W_2$ **10** numquid] quid $\delta_1\ Y$; non quid $Br_1 P_{23}$ | noluerunt $W_1\ W_2$ | speluncam latronum domum dei *tr.* $\eta\ \varepsilon$ | domini δ_1 **11** spelunca $W_1\ W_2$ **13** spelunca W_2 (W_1 *lnp.*) **14** veniet] enim *add.* $\pi\ \eta\ \zeta Br_1 P_{23}$ *ma* | resti ε **16** hoc[2]] autem *add.* ε $Br_1 P_{23}$ **18** in[1] *om.* δ_1 **19** vox nostra *tr. B*

audimus cantantem, et corde cantamus. Si autem nolumus, erimus in illo templo tamquam ementes et vendentes, id est nostra quaerentes: intramus ecclesiam, non ad ea quae placent oculis dei. Viderint ergo in numero vestro quis quomodo audiat, utrum audiat et irrideat, utrum audiat et postponat, utrum audiat et consonet, id est sentiat hic vocem suam, et adiungat vocem cordis sui voci psalmi huius. Tamen vox psalmi non tacet. Instruantur qui possunt, immo qui volunt. Qui nolunt, non impediant. Commendetur nobis humilitas. Inde coepit:

v. 1 (4.) DOMINE, NON EST EXALTATUM COR MEUM. Sacrificium obtulit. Unde probamus quia sacrificium obtulit? Quia humilitas cordis sacrificium est. Dicitur in alio psalmo: *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique.* Satis volebat facere deo pro peccatis suis, propitiare illum volebat, ut acciperet indulgentiam peccatorum. Et quasi quaerens unde illum propitiaret: *Si voluisses* inquit *sacrificium, dedissem utique; holocaustis non delectaberis.* Ergo superflue quaerebat aut arietes aut tauros aut aliquam talem victimam, unde placaretur deus. Quid ergo? Quia holocaustis non delectatur deus, non accipit sacrificium, et sine sacrificio placatur? Si nullum sacrificium est, nullus sacerdos. Si autem habemus sacerdotem in caelis, qui pro nobis interpellat patrem – intravit enim in sancta sanctorum, in interiora veli, quo

mi 1706

---

21 in ... vendentes] *cf.* Matth. 21, 12 | nostra quaerentes] *cf.* Phil. 2, 21 4,3 Ps. 50, 18 12 Rom. 8, 34 13 intravit ... 15 est] *cf.* Hebr. 9, 11–12 in² ... veli] *cf.* Hebr. 6, 19

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.* 28 commendetur *inc. K* 4,1 meum *des. K* 5 indulgentiam *des. W*$_1$

---

20 et] nos *add. lo ma* | volumus *B* 21 illud templum *W*$_1$ *W*$_2$ *Gt* 22 deo *B* 23 viderit *An*$_4^2$ *P*$_{23}$ *X ma* 24 postponat] se *add.* ε *Y ma* 26 psalmi²] huius *add.* ε *P*$_{23}$ *Y* 28 commendatur *K B*
4,3 dicit *B* 7 inquit *om. B* | delectaveris *W*$_2$ *B* 8 superfluo *A B* | talem aliquam *tr. W*$_2$ *Gt* 10 delectabitur δ_1 13 intrabat *N*^{2} *An*$_4$ | in² *om.* δ_1 *H*$_2$

non intrabat sacerdos in figura nisi semel in anno, sicut et dominus in toto tempore semel oblatus est: ipse obtulit se, ipse sacerdos, ipse victima, et intravit in sancta sanctorum semel, et iam non moritur, nec mors ei ultra dominabitur –, securi sumus, quia habemus sacerdotem; ibi offeramus et hostiam.

Videamus quod sacrificium debemus offerre, quia holocaustis non delectatur deus noster, sicut audistis in psalmo. Sed ibi sequitur et ostendit quid offerat: *Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non spernit.* Si ergo humiliatum cor sacrificium deo est, sacrificium obtulit qui dixit: DOMINE, NON EST EXALTATUM COR MEUM. Vide alio loco sic offerentem. Dicit deo: *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea.*

(5.) DOMINE, NON EST EXALTATUM COR MEUM **NEQUE IN ALTUM ELATI SUNT OCULI MEI, NEQUE INGRESSUS SUM IN MAGNIS NEQUE IN MIRABILIBUS SUPER ME.** Hoc planius dicatur, et audiatur: Non fui superbus, nolui quasi IN MIRABILIBUS innotescere hominibus, nec quaesivi aliquid supra vires meas, unde me apud imperitos iactarem. Intendat caritas vestra, magna res commendatur. Quomodo Simon ille magus in mirabilibus ingredi volebat super se, propterea plus illum delectavit potentia apostolorum quam iustitia Christianorum, at ubi vidit per manus impositionem apostolorum et per orationes eorum deum dare

cc 1901

16 Rom. 6, 9 21 Ps. 50, 19 25 Ps. 24, 18 **5,9** ubi ... 11 sanctum] *cf.* Act. 8, 18

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **5,1** neque *inc. K* **6** iactarem *des. K* **7** quomodo *inc. K* **9** Christianorum *des. K*

14 intravit $\gamma\,\zeta$ **17** nec] et H_1 *B* | dominabitur] non *praem.* δ_1 *Gt B* P_6 | simus δ_1 | qui H_1 W_2 **20** noster *om.* Br_1 P_{23} **21** domino α H_2 *B* Br_1 P_{23} **22** spernet δ_1; despiciet W_2 **23** obtulit] deo *add. B*
5,4 in *om.* $\pi\,\eta$ P_{23} **5** nec] et $\pi\,\eta$ P_{23} *w*; et nec ε *T Y* P_{14} P_{15}; et non P_6; ne H_1
10 inpositiones δ_1 | orationem *A* δ_2 (*exc. Gt*)

fidelibus spiritum sanctum, et quia tunc per miraculum demonstrabatur adventus spiritus sancti, ut linguis loquerentur, quas non didicerant, omnes super quos veniebat spiritus sanctus – nec ideo modo non datur spiritus sanctus, quia linguis non loquuntur qui credunt; ideo enim tunc oportebat ut linguis loquerentur, ut significarent omnes linguas Christo crediturus: ubi impletum est quod significabatur, miraculum ablatum est –, cum ergo hoc videret Simon, voluit talia facere, non talis esse, et nostis quia etiam pecunia putavit comparandum spiritum sanctum. Erat ergo de talibus qui in templo intrant ad emendum et vendendum: emere volebat quod vendere disponebat. Et vere, fratres mei, quia talis ille erat, et sic intraverat, adeo dominus illos expulit de templo qui columbas vendebant; columba autem spiritum sanctum significat. Volebat ergo Simon emere columbam et vendere columbam: accessit dominus Iesus Christus, qui habitabat in Petro, et flagello resticulae expulit foras malum mercatorem.

(6.) Ergo sunt homines quos delectat miraculum facere, et ab eis qui profecerunt in ecclesia miraculum exigunt; et ipsi qui quasi profecisse sibi videntur, talia volunt facere, et putant se ad deum non pertinere, si non fecerint. Dominus autem deus noster, qui novit quid cui tribuat, et ut servetur compago corporis in pace, alloquitur ecclesiam per apostolum: *Non potest dicere oculus* mi 1707

19 etiam ... sanctum] *cf. ibid.* 6,6 1 Cor. 12, 21.17

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

12 spiritus sancti adventus *tr. B* 13 didicerat *B* 18 talia] tale Br_1 P_{23} 19 potuit δ_1 | comparandum putabit *tr.* W_2 *Gt* 20 templum W_2 P_6 *ma* 22 adeo] ideo V_2^2 A^2 H_1^2 H_2 *Gt* O_2^2 P_{23} *Rm Y*; ad eos η ε P_6 P_{14} P_{15} *ma*; ad eum *T* | eos π Br_1 P_{23} 26 Petro] templo Petri Gt^2 ε *Y* P_{14} P_{15} | flagellum γ_1 (*exc.* P_3) | malum mercatorem foras *tr.* W_2 *Gt*
6,1 miracula W_2 *Gt* 2 ab eis] habes δ_1 | ecclesiam H_2 *Gt* | miracula W_2 *Gt* | ipse δ_1 | qui[2] *om.* δ_1 *Gt* H_2 P_7 Br_1 5 ut *om.* δ_1

manui: 'Opus te non habeo', aut iterum caput pedibus: 'Opus vobis non habeo'. Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Ergo in membris nostris videtis, fratres, quomodo singula officium suum habeant membra. Oculus videt, et non audit; auris audit, et non videt; manus operatur, nec audit nec videt; pes ambulat, nec audit nec videt nec facit quod manus. Sed in uno corpore si sit sanitas et non adversum se litigent membra, auris videt in oculo, oculus audit in aure, nec obici potest auri quia non videt, ut dicatur ei: 'Nihil es, minor es; numquid videre et discernere colores potes, quod facit oculus?' Respondit enim auris de pace corporis, et dicit: 'Ibi sum ubi est oculus, in eo corpore sum; in me non video, in illo cum quo sum video'. Ita cum auris dicit: 'Oculus mihi videt'; oculus dicit: 'Auris mihi audit'; oculi et aures dicunt: 'Manus nobis operantur'; manus dicunt: 'Oculi et aures nobis vident et audiunt'; oculi et aures et cc 1902 manus dicunt: 'Pedes nobis ambulant'; omnia in uno corpore cum operantur, si sit ibi sanitas et concordent membra, gaudent et congaudent sibi. Et si aliquid molestiae sit in aliquo membro, non se deserunt, sed compatiuntur sibi. Numquid, quia in corpore pes quasi longe videtur ab oculis – illi enim sunt locati in sublimitate, illi autem infra positi –, quando forte pes spinam calcaverit, deserunt oculi, et non, sicut videmus, totum corpus

23 concordent ... sibi] *cf.* 1 Cor. 12, 26

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

7 vos α W_2 H_2 8 totum[2]] corpus *add. lo ma* 9 fratres videtis *tr.* α Br_1 P_{23} 10 habent *B* | et *om.* Br_1 P_{23} 11 manus ... videt *om. B* | nec[1]] et *praem. B* Br_1 P_{23} 12 nec[1] ... videt] nec videt nec audit *tr.* δ_1 13 si in uno corpore *tr.* ζ | si *om.* γ_1 14 auris] et *praem.* π η ε Br_1 P_{23} *Y* | oculus] et *praem.* π η ε Br_1 P_{23} *Y* 15 quod *lo ma* 16 putes δ_1 | respondet ε ζ *ma* 18 ita] itaque ε P_{14} P_{15} 22 omnia] ergo *add.* α δ_1 23 tibi δ_1 24 et[1] ... sibi] sibi et congaudent Br_1 P_{23} | molestia est δ_1 H_2 26 enim] autem α | sunt enim *tr.* γ

contrahitur, et sedet homo, curvatur spina dorsi, ut quaeratur spina quae haesit in planta? Omnia membra quidquid possunt faciunt, ut de infimo et exiguo loco spina quae inhaeserat educatur.

Sic ergo, fratres, quisquis in corpore Christi non potest resuscitare mortuum, non illud quaerat, ne discordet in corpore, quomodo si auris quaerat videre, discordare potest. Nam quod non accepit, non potest facere. Sed si ei obiectum fuerit et dictum: 'Si iustus esses, resuscitares mortuum, quomodo resuscitavit Petrus' – in Christo enim maiora videntur fecisse apostoli quam ipse dominus. Sed unde fieri potest ut plus valeant sarmenta quam radix? Quomodo autem quasi maiora videntur fecisse illi quam ille? Ad vocem domini surrexerunt mortui, ad umbram transeuntis Petri surrexit mortuus. Maius hoc videtur quam illud. Sed Christus facere sine Petro poterat, Petrus nisi in Christo non poterat, *quia sine me* inquit *nihil potestis facere* –, cum ergo hoc audierit homo qui proficit, quasi obiectam calumniam ab ignaris paganis, ab hominibus nescientibus quid loquantur, in compage corporis Christi respondeat et dicat: 'Quid dicis: Non es iustus quia non facis miraculum? Posses et auri dicere: non es in corpore, quia non vides'. 'Faceres, inquit, tu, sicut Petrus fecit'. 'Sed Petrus et mihi fecit, quia in eo corpore sum in quo Petrus fecit; mi 1708

37 si ... Petrus *cf.* Act. 5, 15 38 in ... dominus] *cf.* Ioh. 14, 12 41 ad[2] ... mortuus] *cf.* Act. 5, 15 44 Ioh. 15, 5 48 posses ... vides] *cf.* 1 Cor. 12, 16

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S W*$_1$ *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *et al.*

29 curvatus ε *Y* 31 et *om.* ε | haeserat *B* 33 sic] si *Br*$_1$ *P*$_{23}$ 34 suscitare *A ac.*, *B Br*$_1$ *P*$_{23}$ | quaerat] sed quaerat *add.* ε *C* ζ *P*$_{14}$ *P*$_{15}$ *ma* 36 et *om.* δ_1 38 enim ... 42 illud *om.* δ_1 | apostoli *om. B* 43 sine Petro facere *tr. Br*$_1$ *P*$_{23}$ 45 quasi] qui γ_1 48 qui *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y ma* | miracula *lo ma* | possis δ_1 *Gt* η 49 faceres] fac *Br*$_1$; fac ergo *P*$_{23}$ | tu] et *praem.* γ ζ *ma* | sicut] sic quod *B*; et *add.* γ ζ *ma*

in illo quod potest possum, a quo divisus non sum; quod minus possum, compatitur mihi, et quod plus potest, congaudeo illi. Ipse dominus, dominus desuper clamavit pro corpore suo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Et ipsum nemo tangebat, sed pro corpore in terra laborante caput de caelo clamabat'.

(7.) Si ergo, fratres, unusquisque quod potest iuste egerit, et in eo quod alius plus potest non inviderit, sed congratulatus fuerit tamquam in uno corpore cum eo constitutus, pertinet ad eum vox ista psalmi: DOMINE, NON EST EXALTATUM COR MEUM NEQUE IN ALTUM ELATI SUNT OCULI MEI NEQUE INGRESSUS SUM IN MAGNIS NEQUE IN MIRABILIBUS SUPER ME. Quod enim excessit vires meas, ait, non quaesivi, non ibi me extendi, nolui ibi magnificari. Nam ista exaltatio de abundantia gratiarum quam sit timenda, ne quis de dono dei superbiat, sed magis servet humilitatem, et faciat quod scriptum est: *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, et coram deo invenies gratiam,* quam ergo sit timenda superbia de dono dei, etiam atque etiam commendandum est caritati vestrae, maxime quia psalmus brevissimus permittit nos loqui.

Paulus apostolus quamvis ex persecutore factus sit praedicator, abundantiorem gratiam consecutus est in omni labore apostolico quam ceteri apostoli, ut magis deus ostenderet suum esse quod dat, non hominis. Quomodo solent medici potentiam artis suae in desperatis ostendere, sic dominus Iesus Christus, medicus

cc 1903

---

53 Act. 9, 4 7,10 Eccli. 3, 20

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 7,6 quod *inc. K* 8 magnificari *des. K*

---

51 quod[1]] inquit γ_1 53 dominus[2] *B*; *om. cett. ma*
7,2 in eo] ideo *B* 8 magnificari] me *praem. B* | exaltatio ista *tr.* Br_1 P_{23}
10 humilitate *A* H_1 11 ergo] enim W_2 | timenda sit *tr. lo ma* 12 domo *B*
15 sit *om.* δ P_7 Br_1 P_{23} 18 suae artis *tr. lo ma*

et salvator noster, in desperato, qui persecutor ecclesiae fuit, ostendit magnitudinem artis suae, ut non solum eum Christianum faceret, sed et apostolum, nec tantum apostolum, sed, sicut ipse dicit, plus omnibus illis laboraret. Excellentissimae ergo gratiae fuit. Et videtis, fratres, quia modo in ecclesia Pauli epistolae vigent, magis quam coapostolorum eius. Alii enim non scripserunt, sed tantum locuti sunt in ecclesia. Nam quae proferuntur ab errantibus sub nomine ipsorum, quia non sunt ipsorum, improbantur, nec acceptantur ab ecclesia. Alii autem qui scripserunt, nec tantum nec tanta gratia scripserunt. Cum ergo esset magnae gratiae, et magna dona meruisset a deo, quid dicit quodam loco? *Propter magnitudinem autem revelationum ne extollar.* Intenditis? Rem tremendam vobis dico: *Propter magnitudinem* inquit *revelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet.* Quid est hoc, fratres? Ne extolleretur tamquam iuvenis, colaphizabatur tamquam puer. Et a quo? Ab angelo satanae. Quid est hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer: dolores autem corporum plerumque immittuntur ab angelis satanae; sed hoc non possunt nisi permissi. Nam et Iob sanctus sic probatus est. Permissus est ad eum probandum satanas, et percussit eum vulnere, ut vermibus putresceret. Immundus enim permittebatur, sed

22 sicut ... dicit] *cf.* 1 Cor. 15, 10 31 2 Cor. 12, 7 39 et ... 41 putresceret] *cf.* Iob 2, 7

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

21 christianum eum *tr.* $\delta_1\,B\,Br_1\,P_{23}$ 22 sed et apostolum faceret *tr.* ζ 23 illis *om.* α; ille $B\,Br_1\,P_{23}$ 24 videte $Br_1\,P_{23}$ | Pauli] apostoli *add.* $W_2\,\gamma\,\zeta\,ma$ 26 ecclesiam δ_1 28 ab] in $B\,Br_1$ 30 magnae] tantae α_2 | domino $W_2\,Gt$ 31 autem] inquit $Br_1\,P_{23}\,P_{14}$; *om.* $H_2\,P_{15}\,ma$ 32 intendite $H_1\,\gamma\,\zeta\,ma$ | intenditis ... extollar *om.* $Br_1\,P_{23}$ 35 colafizatus δ_1 36 et ... quo *om.* δ_1 37 traditur corporis *tr.* $Br_1\,P_{23}$ | exagitatur $Gt\,\gamma_1$ 40 probandum] temptandum *B*

mi 1709 sanctus probabatur. Nescit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cum saevit. Saeviens intravit in cor Iudae, saeviens tradidit Christum, saeviens crucifixit, et crucifixo Christo redemptus est orbis terrarum. Ecce saevitia diaboli diabolo obfuit, nobis autem profuit. Saeviendo enim, quos tenebat amisit redemptos sanguine domini, quem, cum saeviret, effudit. Si sciret tantum damnum se passurum, funderet in terram pretium quo redemptum est genus humanum?

Sic ergo angelus ille satanae quasi libenter permissus est colaphizare apostolum, sed tamen apostolus curabatur. Et quia cc 1904 illud quod medicus apposuerat, molestum erat infirmo, rogavit medicum ut auferret. Quomodo cum medicus apponit visceribus aliquod forte epithema molestum et ardens – inde tamen curandus est ille cuius viscera tumebant –, cum ille ardere coeperit et cruciari medicamento, rogat, rogat medicum ut auferat; medicus autem consolatur, monet patientiam, quia novit quam sit utile quod apposuit, ita et apostolus sequitur et dicit, cum dixisset: *Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet* – praedixit autem quare: *Ne magnitudine revelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet –, propter quod ter dominum rogavi* ait *ut auferret eum a me.* Hoc est dicere: 'Rogavi medicum ut auferret a me molestum

---

59 2 Cor. 12, 7–8

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

---

42 probatur α | fiat γ_1 **43** corde $W_2\,Gt\,P_7$ **45** autem *om. B* **47** domini] Christi $\alpha\,W_2\,\eta\,C\,P_6$ | quae *B* **48** funderet] non *praem.* $\alpha_2\,\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}\,Y$ *ma* | terra *B* $W_2\,\eta$ **50** sic] si $W_2\,\eta\,P_3$ | ille angelus *tr. lo ma* **52** opposuerat *B* | infirmus $Br_1\,P_{23}$ **54** aliquid $\alpha\,B$ | unde *ma*; ille *B* **56** curari *B* | rogat^2 $\delta_1\,H_2{}^2$; *om. cett. ma* **57** patientiam] cum patientia $\gamma\,\zeta$; eum patientiam *lo ma* | utile sit *tr. lo ma* **62** ait *om.* $H_2\,Br_1\,P_{23}$ | auferret eum] discederet $Br_1\,P_{23}$ **63** auferretur $Br_1\,P_{23}$

epithema quod mihi apposuerat'. Sed audi vocem medici: *Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*: 65 'Ego novi quid apposuerim, ego novi unde aegrotes, ego novi unde saneris'.

(8.) Si ergo, carissimi, Paulus potuit apostolus extolli magnitudine revelationum, nisi acciperet angelum satanae qui se colaphizaret, quis de se possit esse securus? Tutius videtur ambulare qui minus accepit, sed si non perverse quaerat quod recte non accepit, quaerat sine quo non potest esse in corpore Christi 5 aut sine quo male est illi. Tutior est enim in corpore digitus sanus quam lippiens oculus. Digitus exigua quaedam res est; oculus magnifica, multum potest; et tamen melius est digitum esse et sanum esse quam oculum esse et perturbari, lippire, excaecari. Non ergo quaerat quisque in corpore Christi nisi sanitatem. 10 Secundum sanitatem habeat fidem. Habeat fidem: ex fide mundatur cor eius, ex mundatione cordis videbit illam faciem de qua dictum est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.* Et qui fecit miracula, et qui non fecit miracula in corpore Christi non debet gaudere nisi de facie dei. Redierunt apostoli et di- 15 xerunt domino, cum missi essent a domino: *Ecce, domine, in nomine tuo etiam daemonia nobis subiecta sunt.* Vidit dominus quod tentaret eos superbia ex potentia miraculorum, et ille qui

64 2 Cor. 12, 9 **8,13** Matth. 5, 8 **16** Luc. 10, 17

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

64 audio Br_1 P_{23}
8,1 carissimi] fratres *B* | potuit Paulus *tr. lo ma*; Paulus apostolus potuit *tr.* W_2 *Gt* η *C Y* **2** se] eum Br_1 P_{23}; *om.* δ_1 **3** tutius] an *praem. C* P_6; tutus *C* **4** accipit δ_1 W_2 **5** non[1] ... non *om.* δ_1 **6** illic δ (*exc. B*) P_7 *ma* **7** est] corporis *add.* ε P_{14} P_{15} **9** excaecari] et *praem.* α_2 **10** in corpore Christi quisque *tr.* Br_1 P_{23} **11** habeat fidem[2] *B*; *om. cett. ma* **13** mundo corde] mundi corde *B* H_2; mundi cordes α W_2 *A*; mundi cordis H_1 *Gt* | quoniam] quia *B* W_2 **14** fecit[1]] facit ε *Y* ζ | fecit[2]] facit ε *Y* ζ **16** domino[1]] domini W_2 *Gt C* P_3

medicus venerat sanare tumores nostros, et ferre infirmitates nostras, continuo ait: *Nolite in hoc gaudere, quia daemonia vobis subiecta sunt, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelo.* Non omnes Christiani boni daemones eiciunt; omnium tamen nomina scripta sunt in caelo. Non eos voluit gaudere ex eo quod proprium habebant, sed ex eo quod cum ceteris salutem tenebant. Inde voluit gaudere apostolus, unde gaudes et tu. Intendat caritas vestra. Nullus fidelis habet spem, si nomen eius non est scriptum in caelo. Omnium fidelium qui diligunt Christum, qui ambulant viam eius humiliter, quam ipse docuit humilis, nomina scripta sunt in caelo. Cuiusvis contemptibilis in ecclesia, qui credit in Christum et diligit Christum et amat pacem Christi, nomen scriptum est in caelo, cuiuslibet quem contemnis. Et quid simile ipse et apostoli, qui tanta miracula fecerunt? Et tamen apostoli reprimuntur ex eo quod de bono proprio gaudebant, et iubentur hinc gaudere unde gaudet et ille contemptibilis.

(9.) Non immerito, fratres mei, cum ista humilitate dicit: DOMINE, NON EST EXALTATUM COR MEUM NEQUE IN ALTUM ELATI SUNT OCULI MEI NEQUE INGRESSUS SUM IN MAGNIS NEQUE IN MIRABILIBUS SUPER ME. **SI NON HUMILITER SENTIEBAM, SED EXALTAVI ANIMAM MEAM, QUEMADMODUM QUI ABLATUS EST A LACTE SUPER MATREM SUAM, SIC RETRIBUTIO IN ANI-** *v. 2*

---

20 Luc. 10, 20

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **9,2** domine *inc. K*

---

19 tumores] mores *B* **22** non ... caelo *om.* H_1 *B* **24** habeant δ_1 **25** volunt V_2 | apostolos $\alpha H_2 B$ **28** docuit] donavit $Br_1 P_{23}$ **29** caelis $Br_1 P_{23}$ **31** quis similis ipsis apostolis $Br_1 P_{23}\,\zeta$ **32** ipsi et apostoli $\eta\,\varepsilon\,C\,Y\,P_{14}\,P_{15}$; ipsi et apostolis *ma* **34** inde $\pi\,\eta\,Br_1 P_{23}\,Y$
9,1 mei *om.* $\delta_1 H_2$ | dicat $\delta_1 H_2$ **5** animam] in *praem.* δ_1 | qui] quia γ_1; *om.* *Rm* | ablactatus $\pi\,\eta\,\varepsilon\,Br_1 P_{23}$ **6** sic] et *add.* $Br_1 P_{23}$

MAM MEAM. Videtis eum velut maledicto se obstrinxisse. Quomodo alio loco in psalmo dicit: *Domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis* et cetera, sic videtur et hic dixisse: SI NON HUMILITER SENTIEBAM, SED EXALTAVI ANIMAM MEAM. Age, quasi dicturus est, illud mihi contingat: quomodo et ibi, *si reddidi retribuentibus mihi mala*, contingat mihi illud - quid? *Decidam merito ab inimicis meis inanis* -, sic et hic: SI NON HUMILITER SENTIEBAM, SED EXALTAVI ANIMAM MEAM, QUEMADMODUM QUI ABLATUS EST A LACTE SUPER MATREM SUAM, SIC RETRIBUTIO IN ANIMAM MEAM. Intendite. Nostis quia quibusdam infirmis dicit apostolus: *Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis.* Sunt infirmi qui non sunt idonei valido cibo, volunt se tendere ad id quod capere non possunt, et si aliquid utcumque ceperint, aut visi sibi fuerint capere quod non ceperunt, extolluntur inde, et superbiunt inde, videntur sibi quasi sapientes. Hoc autem contingit omnibus haereticis, qui cum essent animales et carnales, defendendo sententias suas pravas, quas falsas esse non potuerunt videre, exclusi sunt de catholica.

Dicam caritati vestrae quod possum. Dominus noster Iesus Christus nostis quia verbum dei est, secundum illud Iohannis: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat*

9,8 Ps. 7, 4–5 18 1 Cor. 3, 2 28 Ioh. 1, 1–3

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S W_1 B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 12 meam *des. K* 15 quemadmodum *inc. K* 19 poteratis *inc.* f_5 20 cibo *des. K* 27 dominus *inc. K*

---

7 videtis eum] videtis enim $\eta\ \varepsilon$; videtur enim ζ *ma* 12 esset *X ma* | quomodo] atque modo *B* 13 ibi] tibi Br_1 P_{23} 16 ablactatus α W_2 B $\eta\ \varepsilon$ P_{23} est *om. B* 19 nec] *necdum γ T* ne V_2 *Vr* 20 non] nondum C P_6 | extendere $\varepsilon\ \zeta$ *ma* 21 coeperint *B*

verbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Panis ergo est: inde vivunt angeli. Ecce panis paratus est tibi, sed cresce de lacte, ut ad panem venias. 'Et quomodo, inquis, cresco de lacte?' Quod tibi factus est Christus ad infirmitatem tuam, hoc primo crede, et fortiter tene. Quomodo ergo mater, cum viderit filium minus idoneum ad capiendum cibum, ipsos cibos ei dat, sed traiectos per carnem suam – nam ipse est panis de quo infans pascitur, quo et mater eius pascitur, sed ad mensam infans minus idoneus est, ad mamillam idoneus est; panis ergo de mensa traicitur per matris mamillam, ut sic perveniat idem alimentum ad parvum infantem –, sic dominus noster Iesus Christus, cum esset verbum apud patrem, per quod facta sunt omnia, *qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo*, qualem caperent pro modo suo angeli, et unde in caelo potestates et virtutes, spiritus intellectuales pascerentur, homo autem infirmus et carne involutus iaceret in terra, nec posset ad eum pervenire panis caelestis, ut panem angelorum manducaret homo, et manna descenderet ad uberiorem populum Israel, *verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*

mi 1711 cc 1906

---

42 qui ... deo] *cf.* Phil. 2, 6 47 panem ... homo] *cf.* Ps. 77, 25 | manna ... Israel] *cf.* Ex. 16, 14 48 Ioh. 1, 14

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} f_5 *et al.* 39 matris *des.* f_5 49 nobis *des. K*

---

32 ad *om. A* H_1 | pervenias A^1 H_1^2 W_2 *Gt* f_5 $\eta\ \varepsilon\ \zeta$ Br_1 P_{23} *Y ma* 34 primum *B* 35 mater ergo *tr.* ε 37 de *om.* $\delta f_5\ \eta\ \varepsilon$ Br_1 P_{23} 38 ad^2 ... est *om. B* 41 noster *om. Vr* α_2 P_6 42 quod] quem α_2 *B* | rapina *B* W_2 H_2 43 esse] se *add.* δ_1 H_2 | aequalem α_2 W_2 44 potestates] et *praem.* α; potestas *A* 46 possit H_1 *B* 48 veriorem $\pi\ \eta$ Br_1 P_{23} *ma*

(10.) Quapropter ipsis infirmis Paulus apostolus hoc dicit, quos dicit animales et carnales: *Numquid dixi me scire aliquid in vobis, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum?* Nam Christus erat et non crucifixus: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Et quia ipsum *verbum caro factum est*, et ipsum verbum crucifixum est, sed non est mutatum in hominem, homo in illo mutatus est. Mutatus homo in illo, ut melior fieret quam erat, non ut in ipsam substantiam verbi converteretur. Per id ergo quod homo erat, mortuus est deus, et per id quod deus erat, excitatus est homo, et surrexit et ascendit in caelum. Quidquid passus est homo, non potest dici non passus deus, quia deus erat hominem assumendo – sed non est mutatus in hominem –, quomodo non potes dicere non te passum iniuriam, si vestis tua conscindatur, et quando quereris vel amicis vel in iudicio, hoc dicis iudici: 'Conscidit me'; non dicis: 'Conscidit birrum meum'; sed: 'Conscidit me'. Si potuit et meruit dici vestis tua tu, quae non es tu, sed vestis tua, quanto potius meruit audire caro Christi, templum verbi unitum cum verbo, ut quidquid in carne pateretur, deus ipse pateretur, quamvis verbum nec mori potuerit nec corrumpi nec mutari nec occidi, sed quidquid horum passum est, in carne passum est! Et noli mirari quia verbum nihil passum est; nec anima hominis potest pati aliquid

10,2 1 Cor. 2, 2 4 Ioh. 1, 1 5 Ioh. 1, 14

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 10,3 et *inc.* f_5 9 per[1] *inc. K* 17 tu[2] *des.* f_5

10,1 hoc] sic α 2 quos dicit *om. B* | me aliquid scire in vobis dixi *tr.* δ_1 H_2 | aliquid scire *tr. B* 5 caro ... verbum *om.* $Br_1 P_{23}$ 6 homine *Vr* α_2 7 mutatus[2]] est *add.* α *ma* 9 et ... et *om. B* 10 et[2] *om.* $\delta_1 H_2 f_5 B P_{23}$ 12 sed] quia *B* 13 potest $H_2\ \gamma P_6$ 14 si ... 27 propter *om.* H_2 15 in *om.* δ_1 $H_2 f_5$ 16 vestis tua dici *tr.* $\varepsilon\ \zeta Rm\ P_3$ *ma* 17 tu[1] *om.* δ_1; me f_5 | est $\alpha B P_{23}$ $Y P_{14} P_{15}\ \zeta$ *ma* | audiri *B* 18 ut] et $W_2\ \gamma Y$ 21 passum[1]] passus $H_1\ \varepsilon$ 22 aliquod δ_1

occisa carne, dicente ipso domino: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Si anima non potest occidi, verbum dei poterat occidi? Et tamen quid dicit? 'Flagellavit me, colaphizavit me, percussit me, dilaniavit me': totum hoc cc 1907 non fit in anima, et tamen non dicit nisi 'me', propter unitatem consortii ipsius.

mi 1712 (11.) Dominus ergo noster Iesus Christus panem fecit nobis lac, incarnatus et apparens mortalis, ut in eo finiretur mors, et non aberraremus a verbo, credentes in carnem quod factum est verbum. Hinc crescamus, ipso lacte nutriamur; antequam validi simus ad capiendum verbum, non recedamus a fide lactis nostri. Illi autem haeretici volentes disputare de eo quod non poterant capere, dixerunt quia filius minor est quam pater, et dixerunt quia spiritus sanctus minor est quam filius; et fecerunt gradus, et immiserunt in ecclesiam tres deos. Non enim possunt negare deum esse patrem nec possunt negare filium deum nec possunt negare spiritum sanctum deum. At si pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus inaequales sunt, et non sunt eiusdem substantiae, non est unus deus, sed tres dii. Disputantes ergo quod capere non poterant, elati sunt in superbiam, et factum est in eis quod dicitur in isto psalmo: SI NON HUMILITER SENTIEBAM, SED EXALTAVI ANIMAM MEAM, QUEMADMODUM QUI ABLATUS EST A LACTE SUPER MATREM SUAM, SIC RETRIBU-

23 Matth. 10, 28

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-S W_1 B) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **11,7** pater *des. K* **14** elati *inc. K*

23 occidunt corpus *tr.* ζ
11,1 noster *om.* $Br_1 P_{23}$ | panem] panis se P_6 *ma*; panem se ε *Y X* **2** et *om.* *B* | mortalis $\varepsilon P_{14} P_{15}$ *ma*; mortalibus *cett.* **7** est minor *tr.* $\gamma\zeta$ **9** grados δ_1 ecclesia *B* H_2 **10** deum filium *tr.* $\zeta\,\gamma_1$; filium esse deum δ_1; deum esse filium *ma* **17** ablactatus $\alpha H_2 K P_{23}$

TIO IN ANIMAM MEAM. Mater enim ecclesia dei est, unde illi separati sunt: ibi lactari et nutriri debebant, ut crescerent ad capiendum verbum deum apud deum, in forma dei aequalem patri.

(12.) Visa est hic quidem ab his qui ante nos ista tractarunt et alia sententia et alius intellectus in his verbis, quem non tacebo caritati vestrae. Hoc enim dixerunt: Omnis superbus displicet deo, et debet se anima humiliare, ne deo displiceat, et toto corde intueri quod dictum est: *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, et coram deo invenies gratiam.* Sed rursus sunt quidam homines, qui cum audierint quia humiles esse debent, dimittunt se, nihil volunt discere, putantes quia, si aliquid didicerint, superbi erunt, et remanent in solo lacte, quos reprehendit scriptura dicens: *Et facti estis opus habentes lacte, non solido cibo.* Sic enim nos deus vult nutriri lacte, ut non ibi remaneamus, sed crescendo per lac, ad solidum cibum perveniamus. Ergo non debet homo extollere cor suum in superbiam, sed debet levare in doctrinam verbi dei. Nam si levanda anima non esset, non diceretur alia voce psalmi: *Ad te, domine, levavi animam meam.* Et nisi se ipsa anima super se effundat, non pervenit ad visionem dei, et ad cognitionem substantiae illius incommutabilis. Nam modo, cum

12,1 ab his] *cf.* Hil. Pict., in Ps. 130, 4–5; Ambr. in Ps. 38, 12, 1 **5** Eccli. 3, 20 **10** Hebr. 5, 12 **15** Ps. 24, 1

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **20** verbum *des. K* **12,2** et[2] *inc. K* **3** vestrae *des. K*

18 anima mea δ_1 H_2 | dei *om.* δ P_7 ε Br_1 P_{23} *Y* | ubi α_2 δ η ε Br_1 P_{23} *Y* **20** verbum capiendum *tr.* π | deum[1]] domini ε | apud deum *om. B* W_2 **12,1** hic *om. B* | tractaverunt W_2 *Gt* η **2** quae *A* H_1^2 W_2 **4** se *om.* α | anima] humana *praem.* H_1^2 ε; humana *add. B* **8** reputantes α | aliquid] omnia α **10** lac ε P_{14} P_{15} **11** vult deus nutrire nos δ_1 **13** superbia δ (*exc. B*) elevare δ_1 **14** alia] in *praem.* γ ζma **16** perveniet *B* ε *Y* **17** in carne est cum adhuc *tr.* α

cc 1908 adhuc in carne est, dicitur ei: *Ubi est deus tuus?* Sed intus est deus eius, et spiritaliter intus, et spiritaliter excelsus est; non quasi 20 intervallis locorum, quomodo per intervalla loca altiora sunt. Nam si talis altitudo quaerenda est, vincunt nos aves ad deum. Ergo intus deus altus est, et spiritaliter altus, nec pervenit anima ut contingat eum, nisi transierit se. Nam quidquid de deo sentis mi 1713 secundum corpus, multum erras. Multum infans es, si sentis de 25 deo etiam secundum animam humanam, quod deus aut obliviscatur aut ita sapiat ut desipiat aut faciat aliquid et paeniteat eum. Omnia enim ista posita sunt in scriptura, ut nobis lactantibus commendaretur deus, non ut proprie de illo sic audiamus ista, et intellegamus quasi paeniteat deum, et modo discat aliquid quod 30 non noverat, et intellegat quod non intellegebat, et reminiscatur quod oblitus erat. Talia enim animae sunt, non dei. Nisi ergo transierit et modum animae suae, non videbit quia deus est quod est, qui dixit: *Ego sum qui sum.*

Itaque ille cui dicebatur: *Ubi est deus tuus?,* quid dixit? *Factae* 35 *sunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi est deus tuus?* Ut autem inveniret deum suum, quid egit? *Haec meditatus sum* inquit *et effudi super me animam meam.* Ut inveniret deum, effudit super se animam suam. Non ergo sic tibi dicitur: 'Humilis esto', ut non sapias. Humilis esto propter 40 superbiam; altus esto propter sapientiam. Audi evidentem senten-

---

18 Ps. 41, 4 **34** Ex. 3, 14 | Ps. 41, 4–5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S W_1 K B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

---

18 adhuc *om.* δ_1 **19** exclusus δ (*exc.* W_2) **22** intus] est *add. Y ma* | altus²] est *add.* α | perveniet W_2 *Gt* $\eta\ \varepsilon$ **26** aut¹ *om.* W_2 Br_1 P_{23} | ut] aut δ (*exc.* W_2) **27** scripturis ε P_{14} P_{15} *ma* | lactentibus *lo ma* **28** deus *om. B* | ut non *tr.* α | ista] ita δ_1 **29** aliquid discat (dicat δ_1) *tr.* δ **31** ergo] *enim γ ζ P_{14} P_{15} **35** panes δ_1 ζ **37** super] in α_2 **38** fudit γ_1; effudi *Rm* **39** ut ... esto *om.* δ_1 Br_1 **40** de hac re sententiam *tr.* α

tiam de hac re: *Nolite pueri effici mentibus, sed malitia infantes estote ut mentibus perfecti sitis.* Certe explicatum est, fratres mei, ubi nos voluit deus esse humiles, ubi altos: humiles propter cavendam superbiam, altos propter capiendam sapientiam. Lactare, ut nutriaris; sic nutrire, ut crescas; sic cresce, ut panem manduces. Cum enim coeperis panem manducare, ablactaberis, id est iam non tibi opus erit lacte, sed solido cibo. Et hoc videtur dixisse: SI NON HUMILITER SENTIEBAM, SED EXALTAVI ANIMAM MEAM, id est si non mente, sed malitia parvulus fui. Quod significans dixit superiora verba: DOMINE, NON EST EXALTATUM COR MEUM NEQUE IN ALTUM ELATI SUNT OCULI MEI NEQUE INGRESSUS SUM IN MAGNIS NEQUE IN MIRABILIBUS SUPER ME. Ecce quia malitia parvulus fui. Sed quia sensu non fui parvulus: SI NON HUMILITER SENTIEBAM, SED EXALTAVI ANIMAM MEAM, retribuatur mihi quod retribuitur parvulo qui ablactatur a matre, ut iam panem sit idoneus manducare.

(13.) Et haec ergo, fratres, sententia non displicet, quia non est contra fidem. Movet me tamen quia non tantum dictum est: QUEMADMODUM QUI ABLATUS EST A LACTE, SIC RETRIBUTIO IN ANIMAM MEAM, sed additum: QUEMADMODUM QUI ABLATUS EST A LACTE SUPER MATREM SUAM, SIC RETRIBUTIO IN ANIMAM cc 1909

41 1 Cor. 14, 20

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 46 cum *inc. K* 49 sed *des. K* 53 malitia *inc. K* 56 manducare *des. K*

41 malitiae *C Rm* 43 deus voluit *tr.* α W_2 *Gt* P_{23} *ma* | deus *om.* δ_1 | esse deus *tr.* H_2 46 ablactaberis δ_1 P_{23} *ma*; ablactaveris *cett.* 47 tibi non *tr. lo ma* | erit opus *tr.* ζ | lacte sed solidus cibus γ_1 P_{14} P_{15}; lac sed solidos cibos *N*; lac sed solido cibo An_4; lac sed solidus cibus P_6 An_4^2 *ma* 50 dixi π η *Y* 55 ut iam] utinam *B* W_2 56 sim ε *ma*
13,3 ablactatus α *Gt* H_2 *B* ε Br_1 P_{23} P_{14} P_{15} | lacte] super matrem suam *add. B* 4 anima mea ε | additum] est *add. T ma* | ablactatus α *Gt* H_2 *B* ε P_{23} 5 anima mea δ_1

MEAM. Hic mihi nescio quid tale occurrit, ut videam quia maledictum est. Ablactatur enim non infans, sed iam grandiusculus. Qui autem infirmus est prima infantia, quae vera infantia est, super matrem suam est. Si forte fuerit a lacte ablatus, exstinguitur. Non frustra ergo additum est: SUPER MATREM SUAM. Ablactari enim omnes possunt crescendo. Qui crescit, et sic ablactatur, bonum illi est; qui autem adhuc super matrem suam est, perniciosum. Ergo cavendum, fratres, et timendum est ne quis ante tempus ablactetur – nam omnis grandis puer separatur a lacte, sed ne quis tunc a lacte separetur quando adhuc super matrem
mi 1714 suam est. Cum autem portatur manibus matris, qui portatus est utero – portatus est enim utero ut nasceretur, portatur manibus ut crescat –, lacte opus habet: adhuc super matrem suam est. Non ergo velit tunc exaltare animam suam, cum forte minus idoneus est ad capiendum cibum, sed impleat praecepta humilitatis. Habet ubi se exerceat: credat in Christum, ut possit intellegere Christum. Videre verbum non potest, capere non potest aequalitatem verbi cum patre, aequalitatem spiritus sancti cum patre et verbo nondum potest videre: credat hoc, et sugat. Securus est, quia cum creverit, manducabit quod non poterat antequam sugendo cresceret: et habet ubi se extendat. *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris*, id est ad quae capienda minus idoneus es. 'Et quid facio?', inquis. 'Sic remanebo?' *Sed quae*

13,26 Eccli. 3, 22 **28** *ibid.*

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **13,8** prima *inc. K* **9** exstinguitur *des. K* **13** ergo *inc. K* **16** est^2 *des. K* **18** ut *inc. K* **22** Christum *des. K*

---

7 iam *om.* W_2 *B* η **8** prima infantia est *tr.* α **9** ablactatus α *B* Br_1 P_{23}; sublatus H_2 **10** ergo] enim *B* **11** et *om. B* **12** est illi *tr. X ma* | perniciosum] est *add.* V_2 Br_1 P_{23} **15** separetur a lacte *tr.* W_2 *Gt* **16** manibus] in *praem.* δ_1 W_2 **18** lacte] adhuc *add.* δ_1 **19** forte *om. B* | minus] a lacte *praem. B* **20** capiendum] edendum *B* **24** verbum ε **28** quid *om. B* | inquit δ η Br_1 P_{23}

praecepit tibi dominus, illa cogita semper. Quae tibi praecepit dominus? Fac misericordiam, pacem ecclesiae noli dimittere, in hominem spem noli ponere, desiderando miracula noli tentare deum. Si iam est in te fructus, cognoscis, quia cum bonis toleras zizania usque ad messem, quia cum malis ad tempus potes esse, non in aeternum. Palea hic tibi mixta est in hoc tempore in area; in horreo tecum non erit. Haec *quae tibi praecepit dominus, illa cogita semper.* A lacte non separaberis quoadusque super matrem tuam es, ne prius fame moriaris, antequam panem manducare sis idoneus. Cresce: erunt validae vires tuae, et videbis quod non poteras, et capies quod non capiebas.

(14.) Quid ergo? Cum videro quae non poteram videre, et cepero quae non poteram capere, iam securus ero? perfectus ero? Non, quamdiu hic vivis. Ipsa est perfectio nostra, humilitas. Audistis quo conclusit modo apostolica lectio, si haesit in memoria vestra: quomodo ille qui accepit colaphum ne extolleretur in revelationibus - quanta ei revelabantur! -, propter ipsam magnitudinem revelationum quia poterat extolli, nisi acciperet angelum satanae - et tamen cui tanta revelabantur - quid ait? *Fratres, ego meipsum non arbitror apprehendisse.* Paulus dicit: *Fratres, ego me non arbitror apprehendisse*, qui ad hoc accepit colaphizantem angelum satanae, ne extolleretur in magnitudine revelationum suarum: quis audet dicere quia comprehendit? Ecce Paulus non cc 1910

32 toleras ... messem] *cf.* Matth. 13, 30 **14,5** 2 Cor. 12, 7 **6** propter ... 8 satanae] *cf.* 2 Cor. 12, 7 **8** Phil. 3, 13

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

29 dominus tibi *tr.* Br_1 P_{23} | praecepit tibi *tr.* α **31** homines H_2 Br_1 P_{23}; homine δ_1 *B X ma* **32** est] esse Br_1 P_{23} **33** zizaniam δ_1 H_2 **36** separaveris *B* W_2 **37** suam H_2 *w* | sis] si *Gt* H_2; possis *B* Br_1 P_{23} **38** vires tuae *om.* W_2 **14,2** quod α_2 Br_1 P_{23} **3** vives Br_1 P_{23} **4** quod δ_1 W_2 P_{23} **7** qua α **9** meipsum ζ *ma* | non me *tr.* ε **10** quia H_1 *B C* (*om.* ad) P_3

apprehendit, et dicit: *Non me arbitror apprehendisse.* Et quid agis, o Paule? 'Ad hoc curro, inquit, ut apprehendam'. Adhuc Paulus in via est, et tu te putas in patria? *Unum autem* inquit: *quae retro oblitus* – hoc fac et tu, vitam praeteritam malam obliviscere; si te delectavit aliquando vanitas, non te delectet – *quae retro oblitus*, inquit, *in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam vocationis dei in Christo Iesu.* Audio vocem dei desuper, et curro ut apprehendam. Non enim dimisit me in via
mi 1715 remanere, quia non cessat alloqui me. Ergo, fratres, non cessat deus alloqui nos. Nam si cessat, quid est quod agimus? Quid est quod agunt lectiones divinae et cantica divina? Obliviscimini ergo quae retro sunt, et in ea quae ante sunt vos extendite. Sic sugite lac ut crescatis ad cibum. Cum ergo veneritis, gaudebitis in patria.

Et adhuc attende apostolum sequi ad palmam supernae vocationis. Dicit enim: *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus.* Non loquor, inquit, imperfectis, quibus adhuc non possum loqui sapientiam, qui adhuc lacte potantur, non solido cibo pascuntur, sed illos dico, qui iam manducant solidum cibum. Iam videntur esse perfecti, quia intellegunt aequalitatem verbi cum patre. Adhuc non sic vident quomodo videndum est, *facie ad faciem*;

---

17 Phil. 3, 13–14 **28** Phil. 3, 15 **33** 1 Cor. 13, 12

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

---

13 agis] ais *lo ma* **14** adhuc *Gt ma* **15** retro] sunt *add.* H_1 *Gt* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ *ma* **16** tu] et ut tu *add. N*; ut et tu An_4; et *lo ma* | vitam ... malam] vita et praeterita mala C; vitam praeterita mala *Rm* P_3; vitia et praeterita mala P_6; praeterita mala *T* **17** te *om.* Br_1 P_{23} **19** vocationis] supernae *praem.* $\pi\ \eta\ \varepsilon\ \zeta$ Br_1 P_{23} *ma* | dei[1] *om.* $\gamma_1\ \zeta$ | audi δ_1 **21** qui $\pi\ \eta\ \varepsilon$ Br_1 P_{23} | deus non cessat *tr.* Br_1 P_{23} **24** et *om.* W_2 *B* | vos sunt *tr. C* ζ **25** venitis δ_1 | in patria gaudebitis *tr.* ε; in patriam gaudebitis (*sc.* cum veneritis in patriam, gaudebitis) *ma* **27** attendite H_2 P_6 *ma* **29** perfectis δ_1 H_2 ε Br_1 P_{23} **31** illis N^2 ζ *ma* | iam[1] *om.* δ_1 H_2

adhuc ex parte in aenigmate. Currant ergo, quia cum via finita fuerit, tunc redimus ad patriam. Currant, extendant se. *Quotquot perfecti, hoc sapiamus; et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus revelabit.* Si forte erras in aliquo, quare non redis ad lac matris? Quia si non extollimini, quia si non exaltatis cor vestrum, quia si non ingredimini in mirabilibus super vos, sed servatis humilitatem, revelabit vobis deus quod aliter sapitis. Si autem hoc ipsum quod aliter sapitis, defendere vultis, et pertinaciter astruere et contra pacem ecclesiae, fit vobis maledictum hoc quod dixit: 'Super matrem cum estis et foris a lacte separabimini, foris a visceribus matris fame moriemini'. Si autem perseveratis in pace catholica, si quid forte aliter sapitis quam oportet sapere, deus vobis revelabit humilibus. Quare? Quia *deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

v. 3 (15.) Ideo ad hoc conclusit hoc psalmus: SPERET ISRAEL IN DOMINO, EX HOC NUNC ET USQUE IN SAECULUM. Quod enim scriptum est Graece, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, hoc est posi- cc 1911

35 Phil. 3, 15 46 Iac. 4, 6; 1 Petr. 5, 5

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **15,1** conclusit *inc. K* 2 saeculum *des. K*

34 currunt $H_2\ P_{23}$ | via] vita $H_2\ \gamma\ \zeta$ 35 quotquot] ergo *add.* $\gamma\ \zeta$ *ma* 36 aliter] aliquid δ_1 | deus vobis *tr. B* γ_1 37 revelavit $\gamma\ P_{23}\ Y$ 38 extollemini δ_1 | quia si^2 *om.* δ (*exc. H*$_2$ *B*) $Br_1\ P_{23}$ | si^3 *om.* δ (*exc. B*) Br_1 40 revelavit ε 43 separamini $\delta_1\ W_2$ *ma* | foris^2] foras $Br_1\ P_{23}$ 44 perseveraveritis $\varepsilon\ P_6$ 45 forte *om.* δ_1 46 revelavit ε | deus *om.* $Br_1\ P_{23}$

15,1 hoc^2 *om.* $\pi\ \varepsilon\ P_{23}\ Y$; hic *lo ma* 2 dominum *lo ma* | nunc *om. Gt* $H_2\ B\ Br_1\ P_{23}$ | quod ... 4 saeculum *om.* $Br_1\ P_{23}$ | enim] autem ζ 3 ἀπὸ ... αἰῶνος] toneona is toneon α; ictoneonantoneo non *A*; sctoneontoneo non H_1; isto neonaton eono non H_2; stoneonan toneonon *B*; y toy eonas toneonon W_2; steneona ceωNNωn stoneon *N* An_4; stoneona ceuiNNωN stoneon *C Rm* est positum] expositum π (*exc.* W_2); expositum est *Gt ma*; est *om.* π (*exc.* W_2)

tum EX HOC ET USQUE IN SAECULUM. Sed non semper saeculi nomen hoc saeculum significat, sed aliquando aeternitatem, quia aeternum duobus modis intellegitur: usque in aeternum, id est aut semper sine fine aut quousque veniamus ad aeternitatem. Hoc ergo quomodo intellegendum est? Quousque veniamus ad aeternitatem, speremus in dominum deum, quia cum venerimus ad aeternitatem, iam spes non erit, sed ipsa res erit.

IN PSALMUM CXXXI

(1.) Iustum quidem erat, carissimi, ut fratrem potius audiremus collegam meum praesentem omnibus nobis. Et modo non negavit, sed distulit. Et ideo hoc indico caritati vestrae, ut mecum promissum teneatis. Non fuit autem absurdum a caritate nostra mi 1716 ut prior obtemperarem iubenti. Extorsit enim mihi ut esset modo auditor meus, eo sane pacto ut et ego sim ipsius, quia in ipsa caritate omnes eius auditores sumus qui unus nobis in caelo magister est. ergo animum intendite ad psalmum, quem in ordine, sicut nostis, tractandum habemus. Est etiam ipse praenotatus CANTICUM GRADUUM, et aliquanto ceteris sub eodem titulo pro-

---

in ps. CXXXI,1,2 collegam] *scil.* Severum Milev. (*cf.* praef. p. 8) 7 unus ... magister] *cf.* Matth. 23, 10

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 4 non *inc. K* 7 aeternitatem *des. K* 8 quousque *inc. K* 10 erit[2] *des. K*

---

4 hoc] nunc *add.* ε 5 saeculum hoc *tr.* π Br_1 P_{23} *w* 8 hic δ_1 *B* ζ *ma* | perveniamus ε P_6 | ad aeternitatem *om. B* 9 dominum deum] deo π Br_1 P_{23}; domino W_2 *w* 10 erit[2]] amen *add.* α

in ps. CXXXI,1,2 et modo *om.* Br_1 P_{23} 3 insinuo W_2 *Gt* 4 a ... nostra] caritati nostrae *N* γ_1 (*C i.ras.*) ζ P_{15}; caritati vestrae An_4 Br_1 P_{14} *ma* 6 quia *om. B* 9 ipse etiam *tr.* ε *Y*

lixior. Non ergo immoremur, nisi ubi necessitas coegerit, ut totum, si dominus permiserit, explicare possimus, quia et vos non tamquam rudes omnia debetis audire: aliquid et de praeteritis auditionibus adiuvare nos debetis, ne omnia tamquam nova a nobis dici necesse sit. Et novi quidem esse debemus, quia vetustas nobis obrepere non debet, sed etiam crescendum et proficiendum est. De ipso quippe profectu ait apostolus: *Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* Non sic proficiamus ut ex novis veteres efficiamur, sed ipsa novitas crescat.

v. 1 (2.) MEMENTO, DOMINE, DAVID ET OMNIS MANSUETUDI-
v. 2 NIS EIUS: SICUT IURAVIT DOMINO, VOTUM VOVIT DEO IACOB. David secundum fidem rerum gestarum unus homo erat, rex Israel, filius Iesse. erat quidem et ipse mansuetus, sicut eum indicat atque commendat scriptura divina, et ita mansuetus ut nec persecutori suo Sauli malum pro malo reddiderit. Servavit autem erga eum tantam humilitatem ut illum regem fateretur, se autem canem. Et non proterve nec superbe, cum esset in deo potentior, respondebat regi, sed eum placare potius affectabat humilitate, quam concitare superbia. Etiam in potestate datus est ei Saul, et hoc a domino deo, ut ei faceret quidquid vellet. Sed quia non praeceptum illi erat ut occideret, sed tantum in potestate datum illi erat – licet autem homini uti potestate sua –, ad cc 1912

17 2 Cor. 4, 16 **2,5** scriptura ... 21 occidere] *cf.* 1 Reg. 24, 4–15

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **2,3** David *inc. K* | gestarum *des. K* **4** mansuetus *inc. K* **5** divina *des. K*

13 rudes] estis qui *add.* α | et *om.* Br_1 P_{23} *Y* | de *om.* π (*exc.* H_2) **16** crescendum] est *add. B* **17** provectu α W_2 *Gt* P_7 **19** nobis W_2 H_2 γ; vobis *Gt* **2,5** commemorat *B* $\gamma\,\zeta$ **8** nec] et *B* **10** potestatem δ_1 | est *om.* W_2 *Gt* **12** praeceptum illi non *tr.* $\gamma\,\zeta$ | potestatem δ_1 **13** datum *om.* δ_1; datus α illi datus *B* H_{12} | uti] ut ε; ut in W_1 H_2

lenitatem potius deflexit quod ei deus concessit. Qui si vellet occidere, careret inimico, sed quomodo diceret: 'Dimitte mihi debita, sicut et ego dimitto debitoribus meis'?

In speluncam intravit Saul ubi erat David, nesciens quod illic esset David: ad necessaria ventris ille intravit. Surrexit David sensim et lente post ipsum, praecidit illi de veste panniculum quem illi ostenderet, ut nosset quia illum habebat in potestate, et non necessitate, sed voluntate pepercerat, et noluit occidere. Forte ipsam mansuetudinem commendavit modo dicens: MEMENTO, DOMINE, DAVID ET OMNIS MANSUETUDINIS EIUS. Hoc secundum rerum gestarum fidem, quam scriptura divina, ut diximus, continet. Sed solemus in psalmis non ad litteram attendere, sicut in omni prophetia, sed per litteram scrutari mysteria. Et meminit caritas vestra quia cuiusdam hominis vocem in omnibus psalmis solemus audire, qui unus habet caput et corpus. Caput autem in caelo est, corpus in terra, sed quo praecessit caput, et corpus secuturum est. Et iam non dico quis caput sit, qui corpus sint, quia scientibus loquor.

(3.) Commendatur ergo humilitas David, commendatur mansuetudo David, et dicitur deo: MEMENTO, DOMINE, DAVID
mi 1717 ET OMNIS MANSUETUDINIS EIUS. Ad quam rem memento, domine, david? SICUT IURAVIT DOMINO, VOTUM VOVIT DEO

15 *cf.* Matth. 6, 12

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **25** sed *inc. K* **28** audire *des. K* **3,1** commendatur[1] *inc. K*

16 et *om.* δ_1 Br_1 **17** spelunca α | ibi *B* **18** ad *om.* α **19** et *om. B* **20** habebat illum *tr.* π Br_1 P_{23} *Y*; habuerat ζ *ma* **21** pepercerat] illi *praem.* α_2 **26** scrutari] -re α; in ea *add. B* **28** quia *B* γ_1 **29** corpus] sed *praem.* δ_1 **30** caput[2]] corpus Br_1 P_{23} **31** qui] quis Br_1 P_{23} | corpus] caput Br_1 P_{23} | sit Br_1 P_{23} *Y*

3,3 omnis] totius π (*exc.* W_2) Br_1 P_{23} *Y*

IACOB. Ergo ad hoc MEMENTO, ut impleat quod promisit. Ipse David vovit tamquam in potestate habens, et rogat deum ut impleat quod vovit: est devotio voventis, sed est humilitas deprecantis. Nemo praesumat viribus suis se reddere quod voverit. Qui te hortatur ut voveas, ipse adiuvat ut reddas. Quid ergo vovit videamus, et hinc intellegimus quemadmodum sit accipiendus in figura David. David autem interpretatur 'manu fortis'. Erat enim magnus belligerator. Praesumens quidem de domino suo confecit bella omnia, prostravit omnes inimicos deo se adiuvante, quemadmodum se habebat illius imperii dispensatio, praefigurans tamen fortem manu quendam ad debellandos inimicos, diabolum et angelos eius. Hos autem inimicos ecclesia debellat. Et quomodo debellat? mansuetudine. Mansuetudine enim cc 1913
ipse rex noster vicit diabolum. Saeviebat ille, ille sufferebat. Victus est qui saeviebat, vicit qui sufferebat. In ista mansuetudine corpus Christi, quod est ecclesia, vincit inimicos. Sit manu fortis, operando vincat. Cum autem corpus Christi est et templum et domus et civitas, et ille qui est caput, caput corporis est et habitator domus est et sanctificator templi est et rex civitatis est. Quomodo ecclesia illa, omnia illa, sic Christus omnia ista. Quid ergo vovimus deo, nisi ut simus templum dei? Nihil gratius ei possumus offerre, quam ut dicamus ei quod dicitur in Isaia:

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 5 promisit *des. K* 9 quid *inc. K* 11 David[1] *des. K* 17 mansuetudine[2] *inc. K* 18 diabolum *des. K* 20 corpus *inc. K* 21 vincat *des. K*

---

6 vovit] novit α (*exc. Vr*) | et *om.* P_{23} *Y, exp.* Br_1 9 adiuvat] hortatur *B*; te *praem.* δ_1 10 voluit *B* | intellegamus *B* | accipiendum *B* 12 domino] deo *add. C ma* 13 inimicos] suos *add.* $\gamma\,\zeta$ P_{23} *Y ma* 15 manu fortem *tr.* ζ manum W_2 H_2 *B* | quandam *B* 18 ille[2]] iste *lo ma*; *om.* η 19 istam mansuetudinem W_2 *Gt* 21 et[1] *om. B* 22 quis V_2^2 *Vr* H_2 | est[1] *om.* $\gamma\,\zeta$ *ma* | caput[2] H_1; *om. cett. ma* | et[3] *om.* α H_1 23 est[1] *om.* W_2 η (*exc.* O_4 *ac.*) | est[3] *om.* δ_1 *B* 24 illa[1] ε *T*; *om. cett. ma* | illa[2] *om.* An_4 *T*

Posside nos. Equidem in istis possessionibus terrenis patrifamilias praestatur, quando ei datur possessio. Non sic est possessio quae est ecclesia: ipsi possessioni praestatur, ut a tali possideatur.

(4.) Quid ergo dicit SICUT IURAVIT DOMINO, VOTUM VOVIT DEO IACOB? Videamus quod votum. Iurare est autem firme promittere. Attendite votum hoc, id est quod voverat quo ardore voverit, quo amore, quo desiderio, et tamen ad hoc implendum dominum deprecatus est dicens: MEMENTO, DOMINE, DAVID ET OMNIS MANSUETUDINIS EIUS. In hac mansuetudine vovit votum, ut sit domus dei: **SI INTROIERO IN TABERNACULUM DOMUS MEAE, SI ASCENDERO SUPER LECTUM STRATUS MEI, SI DEDERO SOMNUM OCULIS MEIS.** Parum visus est dicere: SOMNUM OCULIS MEIS, **ET PALPEBRIS MEIS DORMITATIONEM ET REQUIEM TEMPORIBUS MEIS** SI DEDERO, **QUOADUSQUE INVENIAM LOCUM DOMINO, TABERNACULUM DEO IACOB.** Ubi quaerebat locum domino? Si mansuetus erat, in se quaerebat. Quomodo est enim locus domini? Audi prophetam: *Super quem requiescet spiritus meus? Super humilem et quietum et trementem verba mea.* Vis ergo esse locus domini? Esto humilis et quietus et tremens verba dei, et tu ipse efficeris quod quaeris. Si enim in te non fiat quod quaeris, in altero quid tibi prodest? Operatur quidem deus aliquando per evangelistam salutem alterius tantum, si ipse dicit

v. 3–4

v. 5

mi 1718

3,27 Is. 26, 13 4,14 Is. 66, 1–2

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 4,1 quid *inc. K* 3 voverat *des. K* 7 ut *inc. K* 12 quaerebat *des. K*

---

27 et quidem α

4,1 dicitur α_2 2 votum] nisi ut simus templum dei nihil gratius ei possumus offerre quam iurare (iure γ_1 iure iurare Gt^2 H_1^2 P_{14} P_{15}) *add.* Gt^2 H_1^2 $\gamma\ \zeta$ *Y* P_{14} P_{15} (*cf. supra 3,25*) | eiurare ε 7 votum vovit *tr.* δ_1 ε P_{23} *ma* 8 strati α δ_1 W_2^1 *Gt* ζ *Y w* 9 visum *B* 14 enim est *tr.* ζ 16 ergo *om. ma* | et^1 *om.* α δ_1 P_{23} *Y* 17 quaeris] in altero *add.* ε P_{23} *Y* | si ... non] nisi enim in te δ Br_1 P_{23} *Y*

et non facit, et fit per linguam eius in alio locus domino, non autem fit ipse locus domino. qui autem quae docet bene facit, et sic docet, fit locus domino cum eo quem docet, quia omnes credentes unum locum faciunt domino. In corde enim habet locum dominus, quia unum cor est omnium in caritate copulatorum.

(5.) Quam multa milia crediderunt, fratres mei, quando pretia rerum suarum posuerunt ad pedes apostolorum! sed quid cc 1914
de illis dicit scriptura? Certe facti sunt templum dei: non tantum templa dei singuli, sed et omnes simul templum dei. Facti sunt ergo locus domino. Et ut noveritis quia unus locus factus est domino in omnibus, scriptura dicit: *Erat illis anima una et cor unum in deum.* Multi autem ne faciant locum domino, sua quaerunt, sua diligunt, potestate sua gaudent, privatum suum concupiscunt. Qui autem vult facere locum domino, non de privato, sed de communi debet gaudere. Hoc illi fecerunt de rebus suis privatis, fecerunt illas communes. Quod habebant suum, numquid amiserunt? Si soli haberent, unusquisque suum haberet, hoc solum haberet quod suum habebat; cum autem quod proprium erat, commune fecit, et ea quae erant ceterorum, ipsius facta sunt.

Intendat caritas vestra, quia propter illa quae singuli possidemus, existunt lites, inimicitiae, discordiae, bella inter homines, tumultus, dissensiones adversum se, scandala, peccata, iniquitates, homicidia. Propter quae? Propter ipsa quae singuli possidemus. Numquid propter ista quae communiter possidemus, litigamus?

5,2 Act. 5, 2 6 Act. 4, 32

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

---

20 per linguam] lingua γ_1 24 est cor *tr.* γ
5,2 sed *om. B* 4 templa] -lum $R_3 F F_2\ \delta_1 Gt\ \gamma_1 P_6 Br_1 ma$ | et *om.* $H_2 Gt$ templum dei simul *tr. C ma* 6 cor unum et anima una *tr.* α 12 unusquisque] et *praem.* $\gamma\ \zeta ma$ 18 ipsa] illa $\pi\ \eta Br_1 P_{23} Y$

Aerem istum communiter ducimus, solem communiter omnes videmus. Beati ergo qui sic faciunt locum domino, ut privato suo non gaudeant. Talem enim describebat iste, qui dicebat: SI INTROIERO IN TABERNACULUM DOMUS MEAE. Privatum hoc erat. Sciebat privato se impediri ne faceret locum domino, et ea commemorat quae ad seipsum pertinebant. Non introibo IN TABERNACULUM DOMUS MEAE DONEC INVENIAM. Quid? Cum inveneris locum domino, intrabis in tabernaculum tuum, an ipsum erit tabernaculum tuum, ubi inveneris locum domino? Quare? Quia ipse eris locus domini, et cum eis qui fuerint locus domini, unum eris.

(6.) Abstineamus ergo nos, fratres, a possessione rei privatae, aut ab amore, si non possumus a possessione, et facimus locum domino. 'Multum est ad me', ait aliquis. Sed vide quid sis facturus: LOCUM DOMINO. Si vellet apud te hospitium habere aliquis senator, non dico senator, procurator alicuius magni secundum saeculum, et diceret: 'Offendit me quiddam in domo tua', etsi amares hoc, auferres tamen ne eum offenderes, ad cuius amicitiam ambires. Et quid tibi prodest hominis amicitia? Forte ibi non solum nullum auxilium, sed et periculum invenires. Nam multi non periclitabantur antequam maioribus iungerentur: exoptarunt maiorum amicitias, ut maiora pericula incurrerent. Securus opta amicitiam Christi. Hospitari apud te vult. Fac illi mi 1719 locum. Quid est 'Fac illi locum'? Noli amare teipsum, illum ama.

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **5,24** sciebat *inc. K* **25** pertinebant *des. K* **6,12** hospitari *inc. K*

---

22 enim] ergo *C ma* **24** ea] quae *add.* γ_1 **25** commemoraret α **29** erit *B* **30** unus *B*

6,2 et *om.* δ_1 | faciamus δ_1 *B* **3** multum ... domino *om.* γ_1 | quid] quis *ma* **4** hospitium apud te *tr. B* | habere hospitium *tr.* α **5** non ... senator *om.* α **6** quidam γ_1 **9** non solum ibi *tr.* ζ | ullum *A B* **10** periclitantur *Gt* An_4 **11** exoptarunt] et *praem.* ε *T* | maiora] maiorum *B* **12** Christi] qui δ_1

Si te amaveris, claudis contra illum; si ipsum amaveris, aperis illi. cc 1915
Si autem aperueris et intraverit, non peries amando te, sed invenieris cum amat te.

(7.) SI INTROIERO IN TABERNACULUM DOMUS MEAE, SI ASCENDERO SUPER LECTUM STRATUS MEI. Privata enim res ipsa ubi homo acquiescit, superbos facit. Ideo dixit: SI ASCENDERO. In re quam privatam quisque possidet, necesse est superbus sit. Inde se enim tendit homo ad hominem, cum sint ambo caro. Quid est homo, fratres? Caro. Et quid est alter homo? Altera caro. Et tamen caro dives extendit se contra carnem pauperem, quasi aliquid illa caro attulerit quando nata est, aut aliquid auferat quando moritur. Ad hoc plus habuit, ut plus tumeret. Iste autem qui vult invenire locum domino, dicit: SI ASCENDERO SUPER LECTUM STRATUS MEI.

(8.) SI DEDERO SOMNUM OCULIS MEIS. Multi enim cum dormiunt, non faciunt locum domino. Tales excitat apostolus: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus*, et alio loco: *Nos autem qui diei sumus, vigilemus et sobrii simus: nam qui dormiunt, nocte dormiunt, et qui inebriantur, nocte ebrii sunt,* noctem dicens iniquitatem, in qua illi obdormiunt cupiendo ista terrena. Et omnes istae felicitates quae videntur saeculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo qui videt thesauros in somnis,

---

8,3 Eph. 5, 14 4 1 Thess. 5, 5–7

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S W_1 B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 14 illi *des. K* 7,1 si[1] *inc. K* 4 sit *des. K* 8,1 si *inc. K* 3 Christus *des. K*

---

15 inveneris V_2 δ_1 H_2 C; -iris *Rm* P_3 16 cum ... te] cum amante *A ac. uv.*, H_1^2 γ_1 ζ; eum amantem te Br_1 P_{23} Y^2; cum amante te *ma*
7,2 stratus *Gt* H_2, *B pc.*, P_{23} *ma*; strati *cett.* 3 si *om.* δ_1 4 privatim π η Br_1 P_{23} *Y* 5 enim se *tr.* $\alpha\ \zeta$ | ambo sint *tr. ma* 11 stratus Gt^2 *B* P_{23}; strati *cett. ma*
8,3 surge] exsurge *B* 6 dicit *B* | obdormiunt] dormiunt δ_1; obdormierunt W_2 *Gt*

dormiens dives est, sed evigilabit, et pauper erit, sic omnia ista vana huius saeculi, de quibus homines gaudent, in somno gaudent: evigilabunt quando nolunt, si non modo evigilant quando utile est, et invenient somnia fuisse illa et transire, sicut dicit scriptura: *Veluti somnium exsurgentis*; et alio loco: *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Dormierunt somnum suum,* finitus est somnus, *et nihil invenerunt in manibus suis*, quia in somnis videbant divitias transituras. Iste ergo qui vult invenire locum domino, dixit etiam: SI DEDERO SOMNUM OCULIS MEIS. Sunt autem quidam qui non dormiunt, sed dormitant. Aliquantum retrahunt, retrahunt se ab amore temporalium, et rursus revolvuntur in eum: quasi dormitantes, caput crebro inclinant. Evigila, excute somnum! Dormitando casurus es. Non vult psalmus oculis suis dare somnum nec palpebris dormitationem eum, qui vult invenire locum domino.

(9.) Nec REQUIEM inquit TEMPORIBUS MEIS. A requie temporum somnus venit ad oculos. Tempora circa oculos sunt. Veluti futurus somnus gravedo temporum est. Nam omnibus dormituris gravari tempora incipiunt, et cum senserint sibi grava-

13 Ps. 72, 20 | Ps. 75, 6

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **18** sunt *inc. K* **23** dormitationem *des. K* **9,1** nec *inc. K*

9 evigilavit δ_1 W_2 H_2 $\varepsilon\,\gamma_1$; vigilabit *B*; vigilavit *Gt* | omnia] somnia ε | vana ista *tr.* αBr_1 **10** saeculo α | homines] omnes γ **11** evigilabunt] et vigilabunt *B C* **12** transisse δ_1 P_6 *ma* | scriptura dicit *tr.* W_2 *Gt Y* **13** velut δ_1 *Gt* ζ | exurgentes TP_{23} **16** suis *om. B* | videbant] habebant δ_1 **17** transitorias ε *ma* **19** retrahunt^2 δ_1; *om. cett. ma* **20** volvuntur δ_1 **21** excutere α | somnium $\alpha\,\delta_1$ W_2 $\eta\,\gamma_1$ **22** somnium δ_1 γ_1 **23** palpebris] suis *add.* H_2 *Gt*

9,1 nec] et $\gamma\,\zeta P_{23}$ *ma* | inquit] in δ_1 **3** somnus *om.* δ_1 | hominibus *X ma* **4** dormitaturis (*ex* -us) V_{22} | et *om.* δ

ri tempora, iam imminet somnus, qui si dandus est oculis, dat cc 1916
requiem temporibus suis, et venit somnus; si non dederit requiem temporibus suis, non venit somnus. Cum ergo coeperit te aliquid temporale delectare ad peccatum, iam gravantur tibi tempora. Vis evigilare et non dormire nec dormitare? Noli te credere tali delectationi: maiores dolores habebit quam suavitates. mi 1720
Ista cogitatione quasi confricans frontem, excutis somnum, et paras locum domino, (10.) donec invenias LOCUM DOMINO, TABERNACULUM DEO IACOB.

LOCUM DOMINO, TABERNACULUM DEO IACOB. Quamquam aliquando dicitur tabernaculum dei domus dei, et domus dei tabernaculum dei, distinctius tamen accipitur, fratres carissimi, tabernaculum ecclesia secundum hoc tempus, domus autem ecclesia caelestis Ierusalem, quo ibimus. Tabernaculum enim tamquam militantium et pugnantium: tabernacula militum in procinctu, in expeditione; unde contubernales dicuntur milites, quasi tabernacula eadem habentes. Quamdiu ergo habemus hostem cum quo pugnemus, tabernaculum deo facimus. Cum autem transierit tempus pugnae, et venerit pax illa quae praecellit omnem intellectum, sicut dicit apostolus: *Et pax Christi quae praecellit omnem intellectum* - quantumcumque enim cogitaveris de

10,13 Phil. 4, 7

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 6 somnus *des. K* 7 cum *inc. K* 10,1 domino[1] *des. K*

5 si *om.* α H_2 *B* | dat] dant *ma* 6 veniet δ_2 | dederint *ma* 7 veniet *B Y* 9 non] nec δ_2 *B* η Br_1 11 ista] et ea α | confricas W_2 *B*; confingas *A*; confringas *K* | somnium δ_1
10,1 donec ... domino *om.* δ_1 | inveniam α (*exc.* α_2) δ_2 *B* Br_1 P_{23} *ma* 3 locum domino *om.* α | locum ... Iacob α A^2 H_1 (Iacob *om.* A^2 H_1) W_2 H_2 *B*; *om. A Gt* η ε γ_1 ζ Br_1 P_{23} *Y ma* 6 ecclesiae P_{23} *Y* 7 ecclesiae δ_1 8 tabernaculum α H_1 10 habentes] et habitantes *add. ma* 11 faciamus *B* 12 praecellet δ_1 *N*

pace illa, minus eam capit animus adhuc in ista corporis gravedine constitutus – cum illa venerit, illa patria iam domus erit: nullus adversarius tentabit, ut tabernaculum vocetur; non procedemus ad pugnandum, sed permanebimus ad laudandum. Quid enim dicitur de illa domo? *Beati qui habitant in domo tua: in saecula saeculorum laudabunt te.* In tabernaculo adhuc geminus, in domo laudabimus. Quare? Quia gemitus est peregrinantium, laudatio iam in patria commanentium. Hic primo quaeratur tabernaculum deo Iacob.

(11.) ECCE AUDIVIMUS EAM IN EPHRATA. Quam EAM? *v. 6* Sedem domini audivimus in Ephrata. INVENIMUS EAM IN CAMPIS SALTUUM. AUDIVIMUS EAM IN EPHRATA, INVENIMUS EAM IN CAMPIS SALTUUM. Ibi audivit ubi invenit, an alibi audivit et alibi invenit? Quaeramus ergo quid sit Ephrata, ubi audivit; ita quaeramus quid sit IN CAMPIS SALTUUM, ubi invenit. Ephrata verbum Hebraeum interpretatur Latine 'speculum', sicut tradiderunt qui verba Hebraea in scripturis posita in aliam linguam transtulerunt, ut ad nos perveniret intellectus. Nam ex Hebraea transtu-

19 Ps. 83, 5

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **23** tabernaculum *inc. K* **11,3** saltuum *des. K* **5** quaeramus[1] *inc. K* | Ephrata *des. K* **6** Ephrata *inc. K* **7** speculum *des. K*

15 gravetudine α **16** illa[1] *om.* γP_{23} *ma* | illa[2] *om.* η **17** temptavit H_1 W_2 *Gt* H_2 ε *Rm* P_3 | vocetur] vincatur α | procedimus δ_2 *B* $\eta\,\varepsilon$ Br_1 P_{23} **19** inhabitant *B* **22** iam *om. B* | primum δ_1 Br_1 **23** deo *om. B*; dei γ_1 **11,1** audivimus] invenimus γ_1 | eam[1] ... eam] ea ... ea W_2 H_2, *B pc.* | Eufrata *hic et infra codd. fere omnes* **3** saltus $\delta\,\eta\,\varepsilon P_{23}$ | audivimus ... saltuum *om. B* γ_1 ζP_{23} *ma* | eam[1] *om.* α (*exc.* R_3) ε | eam[2] *om.* ε **4** saltus δ | ubi Br_1 P_{23} | alibi invenit et alibi audivit *tr.* W_2 *Gt Y* **5** ita] item *lo ma* | quaeramus[2]] quaeremus α W_2 *Gt*; quaerimus H_1 H_2 **6** quid ... campis] *quid sint campi π; qui sint campi *Gt* P_{23} *Y* | sit] sint ε | saltus *B* **8** in[1] *om.* γ

lerunt in Graecam, ex Graeca translata sunt nobis in Latinam. Fuerunt enim qui vigilarent in scripturis.

Si ergo Ephrata 'speculum', illa domus quae inventa est in campis saltuum, in speculo audita est. Speculum imaginem habet: omnis prophetia imago futurorum. Domus ergo dei futura in imagine prophetiae praedicata est. Audivimus enim illam in speculo, id est: AUDIVIMUS IN EPHRATA, INVENIMUS IN CAMPIS SALTUUM. Qui sunt campi saltuum? Campi silvarum. Non enim quemadmodum vulgo dicitur: 'Saltus ille, verbi gratia, centurias habens tot'. Saltus proprie, locus adhuc incultus et silvester dicitur. Nam et quidam codices IN CAMPIS SILVAE habent. Qui ergo erant campi saltuum, nisi gentes incultae? Qui erant campi saltuum, nisi ubi adhuc vepres erant idolatriae? Sic tamen quomodo vepres ibi erant idolatriae, ibi invenimus locum domino, tabernaculum deo Iacob. Quod AUDIVIMUS IN EPHRATA, INVENIMUS IN CAMPIS SALTUUM, quod praedicatum est in imagine Iudaeis, manifestatum est in fide gentium. cc 1917 mi 1721

v. 7 (12.) **INTRAVIMUS IN TABERNACULA EIUS.** Cuius? domini dei Iacob. Qui intrant ut inhabitent, ipsi sunt qui intrantur ut inhabitentur. In domum tuam ut inhabites intras, domum dei ut inhabiteris. Est enim melior dominus, qui, cum te coeperit inhabitare, beatum te faciet. Nam si tu illo non inhabiteris, miser

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S W_1 K B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 12 si *inc.* K 17 silvarum *des.* K 19 saltus *inc.* K 26 gentium] *des.* K

10 ex] et *praem. lo ma* | translati γ P_{14} P_{15} | nobis] et *add.* W_2 H_2 η | latina B 12 ergo] illa *add.* B 13 speculo] speculum α W_2 H_2 Gt 14 in *om.* B C 15 illa B γ_1 16 invenimus] eam *add.* α 19 habet W_2 H_2 20 et *om.* α quidem δ_1 22 idololatriae *lo ma* 23 ibi vepres *tr.* α | idololatriae *lo ma* 25 imaginem γ P_{23} P_{14} P_{15} 26 est *om.* α

12,1 intrabimus Gt ζ *ma* | tabernaculum Gt C ζ 2 habitent B | intrant ε ζ *ma* 3 habitentur γ_1 | domo tua α | domum²] domus γ_1; in *praem.* $\delta\ \eta$ Br_1 P_{23} Y 4 tecum $\pi\ \eta$ Br_1 P_{23} Y 5 facit γ | illo] ab *praem.* $\varepsilon\ \zeta$ Y P_{14} *ma*; in η

eris. In sua potestate esse voluit ille filius qui dixit: *Da mihi partem patrimonii quae me tangit.* Bene servabatur apud patrem, ne cum meretricibus dissiparetur. Accepit, facta est in eius potestate. Profectus in regionem longinquam, effudit omnia cum meretricibus. Passus est tamen famem, recordatus est patrem, reversus est ut pane saturaretur. Ergo intra, ut inhabiteris; et non quasi tuus sis, sed illius: INTRAVIMUS IN TABERNACULA EIUS.

(13.) ADORAVIMUS IN LOCUM UBI STETERUNT PEDES EIUS. Cuius pedes? Domini, an ipsius domus domini? Domus enim domini est ubi dicit quia debet adorari. ADORAVIMUS IN LOCUM UBI STETERUNT PEDES EIUS. Praeterquam domum suam, non exaudit deus ad vitam aeternam. Ille enim ad domum dei pertinet, qui est in caritate compaginatus lapidibus vivis. Qui autem caritatem non habuerit, ruinam facit: et illo ruente domus stat. Nemo enim minetur domui, ubi esse quasi lapis coepit, si ruere voluerit, quasi aliquid domui noceat. Sic enim superbierat et primus populus Iudaeorum, dicens: 'Neque enim fraudaturus est deus patrem Abraham, cui promisit tanta de semine eius', et faciebant omnia mala tamquam securi de pollicitatione dei, quod non pro illorum meritis qui scelera faciebant, sed pro meritis cc 1918 Abrahae parceret eis, et qualescumque malos filios Abrahae congregaret in domum suam ad vitam aeternam. Sed quid Iohannes? *Generatio* inquit *viperarum.* Quando ad illum venerunt ipsi

---

12,6 Luc. 15, 12 **13,6** lapidibus vivis] *cf.* 1 Petr. 2, 5 **16** Matth. 3, 7–9

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

---

6 partem mihi *tr.* α 7 contingit H_1 W_2 O_4 10 tamen] tandem *ma* patrem] tamen *praem.* ε 11 est] ad patrem *add.* ε | ut pane] ad panem ut *B* 12 intrabimus ε ζ *ma* | tabernaculum *C* ζ

13,1 adorabimus γ ζ *ma* | loco α_2 *B* η ε γ_1 ζ *ma* 3 dei π P_{23} *Y* | qua γ adorabimus α *Gt* ζ γ_1 P_{23} *Y ma* 4 loco *B* η *ma* 8 imminetur ε 10 et *om. B* | prius *B* | fraudatus *B* 12 quod] quia π Br_1 P_{23} 14 qualiscumque δ_1

filii Abrahae ut baptizarentur in aqua paenitentiae, non eis dixit: 'Generatio Abrahae', sed *viperarum.* Tales enim erant, quales quos imitabantur: non filii Abrahae, sed filii Amorrhaei, Chananaei, Gergesaei, Iebusaei, et omnium qui offenderunt deum. Ipsorum filii erant, quia ipsorum facta sectabantur. *Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum paenitentiae. Et ne dixeritis: 'Patrem habemus Abraham'. Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.* Nescio quos lapides tunc videbat IN CAMPIS SALTUUM: inde suscitati sunt filii Abrahae. Filii enim magis qui fidem imitati sunt quam qui de carne nati sunt. Nemo ergo minetur domui dei, quasi dicat: 'Subtraho me, et ruet domus'. Bonum est enim illi ut coaedificetur et habeat caritatem. Nam si ipse ruerit, stabit domus. Itaque, fratres, in his est domus dei quos praedestinavit et praescivit perseveraturos. De illis dictum est: UBI STETERUNT PEDES EIUS. Etenim qui non perseverant, nec stant pedes eius in eis - non sunt ergo ipsi ecclesia -, non ipsi pertinent ad illud modo tabernaculum, tunc domum. Sed ubi steterunt pedes eius? *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum.* In his in quibus caritas refrigescit, non stant pedes eius. Sed quid secutus est? *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

mi 1722

35 Matth. 24, 12 37 *ibid.* 13

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 13,30 in *inc. K* 33 eis *des. K* 35 in *inc. K*

20 Iebusaei] et *praem.* δ_1 *Gt* Br_1 P_{23} *Y* 21 quia ipsorum] quorum Br_1 P_{23} sequebantur W_2 H_2 22 vobis ostendit *tr.* α | ab ira ventura *tr.* π Br_1 P_{23} *Y* 23 patrem] quia *praem.* ζ 25 tunc lapides *tr.* δ_1 26 unde P_6 *lo ma* | fide *B* 27 quam] non *B* 28 dicatur γ_1 | ruit δ (*exc. B*) | dominus δ_1 | enim *om.* δ η Br_1 P_{23} *Y* 30 praescivit et praedestinavit *tr. B Y* 32 etenim *om. B* Br_1; sunt enim ζ *ma* | nec] non π Br_1 P_{23} *Y* | eius²] eorum γ P_{14} 33 ipsi²] illi α 35 abundabit V_2 *B* Br_1 | refrigescit α *B* 36 refrigescet α *Gt*

Ecce in quibus steterunt pedes eius: in eo loco adora, id est de talibus esto in quibus steterunt pedes domini.

(14.) Si autem de ipsa domo intellegere volueris, UBI STETERUNT PEDES EIUS domus, pedes tui in Christo stent. Tunc autem stabunt pedes, si perseveraveris in Christo. Quid enim dicitur de diabolo? *Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit.* Diaboli ergo pedes non steterunt. Item de superbis quid dicit? *Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatorum non moveant me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Ergo domus dei, cuius pedes stant. Unde ille gaudens Iohannes quid ait? *Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi stat et audit eum.* Si non stat, non audit eum. *Et gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Merito stat, quia propter vocem sponsi gaudet. Nam si propter vocem suam gauderet, caderet. Iam videtis ergo quare ceciderint qui ad vocem suam gaudent. Amicus autem ille sponsi dicebat: *Hic est qui baptizat.* Quidam dicunt: 'Nos baptizamus'. Ad vocem suam gavisi stare cc 1919 non potuerunt, et non pertinent ad istam domum de qua dicitur: UBI STETERUNT PEDES EIUS.

(15.) EXSURGE, DOMINE, IN REQUIEM TUAM. Domino *v. 8* dormienti dicit: EXSURGE. Iam nostis quis dormivit, et quis resurrexit. Ipse enim quodam loco dicit in psalmo: *Dormivi conturbatus.* Bene illi dicitur: EXSURGE IN REQUIEM TUAM. Iam

---

14,4 Ioh. 8, 44 6 Ps. 35, 12–13 9 Ioh. 3, 29 14 Ioh. 1, 33 15,3 Ps. 56, 5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S W_1 B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 38 eius *des. K* 14,2 pedes[2] *inc. K* 3 Christo *des. K* 15,1 exsurge *inc. K*

14,4 fuit W_2 B *Gt* 7 moveat δ_1 W_2 H_2 ζ *ma*; commoveat B | sunt *om. B* 8 domini δ_1 9 Iohannes *om. B* 10 non[1] *om.* δ_1 *T* 13 ceciderunt B Br_1 qui] quia α 14 autem] enim π η Br_1 P_{23} Y *ma* 15 quidam] autem *add.* ε 15,4 exsurge] domine *add. ma*

non conturbaberis, quia *Christus surgens a mortuis iam non moritur*, et *mors ei ultra non dominabitur*. Ipsius est vox in alio psalmo: *Ego dormivi et somnum cepi et exsurrexi, quoniam dominus suscipiet me*. Ipse dormivit, ipsi dicitur: EXSURGE, DOMINE, IN REQUIEM TUAM, TU ET ARCA SANCTIFICATIONIS TUAE, id est exsurge ut exsurgat et arca sanctificationis tuae, quam sanctificasti. Ipse caput nostrum. Arca eius ecclesia eius. Surrexit prior, surget et ecclesia. Non autem auderet sibi resurrectionem corpus promittere, nisi prior exsurgeret caput. EXSURGE, DOMINE, IN REQUIEM TUAM, TU ET ARCA SANCTIFICATIONIS TUAE. Et corpus Christi quod ex Maria natum est, intellectum est a quibusdam arca sanctificationis, ut hoc diceret: EXSURGE, DOMINE, IN REQUIEM TUAM, TU ET ARCA SANCTIFICATIONIS TUAE. Cum corpore exsurge, ut palpent qui non credebant. EXSURGE, DOMINE, IN REQUIEM TUAM, TU ET ARCA SANCTIFICATIONIS TUAE.

v. 9 (16.) SACERDOTES TUI INDUANTUR IUSTITIAM, ET SANCTI TUI LAETENTUR. Te exsurgente a mortuis et eunte ad patrem regale illud sacerdotium induatur fidem, quia *iustus ex fide vivit*, et accepto pignore spiritus sancti laetentur membra spe resurrec- mi 1723

5 Rom. 6, 9 7 Ps. 3, 6 15 a quibusdam] *cf.* Hil. Pict., in Ps. 131, 16 18 palpent ... credebant] *cf.* Ioh. 20, 27 16,3 regale ... sacerdotium] *cf.* 1 Petr. 2, 9 | Rom. 1, 17

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 6 dominabitur *des. K* 9 id *inc. K* 12 ecclesia *des. K* 14 tuae *des.* H_2 15 corpus *inc. K*

5 turbaberis $\pi\, Br_1 P_{23}\, Y\, w$ 7 somnium δ_1 | somnum cepi] soporatus sum $\varepsilon P_{14} P_{15}$ | coepi *B* | surrexi αH_2 8 suscepit $\delta_2\, Br_1 P_{23}\, Y$ 10 ut] et δ | et *om.* δ_1, *N ac.* 12 surget] surrexit α; surgat *B* γ_1 | et *om.* $\delta_1\, T\, Br_1 P_{23}\, Y$ 13 prior] γ_1; prius *cett. ma* | exurgere δ_1; resurgeret *C ma*
16,1 iustitia *B* 2 euntem *B* 3 induitur α; induantur *C ac., Rm* | fidem *B Gt* η *ma*; fidei *N ac.*; fide *cett. Prosp.*

tionis, quae praecessit in capite. Eis enim apostolus dicit: *Spe gaudentes.*

(17.) PROPTER DAVID SERVUM TUUM NE AVERTAS FACIEM CHRISTI TUI. Hoc deo patri dictum est: PROPTER DAVID SERVUM TUUM NE AVERTAS FACIEM CHRISTI TUI. Crucifixus est dominus in Iudaea, crucifixus a Iudaeis, ab ipsis turbatus dormivit. Inter quorum saevientium manus dormivit, ad eos iudicandos surrexit; et dicit quodam loco: *Et suscita me, et reddam illis.* Et reddidit, et redditurus est. Nam quanta postea Iudaei passi sunt occiso domino, norunt ipsi. De ipsa civitate, ubi illum occiderunt, omnes expulsi sunt. Quid ergo? Etiam omnes de stirpe David? omnes perierunt et de tribu Iuda? Non. Nam crediderunt inde aliqui, et multa milia hominum crediderunt inde, et hoc iam post resurrectionem domini. Saevierunt, ut crucifigerent, et postea coeperunt videre fieri miracula in nomine crucifixi, et plus cc 1920 contremuerunt tantum posse eius nomen qui quasi inter manus eorum nihil poterat, et compuncti corde iam credentes divinitatem occultam fuisse in illo quem ceteris similem hominibus putaverunt, et consilium petentes ab apostolis audierunt: *Agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi.* *v. 10*

5 Rom. 12, 12 **17,6** Ps. 40, 11 **17** Act. 2, 37–38

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* $W_1 H_2 B$) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **16,5** capite *des. K*

5 quia $\delta_2 B$
17,1 ne] non $W_2 Gt\ \gamma_1$ **4** crucifixus] est *add.* $\gamma\ \zeta Br_1 P_{23}$ *ma* **6** et[1] *om.* $\zeta Br_1 P_{23} Y$ | suscita] exsuscita $W_2 Gt\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta Y$ **7** Iudaei postea *tr.* α **8** ipsi] et *praem.* $\gamma_1\ \zeta$ **9** etiam *om. B* | omnes[2] $\gamma_1\ \zeta$; *om. cett. ma* **11** inde[2] *om.* α **13** crucifixi] Christi *praem.* ζ **16** illum $\delta_2 B\ \eta$ **19** nostri *om. B*

Ergo quia ad iudicandos eos a quibus crucifixus est surrexit Christus, et avertit faciem suam a Iudaeis, et convertit ad gentes, tamquam rogatur deus propter reliquias Israel, et dicitur ei: PROPTER DAVID SERVUM TUUM NE AVERTAS FACIEM CHRISTI TUI. Si palea damnata est, frumenta colliguntur: *Reliquiae salvae fiant,* sicut dicit Isaias. Et plane factae sunt reliquiae salvae: inde erant duodecim apostoli, inde plus quam quingenti fratres, quibus se dominus demonstravit post resurrectionem, inde tot milia baptizati, quae pretia rerum suarum ante pedes apostolorum ponebant. Ergo impletum est quod hic rogatus est deus: PROPTER DAVID SERVUM TUUM NE AVERTAS FACIEM CHRISTI TUI.

v. 11 (18.) IURAVIT DOMINUS DAVID VERITATEM, ET NON PAENITEBIT EUM. Quid est IURAVIT? Promissum per seipsum firmavit. Quid est NON PAENITEBIT EUM? Non mutabit. Non enim dolorem paenitentiae patitur deus aut in aliquo fallitur, ut velit corrigere in quo erravit. Sed quomodo hominem cum paenitet, mutare vult quod fecit, sic ubi audis quia paenitet deum, mutationem ipsam spera. Aliter illam facit deus, quamvis nomine paenitentiae appellet, aliter tu. Tu enim facis quia erraveras; ille autem facit quia vindicat aut quia liberat. Mutavit regnum Saul, cum paeniteret eum: sic dictum est. Et in eo ipso loco ubi scriptura

---

24 Is. 10, 22; Rom. 9, 27 **26** plus ... fratres] *cf.* 1 Cor. 15, 6 **27** tot ... baptizati] *cf.* Act. 2, 41 **28** baptizati ... ponebant] *cf.* Act. 4, 34

---

adsunt π: $\alpha\ \delta_1$ (-*S*) W_2 *Gt* | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **17,20** quia *inc. K* **24** tui *des. K* **25** factae *inc. K* **26** fratres *des. K* **29** ergo *inc. K* **18,3** mutabit *des. K* **5** quomodo *inc. K* **7** spera *des. K*

---

20 istos α | resurrexit *B* **24** colligantur π η Br_1 P_{23} *Y ma* **27** se] ipse *add.* ε **28** baptizata π η Br_1 P_{23} *ma* | quae] qui *B* N^2 An_2^2 ζ **29** dominus W_2 *Gt* **18,2** seipsum] ipsum α **4** dolore W_2 *B* **6** mutare] et *praem.* α | deus *B* **7** fecit γ | deus *om.* γ_1 P_6 **9** mutavit] ergo *add.* δ_1 **10** sic] sicut γ P_6 Br_1 P_{23} *Y ma*

dicit: *Paenituit eum*, ibi paulo post dicitur: *Non enim sic est ut homo, ut paeniteat eum.* Cum ergo mutat opera sua per incommutabile consilium suum, propter ipsam, non consilii, sed operis mutationem, paenitere dicitur. Hoc autem sic promisit ut non mutaret, quomodo dicitur et illud: *Iuravit dominus, et non paenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec*; sic et hoc, quia ita promissum est ut non mutaretur, quia necessario futurum erat et permansurum, dixit: IURAVIT DOMINUS DAVID VERITATEM, ET NON PAENITEBIT EUM.

EX FRUCTU VENTRIS TUI PONAM SUPER SEDEM TUAM. Poterat dicere: 'Ex fructu femoris tui'; quare EX FRUCTU VENTRIS voluit dicere? Et illud quidem si diceret, verum diceret, sed significantius dicere voluit EX FRUCTU VENTRIS, quia de femina natus est Christus, quo vir non accessit.

(**19.**) Quid ergo? IURAVIT DOMINUS DAVID VERITATEM: EX FRUCTU VENTRIS TUI PONAM SUPER SEDEM TUAM.

SI CUSTODIERINT FILII TUI TESTAMENTUM MEUM, ET TESTIMONIA MEA HAEC QUAE DOCEBO ILLOS, ET FILII EORUM SEDEBUNT IN AETERNUM SUPER SEDEM TUAM. Si filii tui custodierint, et filii eorum sedebunt in aeternum: meritum filiis parentes faciunt. Quid si filii ipsius custodirent, et filii eorum non custodirent? Quare ad meritum patrum promittitur beatitudo *v. 12*

18,11 1 Reg. 15, 11 | *ibid.* 29 **15** Ps. 109, 4

---

adsunt π: $\alpha\ \delta_1$ (-*S*) $W_2\ Gt$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **12** cum *inc. K* **15** mutaret *des. K* **17** quia[2] *inc. K* **23** ventris *des. K* **19,6** meritum *inc. K* **7** faciunt *des. K*

---

11 ibi] ubi $W_2\ Gt$ **12** immutabile $W_2\ Gt\ B$ **14** mutatione γ_1 **15** mutet $\pi\ \eta\ P_{23}$ | dicit *B* **17** ita *om.* α **18** necessarium δ_1 **19** veritatem] in veritate $\gamma_1\ T$ **21** dicere] et *add.* γ | ventris] tui *add.* δ_1 **23** voluerit δ_1
19,4 eos $\delta_1\ W_1\ Y\ w$ **5** in aeternum sedebunt *tr.* $Br_1\ P_{23}\ w$; usque in aeternum sedebunt ζ | in] usque *praem.* $\gamma\ \zeta\ ma$ **6** merito γ_1 | filiis] filii α **7** custodirent] custodierint $\gamma_1\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ **8** custodirent] custodierint $\zeta\ Br_1\ P_{23}$

filiorum? Quid enim ait: SI CUSTODIERINT FILII TUI, ET FILII EORUM SEDEBUNT IN AETERNUM – non ait: 'Si custodierint filii tui, sedebunt super sedem tuam, et si custodierint filii eorum, et ipsi sedebunt super sedem tuam', sed ait: SI FILII TUI CUSTODIERINT, ET FILII EORUM SEDEBUNT SUPER SEDEM TUAM –, nisi quia filios hic voluit intellegi fructus ipsorum? 'Si filii tui, inquit, custodierint legem meam, et mandata mea haec quae docebo eos servaverint filii tui, ET FILII EORUM SEDEBUNT SUPER SEDEM TUAM', id est: hic erit fructus eorum, ut sedeant super sedem tuam.

Modo enim, fratres, omnes qui laboramus in Christo, omnes qui contremiscimus verba ipsius, qui quomodocumque conamur facere voluntatem ipsius, et ingemiscimus petentes ut adiuvet nos, quo impleamus quod iubet, numquid iam sedemus in illis sedibus beatitudinis quae nobis promittuntur? Non. Sed mandata tenentes speramus hoc futurum. Ipsa spes tamquam in filiis dicta est, quia hominis in hac vita viventis spes filii sunt, fructus filii sunt. Propterea et homines excusantes avaritiam suam, dicunt se filiis suis servare quod servant, et nolentes dare inopi, pietatis nomine se excusant, quia filii eorum spes eorum sunt. Omnes homines enim qui secundum hoc saeculum vivunt, spem suam dicunt filios generare et relinquere. Ideo nomine filiorum spem ipsam posuit, et ait: SI CUSTODIERINT FILII TUI TESTAMENTUM MEUM, ET TESTIMONIA MEA HAEC QUAE DOCE-

adsunt π: α δ_1 (-*S*) W_2 *Gt* | γ: ε γ_1 | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 10 non *inc. K* 11 tuam *des. K* 14 filios *inc. K* 17 eorum *des. K*

11 ipsorum Br_1 P_{23} 12 tuam] et si custodierint filii eorum et ipsi (-e *N*) sedebunt super sedem tuam *rep.* Br_1 P_{23} | sed ... tuam *om. B* Br_1 P_{23} 13 et *om.* δ_1 14 intellegi voluit *tr.* α | inquit tui *tr.* Br_1 P_{23} 15 mea *om.* α | mea haec *om.* W_2 *Gt* Br_1 P_{23} *Y* | haec *om.* $\delta_{1;}$ ea *B* 16 servaverint *om.* δ_1 17 id ... tuam *om.* γ_1 | ipsorum *X ma* 20 quomodo quamque γ_1 21 petentes] potens Br_1 P_{23} 25 homines γ *Gt* Br_1 P_{23} | viventes ε *Gt Rm* P_3 Br_1 P_{23} 27 se dicunt *tr.* ε | se *om.* γ_1

BO ILLOS, ET FILII EORUM SEDEBUNT IN AETERNUM SUPER SEDEM TUAM, id est: tales fructus habebunt, ut spes eos non fallat, ut illuc veniant quo sperant se venturos. Modo ergo tamquam patres sunt homines spei futurae. Cum autem adepti fuerint quod sperant, filii sunt, quia illud quod adipiscuntur, pepererunt et generaverunt in operibus bonis. Et hoc illis servatur in posterum, quia et ipsa posteritas in filiis appellari solet.

(20.) Aut, si filios ipsos homines accipis, intellege et de ipsis dictum: SI CUSTODIERINT TESTAMENTUM MEUM, ET TESTI-
mi 1725 MONIA MEA HAEC QUAE DOCEBO ILLOS, ut iste sit sensus: SI
cc 1922 CUSTODIERINT FILII TUI TESTAMENTUM MEUM, ET TESTIMONIA MEA HAEC QUAE DOCEBO ILLOS, ET FILII EORUM, id est SI CUSTODIERINT, ut hic subdistinguas, et deinde inferas SEDEBUNT IN AETERNUM SUPER SEDEM TUAM, id est et FILII TUI et FILII EORUM, sed omnes SI CUSTODIERINT. Quid ergo si non custodierint? Periit promissio dei? Non. Sed ideo dictum est et ideo promissum est, quia praedicavit deus: quid, nisi crediturus? Sed ne aliquis quasi minaretur promissis dei, et in potestate sua vellet ponere quod promisit deus ut impleretur, ideo et IURAVIT dixit. In quo ostendit quia sine dubio venturum est. Quomodo ergo posuit ibi SI CUSTODIERINT? Ne iam glorieris de promissis, et dimittas te non custodire. Tunc eris filius David, si custodieris; si autem non, non eris filius David. Filiis David promisit deus. Noli dicere: 'Filius sum', si degeneras. Si Iudaei illud non dicunt, qui

adsunt π: $\alpha\ \delta_1$ (-*S*) $W_2\ Gt$ | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* 34 id *inc. K* 39 solet *des. K* 20,3 ut *inc. K* 7 tuam *des. K* 12 et *inc.* H_2

33 eos $W_2\ Gt\ Br_1\ P_{23}\ Y$ 34 eos] eius α
20,2 custodierint] filii tui *add.* $P_{23}\ Y\ ma$ | et ... 4 meum *om.* $R_3\ V_2\ Br_1$ 3 eos $W_2\ Gt\ \eta\ T\ w\ ma$ | ut] et *B* 5 illos] eos $W_2\ Gt\ \eta\ T\ w$ 6 in aeternum *om.* $Br_1\ P_{23}$ 8 sed] et *add.* $Y\ P_{23}$ 9 non *om.* $\pi\ P_7$ 10 praedicavit] praevidit ζ *ma*; praedixit $Br_1\ P_{23}\ Y$ | quid] et *praem. B* 11 velit $W_2\ Gt$ 12 iuravit et *tr.* $P_{23}\ Y$ 17 sum] David *add.* $\varepsilon\ P_6\ P_{23}\ Y\ ma$ | si^2 *om.* $\delta_1\ H_2$

de ipsa stirpe nati sunt, immo dicunt illud, sed delirant – aperte enim dominus ait: *Si filii Abrahae estis, facta Abrahae facite.* Inde illos negavit filios, quia facta non faciebant –, nos quomodo nos dicimus filios David? De stirpe non sumus secundum carnem. Restat ut filii non simus nisi imitando fidem, nisi colendo deum, sicut ille coluit. Si ergo tibi per stirpem non speras, per facta non vis assequi, quomodo in te complebitur quia sedebis super sedem David? Et si non in te complebitur, putas quia non complebitur? Et quomodo invenit EAM IN CAMPIS SALTUUM? Et quomodo STETERUNT PEDES? Qualiscumque ergo fueris, illa domus stabit.

v. 13 (21.) **QUONIAM ELEGIT DOMINUS SION, PRAEELEGIT EAM IN HABITATIONEM SIBI.** Sion ipsa est ecclesia, ipsa est et illa Ierusalem ad cuius pacem currimus, quae non in angelis, sed in nobis peregrinatur, quae ex parte meliore exspectat partem redituram, unde nobis litterae venerunt, quae quotidie recitantur. Ipsa civitas, ipsa est Sion, quam praeelegit deus.

v. 14 (22.) **HAEC REQUIES MEA IN SAECULA SAECULORUM.** Iam dei verba sunt. REQUIES MEA: ibi requiesco. Quantum nos amat deus, fratres, ut quia nos requiescimus, se dicat requiescere! Non enim ipse aliquando turbatur aut sic requiescit, sed ibi se dicit requiescere, quia nos in illo requiem habebimus. **HIC INHABITABO, QUONIAM PRAEELEGI EAM.**

20,19 Ioh. 8, 39

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **21,1** quoniam *inc. K*

---

20 quia] qui δ_1 | nos[1]] non εO_4; nam η **21** de] si *praem.* ε *T*; qui *lo ma* stirpe] cuius *praem.* $\delta_1 H_{22}$; eius *lo ma* **22** non simus filii *tr.* δ_1 **23** ille] et *praem.* W_2 *B* $\eta\,\varepsilon$ *Y* | ergo] quod *add.* $Av_1 P_7^2$ *D ma* | stirpem] spem *B* perfecta ε **24** adimplebitur $Br_1 P_{23}$ **25** non[1] ... te] in te non *tr. B* **26** ea W_2 *Gt* **27** pedes] eius *add.* $\gamma\,\zeta P_{23}$ *ma*

21,3 in[1] *om.* δ_1 **4** meliorem αW_2; meliori δ_1 | ex parte reditura εO_4 **6** dominus *X ma*

22,5 habitabo $\gamma_1\,\zeta$ *ma*

(23.) VIDUAM EIUS BENEDICENS BENEDICAM, ET PAUPERES EIUS SATURABO PANIBUS. Omnis anima quae intellegit se desertam omni auxilio, nisi solius dei, vidua est. Quomodo enim describit apostolus viduam? *Quae autem vere vidua est et desolata, speravit in dominum.* Agebat autem de istis viduis quas omnes dicimus in ecclesia. Dixerat autem: *Quae in deliciis agit, vivens mortua est,* et non illam numeravit inter viduas. Describens autem viduas et sanctas, quid ait? *Quae autem vere vidua est et desolata, speravit in dominum, et persistit in precibus et obsecrationibus nocte ac die.* Ibi subiecit: *Quae* autem *in deliciis agit, vivens mortua est.* Unde ergo vidua? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius dei. Illae quae habent viros, quasi superbiunt de auxilio virorum: desertae videntur viduae, et robustius est auxilium earum. *v. 15*

cc 1923 mi 1726

Ergo tota ecclesia una vidua est sive in viris sive in feminis sive in coniugatis sive in maritatis feminis sive in adolescentibus sive in senibus sive in virginibus: omnis ecclesia una vidua est, deserta in hoc saeculo, si sentit illud, si novit viduitatem suam; tunc enim auxilium praesto est illi. Nonne agnoscitis istam viduam in evangelio, fratres mei, cum diceret dominus oportere semper orare, et non deficere? 'Erat quidam iudex in civitate, dixit, nec deum timebat nec homines reverebatur; et interpellabat eum quaedam vidua quotidie, et dicebat: *Vindica me de adversario*

23,4 1 Tim. 5, 5–6 21 Luc. 18, 1–5

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 23,5 dominum *des. K* 9 et[1] *inc. K* 12 dei *des. K* 15 ergo *inc. K* 19 illi *des. K*

23,2 saturo δ_1 3 deserta δ_1 *B* 4 apostolus describit *tr. lo ma* 5 sperat H_2 *Gt* | domino H_2 *B* ζ; deum W_2 *Gt* P_{23} *Y w* 6 dicimus] dixerat ε 8 et[1] *om.* α (*Vr lnp.*) *ma* 9 sperat *B Y* | domino H_2 γ ζ; deum P_{23} *Y* 11 vidua] est *add. lo ma* 20 oportet *B* 21 quidem W_2 *B* γ 22 nec[1]] qui *praem.* ε P_6 P_{23} *ma* | hominem *Gt ma* | verebatur γ_1 | et *om.* γ_1 23 de] ab *B*

meo'. Et interpellando quotidie vidua fregit illum. Ait enim ipse iudex apud se, qui nec deum timebat nec homines reverebatur: 'Etsi deum non timeo nec hominibus erubesco, vel propter taedium quod mihi facit ista vidua, vindicabo eam'. Si audivit iudex malus viduam ne taedium pateretur, deus non audit ecclesiam, quam hortatur ut deprecetur?

(24.) Item, PAUPERES EIUS SATURABO PANIBUS quid est, fratres? Simus pauperes, et tunc saturabimur. Multi praesumentes de saeculo et superbi, Christiani sunt: adorant Christum, sed non saturantur. Saturati enim sunt, et abundant in superbia sua. De talibus dicitur: *Opprobrium eis qui abundant, et despectio superbis.* Isti abundant, ideo manducant, sed non saturantur. Et quid de illis dictum est in psalmo? *Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terrae.* Adorant Christum, venerantur Christum, supplicant Christo, sed non saturantur sapientia et iustitia ipsius. Quare? Quia non sunt pauperes. Pauperes autem, id est humiles corde, quanto plus esuriunt, tanto plus manducant. Tanto autem plus esuriunt, quanto a saeculo inanes sunt. Qui plenus est, quidquid illi daturus es, respuit, quia plenus est. Da mihi esurientem, da mihi de quibus dictum est: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*, et erunt hi pauperes de quibus

24,5 Ps. 122, 4 7 Ps. 21, 30 14 Matth. 5, 6

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 24,2 fratres *inc. K* 4 sua *des. K* 6 ideo *inc. K* 9 saturantur *des. K* 10 pauperes[2] *inc. K* 11 manducant *des. K* 14 de *inc. K*

25 hominem *Gt ma* 26 deum non] nec deum ε | homines W_2 H_2 Br_1 P_{23}; hominem *Gt ma* | hominibus erubesco] hominem revereor ζ 27 illam ζ 29 oratur ε

24,1 quid] ergo *add.* W_2 *Gt* 3 sed] et δ_1 4 saturabuntur *B* | sunt enim *tr.* ζ 6 ideo] et *praem.* O_4 γ ζ Br_1 P_{23} *Y ma* 11 tanto] quanto *ma* 12 plus *om. B* Br_1 P_{23} | a ... sunt] in saeculo inanescunt δ_1 | quidquid] quid δ P_7 *X* 13 es] est δ_2

cc 1924 modo dicit: ET PAUPERES EIUS SATURABO PANIBUS. Quia et in ipso psalmo ubi dictum est: *Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terrae*, dictum est illic et de pauperibus, et prorsus eo modo quo et in isto psalmo: *Edent pauperes, et saturabuntur, et* 20 *laudabunt dominum qui requirunt eum* – ubi dictum est: *Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terrae*, ibi dictum est: *Edent pauperes, et saturabuntur* –, quare, quando divites dicti sunt adorasse, saturati non dicti sunt, quando autem pauperes dicti sunt, saturati dicti sunt? Et unde saturati? Haec saturitas, fratres, qualis 25 est? Deus ipse est panis. Panis, ut lac nobis fieret, descendit ad terram, et ait suis: *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi.* Ideo illic in psalmo: *Edent pauperes, et saturabuntur.* De quo satura-mi 1727 buntur? Audi quod sequitur: *Et laudabunt dominum qui requirunt eum.*

(25.) Estote ergo pauperes, estote in membris illius viduae, non sit auxilium vestrum nisi in uno deo. Pecunia nihil est: non inde auxilium habebitis. Multi propter pecuniam praecipitati sunt, multi propter pecuniam perierunt, multi propter pecuniam 5 multam quaesiti sunt a raptoribus; tuti essent, si non haberent quare quaererentur. Multi de amicis potentioribus praesumpserunt; ceciderunt illi de quibus praesumpserunt et involverunt eos qui de se praesumpserunt. Respicite exempla generis humani.

---

17 Ps. 21, 30 19 *ibid.* 27 26 Ioh. 6, 41

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ $Br_1\,P_{23}$ *et al.* 16 panibus *des. K* 24 et *inc. K* 26 descendi *des. K*

---

16 et[1] *om. B* W_2 *Gt* 17 ubi *om.* δ_1 20 ibi δ_1 22 dicti sunt divites *tr.* $\eta\,\varepsilon$ 24 haec *om. B* 25 panis[2] *om.* $\alpha\,\gamma_1$ 27 illi α | saturabuntur[2]] satiabuntur *lo ma* 28 quid $\varepsilon\,P_{14}\,P_{15}$

25,3 multi ... sunt *om. C ac.* | propter] per δ_1 *B* 4 multi[1] ... perierunt *om.* $\pi\,\eta\,Br_1\,P_{23}\,P_6\,Y$ | multi[2] ... pecuniam *om.* γ_1 | multam pecuniam *tr.* $W_2\,H_2$ *B* $\eta\,\varepsilon\,Br_1\,P_{23}\,T$ 5 multa γ_1 | quaesti *B* 7 illos α 8 praesumpserunt] praesumpserant $\delta_2\,B\,Y$ | exemplum α

Quid magnum est quod vobis dicitur? Non solum de his scripturis ea loquimur; legite ea in orbe terrarum. Attendite non praesumere de pecunia, de amico homine, de honore et iactantia saeculi. Tolle ista omnia. Sed habes illa? Age deo gratias, si contemnis illa. Si autem inflaris inde, noli attendere quando eris praeda hominum: iam diabolo praeda es. Si autem de his rebus non praesumpseris, eris in membris illius viduae quae est ecclesia, de qua dictum est: VIDUAM EIUS BENEDICENS BENEDICAM; eris et pauper, de qualibus dictum est: ET PAUPERES EIUS SATURABO PANIBUS.

(26.) Aliquando autem, quod non est praetermittendum dicere, invenis pauperem superbum et divitem humilem: quotidie patimur tales. Audis pauperem quasi gementem sub divite, et quando potentior premit dives, tunc illum humilem vides. Aliquando nec tunc, sed et tunc superbum. Unde vides quid esset, si aliquid haberet. Ergo pauper dei in animo est, non in sacculo. Procedit aliquando homo habens plenam domum, uberes terras, multa praedia, multum auri et argenti, novit quia in ipsis non est praesumendum, humiliat se deo, facit inde bene. Ita cor ipsius erigitur ad deum, ut noverit quia non solum nihil illi prosunt divitiae ipsae, sed et impediunt pedes ipsius, nisi ille regat et ille cc 1925 subveniat, et numeratur inter pauperes qui saturantur panibus. invenis alium mendicum inflatum, aut ideo non inflatum, quia nihil habet, quaerentem tamen unde infletur. Non attendit deus facultatem, sed cupiditatem, et iudicat eum secundum cupiditatem qua inhiat rebus temporalibus, non secundum facultatem

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.*

9 his *om.* πP_7 **12** sed] si ζ; si *add. X ma* **13** eris *om.* δ_1
26,3 tales *om.* $\pi\,\eta$ | divite] divitem *B* **5** nec] non γ_1 | et *om.* γ | quid] quis γ_1 *ma* **6** sacculo *T ma*; saeculo *cett.* **11** et[1] *om.* $\pi Br_1 P_{23}$ **13** medicum γ_1; mendacium δ_1 **16** qua] quia *B*; quam ε | temporalibus rebus *tr.* α

quam non ei contigit adipisci. Unde de divitibus dicit apostolus: *Divitibus huius saeculi praecipe non superbe sapere neque sperare in incerto divitiarum, sed in deo vivo, qui nobis praestat omnia abundanter ad fruendum.* Quid ergo faciant de divitiis suis, sequitur et dicit: *Divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent.* Et vide quia hic pauperes sunt: *Thesaurizent* inquit *sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Cum apprehenderint, tunc erunt divites; quando autem non eam adhuc habent, noverint se pauperes. Ita fit ut omnes humiles corde et in caritate gemina constitutos, quidquid habuerint in hoc saeculo, inter pauperes suos numeret deus, quos saturat panibus.

(27.) SACERDOTES EIUS INDUAM SALUTARI, ET SANCTI EIUS EXULTATIONE EXULTABUNT. Iam in fine psalmi sumus. Paululum advertat caritas vestra: SACERDOTES EIUS INDUAM SALUTARI, ET SANCTI EIUS EXULTATIONE EXULTABUNT. Quis est salutaris noster, nisi Christus noster? Quid est ergo SACERDOTES EIUS INDUAM SALUTARI? *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* ET SANCTI EIUS EXSULTATIONE EXSULTABUNT. Unde EXULTABUNT? Unde EXULTATIONE? Quia induti *v. 16*

mi 1728

26,18 1 Tim. 6, 17 **21** *ibid.* 18 **22** *ibid.* 19 **27,6** Gal. 3, 27

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **27,3** sacerdotes *inc. K*

---

17 contigit] contingit V_2 H_2 *C ma*; cogit δ_1 | unde] enim *add.* $\delta\ \eta\ \varepsilon$ *Y* | de] enim *B*; *om.* γ_1 | dicit de divitibus *tr.* Br_1 P_{23} **20** faciunt γ Br_1 P_{23} **24** adhuc non eam *tr.* α **25** noverunt $\pi\ \eta$ *N Rm* P_3 *Y* | humiles] homines Br_1 P_{23} **26** corde] sancto *praem.* $\pi\ \eta\ \varepsilon$ (*exc.* O_4) Br_1 P_{23} *Y* | gemina *lo ma* (*cf. serm. 179A,3; doct. Chr. 1,36,40*); germana *codd.* | habuerunt γ_1 **27** numerat α **27,4** salutare W_2 H_2 | et ... 6 salutari *om. B* **8** unde exultabunt ε P_{14} P_{15}; *om. cett. ma* | exultatione] exultabunt *praem.* Br_1 P_{23} *Y ma*

sunt salutari. Non in se lux – lux enim facti – , sed in domino.
v. 17 Nam erant ante tenebrae. Et ideo subiecit: IBI SUSCITABO CORNU DAVID, ut de Christo praesumatur: ipsa erit altitudo David. Cornu enim significat altitudinem. Et qualem altitudinem? Non carnalem. Ideo omnia ossa carne involuta sunt: cornu excedit carnem. Altitudo spiritalis cornu est. Quae autem altitudo spiritalis est, nisi de Christo praesumere, non dicere: 'Ego facio' et 'Ego baptizo', sed *Hic est qui baptizat*? Ibi est cornu David.

Ut noveritis quia ibi est cornu David, attendite quid sequatur: PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO. Quae est lucerna? Iam nostis domini verba de Iohanne: *Ille erat lucerna ardens et lucens.* Et quid ait Iohannes? *Hic est qui baptizat.* In hoc ergo exsultabunt sancti, in hoc exsultabunt sacerdotes, quia omne quod ipsorum bonum est, non est ipsorum, sed illius. Et quia ille habet potestatem baptizandi, securus accedit ad templum eius omnis qui accepit baptismum, quia non hominis, sed illius est in quo excitatum est cornu David. cc 1926

v. 18 (28.) SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. Super quem? Super Christum meum. CHRISTO enim MEO

9 lux ... domino] *cf.* Eph. 5, 8 16 Ioh. 1, 33 19 Ioh. 5, 35

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-S W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 9 salutari *des. K* 10 suscitabo *inc. K* 15 praesumere *des. K* 18 paravi *inc. K* 19 lucens *des. K* 28,1 super *inc. K*

9 in[1] ... enim] enim in se lux α *T* | lux W_2 *Gt*; *om. cett. ma* | sed *om.* δ Br_1 10 ante *om. B* | et *om. B* | cornum W_2 *B* 11 ut *om. B* 12 cornum W_2 *B* enim] eius δ_1 | et ... altitudinem *om. B* 13 cornum W_2 *B* 14 cornu] cornum W_2 *B* | est cornu *tr.* ζ 15 est *om.* γ_1 | et *om. B* P_{23} *ma* 16 cornum W_2 *B* 17 ut] et *praem.* P_{23} *ma* | noveris α γ_1 | cornum W_2 *B* 18 lucernam] lucerna *B* 19 verba domini *tr.* W_2 H_2 *T* 22 est bonum *tr.* α | et ... ille] et ille qui (quia *N*) H_2 γ; qui *C* ζ *ma* 23 securus] ergo *add.* γ ζ P_{23} *ma* accipit δ_1 W_2 H_2; acceperit η ε *T Y* 24 suscitatum η *ma* 25 cornum W_2 *B* 28,2 super quem *om. B*

cum dicit, vox est patris, qui dicit: VIDUAM EIUS BENEDICENS BENEDICAM, ET PAUPERES EIUS SATURABO PANIBUS. SACERDOTES EIUS INDUAM SALUTARI, ET SANCTI EIUS EXSULTATIONE EXSULTABUNT. Qui dicit: IBI SUSCITABO CORNU DAVID, deus est. Ipse dicit: PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO, quia et Christus noster est, et Christus patris: Christus noster est, cum salvat nos et regit nos, quomodo et dominus noster; filius autem patris. Christus autem et noster et patris. Nam si patris Christus non esset, non diceretur superius: PROPTER DAVID SERVUM TUUM NE AVERTAS FACIEM CHRISTI TUI.

SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. Super Christum floret. Nemo hominum illam sibi assumat, quia ipse sanctificat; alioquin non erit verum SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. Gloria sanctificationis florebit. Sanctificatio ergo Christi in ipso Christo, potestas sanctificationis dei in Christo. FLOREBIT enim, quod dixit, ad gloriam vult pertinere. Quando enim florent arbores, tunc pulchrae sunt. Ergo sanctificatio in baptismo unde floret et claret? Unde cessit mundus huic pulchritudini? Quia in Christo floret. Nam pone illam in hominis potestate: quomodo floret, quando *omnis caro fenum, et omnis claritas carnis ut flos feni?*

mi 1729

28,22 Is. 40, 6

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **6** exsultabunt *des. K*

---

6 cornum W_2 *B* **11** ne] non W_2 *Gt* **14** florebit α | sibi illam *tr.* π η Br_1 P_{23} *Y* **17** domini *B* **20** unde[1]] inde *X ma* **22** potestatem α

IN PSALMUM CXXXII

(1.) Psalmus brevis est et valde notus et valde nominatus.
v. 1 ECCE QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM. Ita sonus iste dulcis est ut et qui psalterium nesciunt, ipsum versum cantent. Tam dulcis est quam dulcis est caritas quae facit fratres habitare in unum. Et hoc quidem, fratres, non indiget interpretationem aut expositionem, quam bonum et quam iucundum sit habitare in unum, sed ea quae sequuntur habent aliquid quod pulsantibus aperiatur. Verumtamen ut ab isto versu descendat nobis intellectus universae texturae psalmi, hoc primum etiam atque etiam consideremus, utrum de omnibus Christianis dictum sit: QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM cc 1927
HABITARE FRATRES IN UNUM, an aliqui sint certi atque perfecti qui habitant in unum, nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed ad quosdam, a quibus tamen descendat ad ceteros.

(2.) Ista enim verba psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico quam in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres qui habitare in unum concupierunt: iste versus fuit tuba ipsorum. Sonuit per

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*
in ps. CXXXII,1,1 psalmus *inc. K* **5** unum *des. K* **7** sed *inc. K* **11** sit *des. K* **12** an *inc. K* **14** ceteros *des. K* **2,4** iste *inc. K*

---

in ps. CXXXII,1,1 et valde notus et valde nominatus *B* P_6 P_{15}; et valde notus sed valde nominatus π γ_1 *T Y*; et (sed An_4) valde notus sed (et P_{14}) valde et nominatus ε P_{14}; sed valde notus et nominatus η *ma* **3** est iste dulcis *tr. B*; dulcis est iste α **5** hoc *om.* δ_1 **6** interpretatione aut expositione α_2 *Gt* (*uv.*) γ ζ P_{23} *Y ma* **7** quam *om.* δ_2 ε P_{23} | habitare] fratres *add.* α *B* ζ Br_1 P_{23} *Y* **8** habet ε | ad istum versum γ_1 **9** nobis descendat *tr. B* | universa *B*; universi ζ Br_1 P_{23} *Y* | texturae *om.* Br_1 P_{23}; adtexere *B* **11** iucundum] sit *add. Gt* H_2 O_4 γ ζ P_{14} P_{15} **12** sunt α W_2 *Gt B* **14** ad[1] *om. B* | descendat *om. B*
2,2 in[2] *om. Gt* γ_1 **4** concupiverunt α

orbem terrarum, et qui divisi erant congregati sunt. Clamor dei, clamor spiritus sancti, clamor propheticus non audiebatur in Iudaea, et auditus est in orbe terrarum. Adversus istum sonum surdi erant, inter quos cantabatur; et apertis auribus inventi sunt, de quibus dictum est: *Quibus non est nuntiatum de illo, videbunt; et qui non audierunt, intellegent.* Verumtamen, dilectissimi, si consideremus, de illo pariete circumcisionis prius nata est ista benedictio. Non enim omnes Iudaei perierunt. Et unde apostoli, filii prophetarum, *filii excussorum,* sicut iam scientibus loquimur? unde illi quingenti qui dominum post resurrectionem viderunt, quod commemorat apostolus Paulus? unde illi centum viginti qui simul erant in uno loco post resurrectionem domini et ascensionem in caelum, quibus in uno loco constitutis supervenit spiritus sanctus die pentecostes missus de caelo, sic missus, sicut promissus? Omnes inde erant, et ipsi primo habitaverunt in unum, qui omnia quae habebant vendiderunt, rerumque suarum pretia ad pedes apostolorum posuerunt, sicut in Actibus apostolorum legitur: *Et distribuebatur* inquit *unicuique sicut cuique opus erat; et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia.* Et

---

2,9 Is. 52, 15 13 Ps. 126, 4 15 quod ... Paulus] *cf.* 1 Cor. 15, 6 | centum ... 17 caelum] *cf.* Act. 1, 15 17 quibus ... caelo] *cf.* Act. 2, 1–2 19 qui ... 21 posuerunt] *cf.* Act. 4, 34 22 Act. 4, 32

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 7 terrarum *des. K* 8 inventi *inc. K* 12 apostoli *des. K* 14 unde *inc. K* | viderunt *des. K* 15 unde *inc. K* 16 loco *des. K* 19 ipsi *inc. K* 21 posuerunt *des. K*

---

5 orbem] omnem *praem.* $\eta\ \varepsilon$ P_{23} *Y ma* 7 orbe] toto *praem.* $\eta\ \varepsilon$ P_{23} *Y* P_{14} P_{15} *ma* 9 nuntiatum non est *tr.* γ | viderunt π Br_1 P_{23} 10 si *om.* π (*exc.* H_2 *Gt*) 12 non] num *lo ma* 15 quod] quos ε Br_1 P_{23} *Y ma* | Paulus *om.* Br_1 P_{23} 17 caelo *B* | quibus ... loco *om. B* 18 pentecosten $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1$ *Y* P_{14} P_{15} 19 primi *C ma* | qui] quia *B* 21 adposuerunt Br_1 P_{23} 22 inquit *om.* W_2 *Gt B* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ *ma* | sicut cuique] prout $\eta\ \varepsilon$ *Y* P_{14} P_{15} 23 erant] erat α

quid est IN UNUM? *Et erat illis* inquit *anima una et cor unum* in deum. Ergo ipsi prius audierunt: ECCE QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM. Primi audierunt, sed non soli audierunt. Non enim usque ad illos ista dilectio et unitas fratrum venit. Venit enim et ad posteros ista caritatis exsultatio, mi 1730 et votum deo. Vovetur enim aliquid deo, et dictum est: *Vovete et reddite domino deo vestro.* Melius autem non vovere, quam vovere et non reddere. Sed debet esse impiger animus, ut et voveat et reddat, ne cum se minus idoneum putat ad reddendum, piger sit ad vovendum. Plane numquam reddet, si de suo se putaverit redditurum.

(3.) Ex voce huius psalmi appellati sunt et monachi, ne quis vobis de isto nomine insultet catholicis. Quando vos recte haereticis de Circellionibus insultare coeperitis, ut erubescendo sanentur, illi vobis insultant de monachis. Primo si comparandi sunt, cc 1928 vos videte. Si verbis vestris opus est, iam laboratis: non opus est, nisi ut admoneas unumquemque ut attendat, solum attendat, et comparet. Quid opus est et verbis nostris? Comparentur ebriosi cum sobriis, praecipites cum consideratis, furentes cum simplici-

24 Act. 4, 32 29 Ps. 75, 12 30 melius ... reddere] *cf.* Eccle. 5, 4

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 24 et[1] *inc. K* | unum[2] *des. K*

24 in[1] *om. B* | inquit illis *tr.* ζ 25 domino W_2 H_2 | ipsi *om. B* 28 venit[1] *om.* π η γ_1 Br_1 P_{23} P_{14} 29 deo[1]] domino Br_1 P_{23} | voveretur γ; voventur ζ aliquid enim *tr.* Br_1 P_{23} 30 melius] est *add.* π η ζ P_{23} *Y ma* | vovere[1]] et reddere *add.* O_4 γ ζ 31 ut *om. B* 33 reddit δ_1 | se putaverit] putabit se α; putavit H_2 *B*; putabit δ_1 P_{23}

3,2 catholicus α | vos *om.* Br_1 P_{23} 3 circumcellion α ε P_{23} | salventur *Gt* γ ζ *Y* P_{14} P_{15} *ma* 5 vos] vobis *B* | nostris γ_1 ζ P_{14} P_{15} | iam ... est *om.* γ_1 *T* | laboretis *B* 6 ut[1] *om.* Br_1 P_{23} | admoneatis η An_4 *T* P_{23} *Y ma*; admoneat *Gt* (*uv.*) γ_1 | et] ut π Br_1 P_{23}; *om. X ma* 7 vestris *ma* | ebrii *B*

bus, vagantes cum congregatis. Sed tamen dicere consuerunt: 'Quid sibi vult nomen monachorum?' Quanto melius dicimus nos: 'Quid sibi vult nomen Circellionum?' 'Sed non, inquiunt, vocantur Circelliones'. Forte corrupto sono nominis eos appellamus. Dicturi sunt nobis integrum nomen ipsorum? Forte Circumcelliones vocantur, non Circelliones. Plane si hoc vocantur, exponant quid sint. Nam Circumcelliones dicti sunt, quod circum cellas vagantur: solent enim ire hac illac, nusquam habentes sedes, et facere quae nostis, et quae illi norunt, velint nolint.

(4.) Verumtamen, carissimi, sunt et qui monachi falsi sunt. Nos novimus tales, sed non perit fraternitas pia propter eos qui profitentur quod non sunt. Tam sunt enim monachi falsi, quam et clerici falsi, et fideles falsi. Omnia genera, fratres mei, tria quae aliquando vobis commendavimus, et, ut puto, non semel, habent bonos suos, habent malos suos. De tribus enim ipsis generibus dictum est: *Duo in agro: unus assumetur et unus relinquetur, et duo in lecto: unus assumetur et unus relinquetur, et duae in molendino: una assumetur et una relinquetur.* In agro sunt qui gubernant ecclesiam. Unde dicit apostolus – videte si non in agro erat –: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed deus incrementum dedit.* In lecto autem eos intellegi voluit, qui amaverunt quietem – per lectum

---

4,5 commendavimus] *cf. e. g.* serm. 96 (*mi* 38, 588B); en. 99, 13, 1*sqq.* 7 Matth. 24, 40–41; Luc. 17, 34–35 10 1 Cor. 3, 6

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

---

9 consueverunt π *ma* 11 nos *om.* α | nomen *om.* γ_1 | circumcellion $\alpha\ \varepsilon$ P_{23} 12 minis γ_1 | appellemus δ_1 13 sumus *Gt* γ_1 ζ *ma* | vobis Gt_2 ζ Rm_2 *ma* 14 circumcellion $\alpha\ \varepsilon$ P_{23} 15 exponunt π P_{23}; expono α_2 | dicti sunt *om.* δ_1 | quod] quia *lo ma* 16 ire *om.* δ_1 | nusquam ... sedes *om. B*
4,1 qui et *tr.* ζ; quia et ε 2 nos] et *praem.* $\pi\ \eta\ \varepsilon$ Br_1 P_{23} *ma* | periit *T ma*; poterit γ_1 P_6 | piissima *B* 3 tamen *B* | enim *om. B* | quam ... falsi^2 *om. B* 4 omnia ista tria genera fratres mei δ_1 | genera] enim *B* 6 malos] et *praem. B* | generibus ipsis *tr.* ζ 8 et^1 *om. B* | duo *N* γ_1 11 incremento δ_1

enim quietem voluit intellegi –, non se miscentes turbis, non tumultui generis humani, in otio servientes deo; et inde tamen unus assumetur, et unus relinquetur. Sunt ibi probi, et sunt ibi reprobi. Ne expavescatis quando ibi inveniuntur reprobi. Nam et latent quidam, qui non inveniuntur nisi in finem. *Duae* item *in molendino*: ⟨duas⟩ in molendino ex nomine generis feminini appellavit: plebes enim intellegi voluit. Quare in molendino? Quia in isto mundo versantur, ubi molendinum intellegitur, quia mi 1731
sic vertitur mundus iste, quomodo mola: vae enim quos conterit. Sic ibi versantur fideles boni, ut una ex eis consumatur, altera assumatur. Quosdam enim actiones mundi faciunt dilectores saeculi, fraudatores, simulatores. Alii autem sic ibi sunt, quomodo ait apostolus: *Et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utentes* cc 1929
sint: praeterit enim figura huius mundi. Volo vos sine sollicitudine esse. Audis quae assumetur de molendino? Certe enim multa peccata videntur ad divites pertinere. Cum enim plus agunt, et plus administrant, et plus ad eos pendet res familiaris ampla, difficile est ut non plura peccata contrahant; et de illis dictum est quia *facilius est camelum intrare per foramen acus quam divitem in regnum caelorum.* Et cum contristati essent discipuli pro illis de quibus iam desperabant, consolatus est eos dominus dicens: *Quae*

25 1 Cor. 7, 31–32 31 Matth. 19, 24 33 Matth. 19, 26

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.*

13 miscentes se *tr.* α 14 tumultu *B* | in otio] initio γ_1 17 inveniantur $\gamma\,\zeta$ $Br_1\,P_{23}$ | fine π (*exc. B*) η *ma* | item] idem *B*; *om. Gt* γ_1 *T* 18 duas *addidi* (*cf. en. 36,1,2,23*) | in molendino $\alpha\,\delta_1$ *Gt* H_{22} η (*exc.* O_4); *om. cett. ma* | ex nomine] in homine *B* 19 plebem α | voluit *om.* α 21 vertit *B* 22 altera] et *praem.* δ_1 *B* 23 quasdam α_2 *ma* | actiones] nationes *B* 25 tamquam] quasi *B* 26 praeteriit δ_2 27 audistis α | quae] quia W_2 *Gt* | assumentur α $\delta_1\,H_2$ 28 et *om. B*, ei γ_1 31 intrare camelum *tr. Gt ma* | camelum per foramen acus intrare (introire *B* transire $H_2\,\zeta\,Rm$) *tr.* $\delta\,Rm\,\zeta$ 32 regno *B* Br_1 P_{23} | contristati] conclusi *B* 33 desperaverant *Gt* γ | deus δ_1

hominibus impossibilia sunt, deo facilia sunt. Quomodo autem illud facile facit deus? Audi apostolum, si non neglegas quod praecepit: *Praecipe* inquit *divitibus huius saeculi non superbe sapere.* Invenis enim pauperem superbientem, divitem humilem, Christianum bene considerantem quia illa omnia praetereunt, praeterfluunt, quia nihil attulit in hunc mundum, nihil potest de mundo auferre, cogitantem quemadmodum dives ille qui ardebat in flamma apud inferos, guttam sibi destillari de digito desideravit eius qui micas de mensa eius concupierat. Cogitantes ista faciunt quod ait apostolus: *Neque sperare in incerto divitiarum, sed in deo vivo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Divites sint* inquit *in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent.* Et quid inde illis lucri? *Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Ecce quae assumetur de molendino. Qualis autem dives ille erat qui *induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide*, et iacentem ad ianuam suam pauperem contemnebat! Relinquetur, quia de molendino *una assumetur, et una relinquetur.*

(5.) Sic dicit et Ezechiel de tribus personis, in quibus non absurde tria haec genera intellegimus: *Cum miserit dominus*

---

36 1 Tim. 6, 17 40 dives ... 42 concupierat] *cf.* Luc. 16, 19–24 43 1 Tim. 6, 17–19 5,2 Ez. 14, 17.14.16

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

---

34 facilia sunt deo *tr.* Br_1 | autem *om.* $B\ Br_1\ P_{23}$ | illud autem *tr.* $W_2\ H_2$ 35 facit facile *tr.* $\alpha\ \delta_1\ Br_1\ P_{23}$; facit facilem *B* | audi apostolum *om. B* | neglegas] nullos *B*; neglegatis γ_1 36 praecipit δ_1 *B* | praecipite *ma* 37 invenies *B* 38 consideratum $\delta\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta$ | praeterfluunt] et *praem.* π (*exc.* W_2) $\varepsilon\ P_{23}$ 41 stillare *B*; stillari $\pi\ Br_1$ | de *om. B* | desideravit de digito *tr.* ζ 42 concupiscebat π 43 domino γ 45 thesaurizent *om.* π (*exc. Gt*) η (*exc.* O_4) P_{23} 46 illis inde *tr.* δ_1 48 assumitur *B* | ille dives *tr.* $\alpha\ \delta_1\ B\ Br_1\ P_{23}$ 50 de molendino *om. B*

5,1 sic] sed *B* | et *om. B* 2 deus $\alpha\ \delta_1\ W_2\ H_2\ P_{23}$

gladium in terram, etsi fuerint in medio eorum Noe, Daniel et Iob, non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli salvi erunt. Iam illi olim liberati sunt, sed in istis tribus nominibus tria genera quaedam significavit. Noe significat rectores ecclesiae, quia ipse arcam in diluvio gubernavit. Daniel autem vitam quietam elegit, in caelibatu servire deo, id est uxorem non quaerens. Erat vir sanctus, in desideriis caelestibus vitam gerens, tentatus in multis, et inventus aurum obriza. Quam quietus erat, qui et inter leones securus erat! Ergo in nomine Danielis, qui etiam *vir desideriorum* est appellatus, sed utique castorum atque sanctorum, significantur servi dei, de quibus dicitur: ECCE QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM. In nomine Iob significatur una illa de molendino quae assumitur. Habebat enim uxorem, habebat filios, habebat multas divitias, et tam multa habebat in isto saeculo ut diabolus hoc ei obiceret, quia non gratis, sed propter quae acceperat, colebat deum. Hoc obiecit adversarius sancto viro, et in tentationibus suis probatus est quam gratis coleret deum, non propter illa quae acceperat, sed propter eum qui dederat. Amissis itaque omnibus repentina afflictione et tentatione, amissa hereditate, amissis heredibus, sola

mi 1732
cc 1930

6 ipse ... gubernavit] *cf.* Gen. 7, 13*sqq.* 7 Daniel] *cf.* Dan. 1 10 inter ... erat] *cf.* Dan. 6, 22; 14, 39 11 Dan. 10, 11.19 15 habebat ... divitias] *cf.* Iob 1

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.*

3 in[1]] super *B* | terra γ | fuerit γ_1 4 filios] neque *praem. B* | sed *om. B* 5 tribus istis *tr.* $\pi\,\eta$ Br_1 P_{23} | quaedam genera *tr.* ζ | significavit quaedam *tr.* δ_1 6 Noe significat *om.* δ_1 | ipsam *N* P_{14} P_{15} 10 obrizum O_4 N_2 An_4 ζ Br_1 P_{23} *Y* P_{14} P_{15} *ma*; auriza γ_1 11 Daniel *B* 12 appellatus est *tr.* $\alpha\,\delta_1$ *B* Br_1 P_{23} 14 nomine *om. B* 15 quia *B* | assumetur $\pi\,\eta$ Br_1 P_{23} *Y* 18 quae] quod *B* $P_{7;}$ ea *praem.* W_2 *Gt* O_4 $\gamma\,\zeta$ *ma* | obicit δ_1 19 est *om. B* 20 quam] quoniam *B* | coleret] Iob *praem. Gt* $\gamma\,\zeta$ *ma* | non] et *praem.* $\gamma\,\zeta$ *ma* 21 amisit *B* 22 et *om. B* | tentatione] in *praem.* δ_1 | amissa] non *praem. B*

coniuge sibi relicta non ad consolationem, sed ad tentationem, ait quod nostis: *Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum.* Impletum est in eo quod quotidie cantamus, si et moribus consonemus: *Benedicam dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo.* Ergo in istis tribus nominibus significata sunt tria genera hominum, et in illis tribus rursus in evangelio, quae commemoravi.

(6.) Quid ergo dicunt illi qui nobis de nomine monachorum insultant? Fortasse dicturi sunt: 'Nostri non vocantur Circumcelliones: vos illos ita appellatis contumelioso nomine; nam nos eos ita non vocamus'. Dicant quid eos vocent, et audietis. 'Agonisticos' eos vocant; fatemur et nos, honesto nomine, si res conveniret. Sed interim illud videat sanctitas vestra: qui nobis dicunt: 'Ostendite ubi scriptum sit nomen monachorum', ostendant ubi scriptum sit nomen agonisticorum. 'Sic eos, inquiunt, appellamus propter agonem. Certant enim, et dicit apostolus: *Certamen bonum certavi.* Quia sunt qui certant adversus diabolum et praevalent, milites Christi agonistici appellantur'. Utinam ergo milites Christi essent, et non milites diaboli, a quibus plus timetur 'deo laudes' quam fremitus leonis. Hi etiam insultare nobis audent, quia fratres, cum vident homines, 'deo gratias'

---

24 Iob 1, 21 **26** Ps. 33, 2 **29** commemoravi] *cf.* 4, 7*sqq.* **6,10** 2 Tim. 4, 7

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.*

---

23 sibi coniuge *tr.* $\alpha\ Br_1\ P_{23}$ | ait] inquit *add.* $\gamma_1\ T$ **24** dedit] et *add. B* **27** domino δ_1 **29** rursus *om. Vr* α_2 | qua *B* | commemorat γ **6,4** ita eos *tr.* ζ | dicunt α **5** res] et *praem.* $\pi\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* **6** sanctitas] caritas $\alpha\ \delta_1\ H_2\ B\ \eta\ P_{23}\ Y$ **7** ostendite] nobis *add.* α | ostendant] nobis *add.* $\eta\ \varepsilon\ T$ **8** scriptum] dictum *B* | sit] est $H_2\ Gt\ T$ | sic] si δ_1 | inquiunt] dicunt *B* | appellamus inquiunt *tr.* $\pi\ Br_1\ P_{23}\ Y$ **9** dixit π (*exc. Gt*) $Br_1\ P_{23}$ **10** bonum certamen *tr.* π | certent $\pi\ Br_1\ P_{23}\ Y$ **12** ergo] enim *B* | et *om. B* $Br_1\ P_{23}\ Y$ **13** timentur $Br_1\ P_{23}\ P_6\ Y$; timet *N* | dei $N_2\ An_4\ P_6\ Br_1\ P_{23}\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ | hic $\delta_1\ T$

dicunt. 'Quid est, inquiunt, deo gratias?'. Itane surdus es ut nescias quid sit 'deo gratias'? Qui dicit 'deo gratias', gratias agit deo. Vide si non debet frater deo gratias agere, quando videt fratrem suum. Non enim non est locus gratulationis, quando se invicem vident qui habitant in Christo? Et tamen vos 'deo gratias' nostrum ridetis, 'deo laudes' vestrum plorant homines. Sed certe reddidisti rationem de nomine, quare appelles agonisticos. Ita fiat, ut appellas; ita fiat, omnino favemus. Praestet dominus ut illi contra diabolum certent, et non contra Christum, cuius persequuntur ecclesiam. Tamen quia certant, dicis 'agonisticos'; et invenistis unde appelletis, quia dixit apostolus: *Bonum agonem certavi.* Quare ergo et nos non appellemus monachos, cum dicit psalmus: ECCE QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM? Μόνος enim unus dicitur, et non unus quomodocumque. Nam et in turba est unus, sed una cum multis; unus dici potest, μόνος non potest, id est solus: μόνος enim unus solus est. Qui ergo sic vivunt in unum ut unum hominem faciant, ut sit illis vere, quomodo scriptum est, *una anima et unum cor* – multa corpora, sed non multae animae; multa corpora, sed non multa corda –, recte dicitur μόνος, id est unus solus. unde ille unus sanabatur in piscina? Respondeant nobis et exponant qui

cc 1931

mi 1733

32 Act. 4, 32

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 6,28 μόνος *inc.* f_5
31 solus *des.* f_5

15 es] est α 18 non[1]] num *Y ma* | non[2] *om. B* $\zeta\,\gamma_1$ 20 ridetis nostrum *tr. B* | deo ... 22 ita[1] *om. B* 21 redditis $\gamma\,P_7\,T$; reddis $C\,P_{14}\,P_{15}$; reddidistis α (*exc. Vr*) *ma* | appelletis *Y T ma* 22 appelletis *Y ma* | deus δ_1 24 persequentur γ_1 | dicis] dices δ_1; dicitis *ma*; in illis *B* 25 invenisti unde appelles $P_6\,Br_1\,P_{23}$; unde appelletis *om. B* | agonem] certamen $\gamma\,\zeta$; certamen *add.* α 26 appellamus *B* | dicat π (*exc. B*) $\eta\,\zeta\,Br_1\,P_{23}\,Y\,ma$ 30 non potest *om.* α 32 quomodo] quod *lo ma* | cor unum *tr.* α 34 unde] et *add.* $\alpha\,ma$ 35 unus] solus *add. B* | sanatur *B*

insultant nomini monachorum, quare ille qui inventus est *triginta octo annos habens in infirmitate*, hoc respondisset domino: *Cum mota fuerit aqua, non habeo qui me deponat; alius ante me descendit.* Descenderat unus, iam alius non descendebat. Unus solus sanabatur: unitatem ecclesiae figurabat. Merito insultant nomini unitatis qui se ab unitate praeciderunt. Merito illis displicet nomen monachorum, quia illi nolunt habitare in unum cum fratribus, sed sequentes Donatum, Christum dimiserunt. Hoc de uno, et de uno solo audivit caritas vestra; iam iucundetur cum psalmo, ut sequentia videamus. Brevis est: potest a nobis curri quantum dominus suggerit. Puto enim ex his quae dicta sunt, patere posse quae sequuntur, quamvis illa videantur obscura.

(7.) ECCE QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM. Ostendebat qui dicebat: ECCE. Videmus et nos fratres, et benedicimus deum, et oramus, ut dicamus et nos: ECCE. Et cui rei similes sunt, dicat psalmus: **SICUT UNGUENTUM** *v. 2* **IN CAPITE, QUOD DESCENDIT IN BARBAM, BARBAM AARON, QUOD DESCENDIT IN ORA VESTIMENTI EIUS.** Aaron quid erat?

---

38 Ioh. 5, 7

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **7,1** ecce *inc. K*

---

36 nomina $\alpha\ \eta\ \varepsilon\ \gamma_1$ **37** octo] quattuor γ_1; et *praem. B* | infirmitatem γ_1 hoc *om. B* | α_2 ζ P_{23} *ma* respondit δ_1; respondisse *cett.* | deo ε **38** deponat me *tr. C ma* | alius] ego enim dum venio *praem. B* **39** iam unus *tr.* δ_1 **41** nomine α **42** in unum (uno H_2 *Gt* Br_1) habitare *tr.* π (*exc.* W_2) η Br_1 P_{23} **43** haec *lo ma* **44** de *om. lo ma* | de uno] denuo *N* γ_1 | solo uno Br_1 P_{23} audiat *B* | caritas] sanctitas ζ | iucundemur *B* ζ *ma* **47** illa] nec *praem.* ε *T* et P_6 P_{14} P_{15}

7,2 ostendat δ_1 | quid α **3** deum] dominum α; *om.* Br_1 P_{23} | et nos *om. B* **4** et ... sunt] et curemus (curremus P_{15}) simul esse *C* P_3^2 P_{14} P_{15}; vir ei similis sumus *Rm* P_3 *Gt*^{2} | dicit *B* **5** barbam^2] in barba W_2 *B*; barba *K*; in barbam α δ_1 *Gt* H_2 Br_1 **6** oram α (*exc. Vr*) *ma*

Sacerdos. Quis est sacerdos, nisi unus sacerdos qui intravit in sancta sanctorum? Quis est iste sacerdos, nisi qui fuit et victima et sacerdos? nisi ille qui cum in mundo non inveniret mundum quod offerret, seipsum obtulit? In capite ipsius unguentum, quia totus Christus cum ecclesia, sed a capite venit unguentum. Caput nostrum Christus est, crucifixum et sepultum, resuscitatum ascendit in caelum. Et venit spiritus sanctus a capite. Quo? Ad barbam. Barba significat fortes; barba significat iuvenes, strenuos, impigros, alacres. Ideo, quando tales describimus, 'barbatus homo est' dicimus. Ergo primo illud unguentum descendit in apostolos, descendit in illos qui primos impetus saeculi sustinuerunt: descendit ergo in illos spiritus sanctus. Nam et illi qui primum in unum habitare coeperunt, persecutionem passi sunt, sed quia descenderat unguentum in barbam, passi sunt, passi sunt, non victi. Etenim caput iam passum praecesserat, unde descendit unguentum. Praecedente tali exemplo quis vinceret barbam? cc 1932

(8.) Ex illa barba erat Stephanus sanctus. Et hoc est non vinci, ut caritas non vincatur ab inimicis. Nam visi sunt sibi vicisse qui persecuti sunt sanctos. Illi caedebant, illi caedebantur;

7,8 Hebr. 9, 7 9 non ... obtulit] *cf.* Hebr. 9, 14

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$(-S W_1 B) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 10 obtulit *des. K* 11 caput *inc. K* 17 sustinuerunt *des. K* 19 persecutionem *inc. K* 22 barbam *des. K*

---

7 qui $W_1 H_2$ | quis ... sacerdos *om.* $Br_1 P_{23}$ | nisi ... sacerdos *om. B* 8 est] erat εT | iste *om.* $\pi\,\eta Br_1 P_{23} Y$ 11 cum ... Christus *om.* δ_1 12 est Christus *tr. B* 13 quod αN 14 barba[1] ... fortes *om.* αB 15 describemus δ_1 16 primum illud δ_1; illud primum $\gamma\,\zeta ma$ 18 in illos ergo *tr.* $\varepsilon\,\zeta$ | spiritus sanctus] sanctos πP_7 20 barba εK | passi sunt[2] *om.* $\pi\,\eta Br_1 P_{23} Y P_{14} P_{15}$ *ma* 21 caput] et *praem.* π (*exc. B* H_2) $Br_1 P_{23}$ *ma* | praecesserat iam passum *tr.* $Br_1 P_{23}$ 22 praecedente *A* (*uv.*), ζY *ma*; -ti *cett.*
8,1 ex] de *B* | et *om. B* 2 sibi visi sunt α; visi sibi sunt *Vr*

illi occidebant, illi occidebantur. Quis non putaret illos vincere, illos vinci? Sed quia non victa est caritas, ideo unguentum descendit in barbam. Attende Stephanum. Saeviebat in illo caritas: saeviebat in eos, cum audirent; rogavit pro eis, cum lapidarent. mi 1734 Quid enim ait, cum audirent? *Dura cervice et non circumcisi corde et auribus, vos semper restitistis spiritui sancto.* Vide barbam! Numquid adulavit? numquid timuit? Illi cum audirent ista, quae in illos dicebantur, quasi saeviebant – saeviebat enim Stephanus: saeviebat ore, corde diligebat, et non est victa ipsa caritas in eo. Nam illi abhorrentes a verbo, tamquam tenebrae fugientes a lumine, ad lapides currere coeperunt, Stephanum lapidare. Sicut antea Stephani verba lapidabant illos, sic postea lapides eorum Stephanum. Quando debuit plus irasci Stephanus, quando lapidabatur aut quando audiebatur? Ecce mitis factus est cum lapidaretur, et saeviebat cum audiretur. Quare saeviebat cum audiretur? Quia mutare volebat eos a quibus audiebatur. Venientibus in se lapidibus non victa est caritas, quia unguentum a capite in barbam descenderat, et audierat ab ipso capite: *Diligite inimicos vestros, et orate pro eis qui vos persequuntur.* Audierat ab ipso capite pendente in cruce et dicente: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Eo modo ergo unguentum a capite descenderat in bar-

---

8,8 Act. 7, 51 **21** Matth. 5, 44 **23** Luc. 23, 34

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-S W_1 K B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **8,21** audierat *inc. K* vestros *des. K* **24** eo *inc. K* | barbam *des. K*

---

6 barba α W_2 H_2 B | in illo *om.* $Br_1 P_{23}$ **8** non circumciso W_2 γ_1 TP_{23}; incircumciso P_6 *lo*; incircumcisi *ma* **9** barba B W_2 **11** saeviebant A^2 Gt^2 η $\varepsilon Br_1 P_{23}$ Y P_{14} P_{15}; *om. cett. ma* | enim *om.* B C P_6 **12** caritas ipsa *tr.* ε C *ma* **13** a verbo] ab aevo *B* **16** quando^2 ... audiebatur] quando audiebatur aut quando lapidabatur *tr.* π (*exc.* W_2) η $Br_1 P_{23}$ Y **17** aut] an α B η *ma* cum] dum *ma* **18** et *om. B* | quare ... audiretur *om.* W_2 η ε γ_1 $\zeta Br_1 P_{23}$ **20** in] ad π (*exc. B*) $Br_1 P_{23}$ **22** eis] his *B* **23** quia nesciunt] nesciunt enim *B* **24** eo] et α | in barbam descenderat *tr.* α | barba W_2 K

bam, quia et ille cum lapidaretur, fixo genu ait: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.*

(9.) Ergo illi tamquam barba erant. Multi enim fortes erant, et multas passi sunt persecutiones. Si neque a barba descendisset unguentum, modo monasteria non haberemus. Sed quia descendit et in ora vestimenti – sic enim ait: QUOD DESCENDIT IN ORA VESTIMENTI EIUS –, secuta est ecclesia: de veste domini peperit monasteria. Nam vestis sacerdotalis ecclesiam significat. Ipsa est vestis de qua dicit apostolus: *Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam.* Mundatur, ut non habeat maculam; extenditur, ut non habeat rugam. Ubi extendit fullo, nisi in ligno? Videmus quotidie a fullonibus tunicas quodammodo crucifigi: crucifiguntur ut rugam non habeant. Quid est ergo ora vestimenti? Fratres mei, in ora vestimenti quid accepturi sumus? Ora finis vestimenti est. Quid accepturi sumus in fine vestimenti? An quia et in fine temporum habitura erat ecclesia fratres habitantes in unum? an in ora perfectionem intellegimus, quia in ora vestimentum perficitur? Et illi perfecti qui norunt habitare in unum, illi perfecti qui legem implent. Quomodo autem impletur lex Christi ab eis qui habitant fratres in unum? Audi apostolum: *Invicem onera vestra portate, et sic imple-* cc 1933

25 Act. 7, 60 **9,7** Eph. 5, 27 **19** Gal. 6, 2

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **9,4** descendit[2] *inc. K* **5** domini *des. K* **6** vestis *inc. K* **12** vestimenti[1] *des. K* **14** an *inc. K* **18** Christi *des. K* **19** audi *inc. K*

26 eis π Br_1 | peccatum] delictum π; dilectum *B* **9,1** fortes] tam *praem.* α **2** persecutiones passi sunt *tr.* π η Br_1 P_{23} *Y ma* si] sed *praem. lo ma* **4** oram R_3 *Vr A* W_2 *Gt B* ore *N ma* **5** oram *Vr* W_2 *K Gt B ma* **6** ecclesia *B* **7** gloriosam *om. B* **8** aut] neque F_2 *ma* | mundatur] non datur α **9** extendit] eam *praem.* O_4 γ (etiam *C*) ζ *ma* **12** est *om.* δ_1 **14** et *om.* γ ζ Br_1 P_{23} *ma* | erat *om.* δ_1 **16** perficitur vestimentum *tr.* π Br_1 P_{23} **17** adimplent *B* **19** adimplebitis ζ

bitis legem Christi. Haec est ora vestimenti. Quomodo, fratres mei, intellegimus quam oram dicat, quo potuit descendere unguentum? Non puto quod oram vestimenti in lateribus voluit intellegi. Sunt enim orae in lateribus. Sed a barba descendere unguentum ad oram potuit, quae in capite est, ubi aperitur caput. mi 1735 Tales sunt qui habitant in unum, ut quomodo per oras istas intrat caput hominis, ut vestiat se, sic per concordiam fraternam Christus intrat, qui est caput nostrum, ut vestiatur, ut haereat illi ecclesia.

(10.) Quid aliud dicit? SICUT ROS HERMON QUOD DESCENDIT SUPER MONTES SION. Hoc voluit intellegi, fratres mei, gratiam dei esse quod fratres habitant in unum, non ex suis viribus, non ex suis meritis, sed ex illius dono, sed ex illius gratia, sicut ros de caelo. Non enim terra sibi pluit. Aut non quidquid genuerit arescit, nisi pluvia desuper descendat? Dicit quodam loco in psalmo: *Pluviam voluntariam segregans, deus, hereditati tuae.* Quare dixit *voluntariam*? Quia non meritis nostris, sed illius voluntate. Quid enim boni meruimus peccatores? Quid boni meruimus iniqui? Ex Adam Adam, et super Adam multa peccata. Nascitur quisquis, nascitur Adam, nascitur damnatus de *v. 3*

10,7 Ps. 67, 10

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 28 ecclesia *des. K*
10,1 sicut *inc. K* 6 descendat *des. K*

21 ora V_2 *B* | quod α 22 ora α *B* γ 23 enim *om. Vr* α_2 | ora *B* 24 caput] capitium *lo ma* 25 istas oras *tr.* π η, istam oram Br_1 P_{23} 27 ut[2]] et π η ε Br_1 P_{23} | ecclesia illi haereat *tr. C ma*
10,1 quod] qui *Gt* An_4 Br_1 P_{23} P_{14} *ma* 2 montes] (*cf. infra 12,1*) α W_2^1 H_2 *ma*; montem *cett.* 5 ros] et *praem. B* | terra] in *praem.* ε | *aliter interp. ma* 6 arescet *B* 7 pluvia voluntaria *B* | segrega *B* γ_1; segregabis ε ζ *Y ma* 8 voluntaria *B* 10 ex] qui *praem.* α | Adam[2] *om. B* 11 nascitur[1] *om.* δ_1; nascuntur ζ Br_1 P_{23} *Y ma* (*aliter interp.*)

damnato, et addit male vivendo super Adam. Quid ergo boni meruit Adam? Et tamen misericors amavit, et sponsus dilexit, non pulchram, sed ut faceret pulchram. Ergo gratiam dei dixit rorem Hermon.

(11.) Sed Hermon quid sit nosse debetis. Mons est quidam longe disiunctus ab Ierusalem, id est a Sion. Itaque mirum est quod sic ait: SICUT ROS HERMON, QUOD DESCENDIT SUPER MONTES SION, cum mons Hermon longe sit disiunctus ab Ierusalem. Nam trans Iordanem esse dicitur. Ergo aliquid interpretatione Hermon quaeramus. Nomen enim Hebraeum est, et habemus interpretationem ab eis qui illam linguam noverunt. Hermon interpretari dicitur 'lumen exaltatum'. A Christo ergo ros. Nam nullum lumen exaltatum, nisi Christus. Quomodo exaltatum est? cc 1934
Primo in cruce, postea in caelo. Exaltatus in cruce, cum humiliaretur, sed humiliatio illius non potuit nisi alta esse. Hominis dispensatio minus minusque fiebat, quae significabatur in Iohanne; dei dispensatio in domino nostro Iesu Christo crescebat, quod et natalibus eorum ostenditur. Nam ille natus est, sicut tradit ecclesia, octavo Calendas Iulias, cum iam minui dies incipiunt: dominus autem natus est octavo Calendas Ianuarias, quando iam dies incipiunt crescere. Audi ipsum Iohannem confitentem:

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* **14** ergo *inc. K* **15** Hermon *des. K* **11,1** mons *inc. K* **2** Sion *des. K* **5** nam *inc. K* | dicitur *des. K* **7** Hermon *inc. K* **10** caelo *des. K*

---

12 addet *B*; addidit $H_2\ \gamma\ \zeta\ ma$ | ergo] enim $\gamma\ \zeta\ ma$ **13** sponsam ζ **14** pulchram[1]] pulchra γ
11,1 quidem $\pi\ \eta\ Br_1 P_{23}$ **2** longe *om. B* | distans $K\ Br_1 P_{23}$ **3** quod[1]] quando *B* | quod[2]] qui $\zeta\ Br_1 P_{23}\ ma$ | montes *ma*; montem *codd.* **5** dicitur esse *tr.* α | interpretationem *Gt B* ε (in int. *N*) $\gamma_1 P_6$ **8** ergo] enim $\gamma\ \zeta\ ma$ **9** nisi ... exaltatum *om.* γ_1 **12** Iohannem δ_1 **13** nostro *om.* $Br_1 P_{23}$ **14** nam *om. B* | sicut ... ecclesia *om. B* **15** tradidit δ_1 | incipiunt minui dies *lo ma* **16** est *om. B ma* **17** ipsum] istum *B*

Illum oportet crescere, me autem minui. Et passiones ipsorum hoc indicant. Dominus in cruce exaltatus est, ille caeso capite deminutus. Ergo lumen exaltatum Christus: inde est ros Hermon. Sed quicumque vultis habitare in unum, optate rorem istum, compluimini inde. Alioquin non poteritis tenere quod profitemini, nec profiteri audere poteritis, nisi ille intonuerit, nec permanere poteritis, nisi eius sagina non desit vobis: ipsa enim sagina descendit super montes Sion.

(12.) Iam MONTES SION, magni in Sion. Quid est Sion? Ecclesia. Et qui ibi sunt montes? Magni. Quos significant montes, hos significat barba, hos significat ora vestimenti. Barba non intellegitur nisi in perfectis. Non ergo habitant in unum, nisi in quibus perfecta fuerit caritas Christi. Nam in quibus non est perfecta caritas Christi, et cum in uno sint, odiosi sunt, molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant ceteros, et quaerunt quid de illis dicant, quomodo in iunctura inquietum iumentum non solum non trahit, sed et frangit calcibus quod iunctum est. Si autem habet rorem Hermon, QUOD DESCENDIT SUPER MONTES SION, quietus, placatus, humilis, tolerans, pro murmure precem fundit. Nam omnes murmuratores magnifice descripti sunt

mi 1736

11,18 Ioh. 3, 30

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *K B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta Br_1 P_{23}$ *et al.* 20 ergo *inc. K* Hermon *des. K* 25 super *inc. K* 12,5 Christi *des. K* 11 quietus *inc. K*

---

19 deminutus] est *add.* αB 20 exaltatus *B C* | est] ille *add. B* 22 poteritis] potestis *Gt* $H_2 B$ 23 audere] nec audire $O_4\ \gamma\ \zeta Br_1 P_{23}$ | potestis $\pi Br_1 P_{23}$ intonaverit $\alpha\ W_2 H_2 B$ 24 illa ζ 25 montes $\alpha\ \delta_1$ *Gt* H_2 *ma*; montem *cett.* 12,1 iam ... sion *om. B* 2 quos] quod *B* | significat $\delta_1 B$ 3 hos[1]] hoc $\delta_1 B$ hos[2]] hoc $\delta_1 B$ 4 in[1] *om.* γ_1 | in[3] *om. B* 5 Christiana $\gamma\ \zeta$ 6 sunt πP_{23} 7 quaerunt quid] quae sunt γ_1 8 illis] aliis δ (*exc. B*) 10 quod (*cf. supra 10,1*) *C* P_{15}; qui *cett. ma* | montes π *ma*; montem *cett.* 11 quietus] est *add.* π (*exc.* W_2) $\varepsilon Br_1 P_{23} Y$ 12 fundens $\pi Br_1 P_{23}$ | murmuratores omnes *tr. lo ma*

quodam loco scripturarum: *Praecordia fatui sicut rota carri.* Quid est *praecordia fatui sicut rota carri*? Fenum portat, et murmurat. Non enim potest rota carri quiescere a murmure. Sic sunt multi fratres: non habitant in unum nisi corpore. Sed qui sunt qui habitant in unum? *Et erat illis anima et cor unum in deum; et nemo dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia.* Designati sunt, descripti sunt, qui pertineant ad barbam, qui pertineant ad oram vestimenti, qui numerentur inter montes Sion. Et si sunt ibi alii murmuratores, meminerint dicti domini: *Unus assumetur, et unus relinquetur.*

(13.) QUONIAM IBI MANDAVIT DOMINUS BENEDICTIONEM. Ubi mandavit? In fratribus qui habitant in unum. Ibi praecepit benedictionem, ipsi benedicunt dominum qui habitant concorditer. Nam in discordia non benedicis dominum. Sine causa dicis quia lingua tua sonat benedictionem domini, si corde non sones. Ore benedicis, et corde maledicis. *Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.* Numquid verba nostra sunt? Significati sunt quidam. Benedicis dominum, cum oras, et sequeris in prece tua, et maledicis inimico tuo. Hoc est quod audisti ab ipso domino: *Diligite inimicos vestros*? Si autem facias ut diligas inimi- cc 1935

12,13 Eccli. 33, 5 17 Act. 4, 32 22 Matth. 24, 40 13,6 Ps. 61, 5 10 Matth. 5, 44

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | $\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *et al.* 13 praecordia *inc.* f_5 16 corpore *des.* $K f_5$ 19 descripti *inc.* *K* 13,3 concorditer *des.* *K* 10 ut *inc.* *K*

13 quid ... carri *om.* δ_1 15 carri *om.* α 16 habitantes *B* | nisi ... unum *om.* *B* 17 unum[1]] illi de quibus dictum est *add. ma* | anima] una *add.* $\alpha\,W_2\,H_2$ *B* $\eta\,\zeta\,Br_1\,P_{23}$ *ma* | cor unum et anima una η 18 esse *om.* *B* | sed erant] quod erat ε | erat α 19 pertinent δ_1 20 pertinent δ_1 | ora *B* | numerantur $Br_1\,P_{23}$ 21 si *om.* *B*
13,3 ipsi] ibi γ_1 *ma* | benedicent *B* | habitant] in unum *add.* α_2 4 benedices δ_1 8 prece] praecepta γ_1 10 ut] et γ *ma*

cum tuum et ores pro eo, IBI MANDAVIT DOMINUS BENEDICTIONEM suam; ibi habebis VITAM IN SAECULUM, id est in aeternum. Multi enim amantes vitam istam, maledicunt inimicis suis: pro qua re, nisi pro ista vita, nisi pro commodis saecularibus? Ubi te angustavit inimicus tuus, ut cogaris maledicere? In terra angustatus es? Migra, habita in caelo. Quomodo, inquies, habitabo in caelo, homo carne indutus, carni deditus? Corde praecede, quo sequaris corpore. Noli surdus audire 'sursum cor', et nemo te angustabit in caelo. Et ideo bene sequitur alius psalmus.

IN PSALMUM CXXXIII

(*Superioris sermonis continuatio*)

(1.) ECCE NUNC BENEDICITE DOMINUM, OMNES SERVI DOMINI, QUI STATIS IN DOMO DOMINI, IN ATRIIS DOMUS DEI NOSTRI. Quare addidit IN ATRIIS? Atria ampliora spatia domus intelleguntur. Qui stat in atriis, non angustatur, non premitur, quodammodo dilatatur. In latitudine mane, et potes diligere inimicum tuum, quia non ea diligis, ubi ab inimico angustias pa- *v. 1* mi 1737

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **12** aeternum *des. K* **19** ideo *inc. K*
in ps. CXXXIII,1,4 premitur *des. K* **6** quia *inc. K*

11 pro eo ores *tr.* α | mandabit γ **12** in[1]] usque *praem. B* | in[2]] usque *praem. B* **13** maledicent δ_1 **15** angustiabit *B* **16** caelo] caelum *B* | habito γ_1 *ma* **17** caelo] caelum *B* | carne *om.* δ_1 *B* | quo sequaris] ut prosequaris W_2 γ_1 ζ; quos sequeris Br_1 P_{23} *Y* **18** sequeris δ_1 | audire] sursum corda *add.* P_6 P_{14} P_{15} *ma* | sursum] habe *add.* O_4 γ ζ P_{14} P_{15} | corde Br_1 P_{23} *Y* | angustavit α δ_1 *N* γ_1 **19** ideo] ibi δ_1
in ps. CXXXIII,1,2 domini[1]] dominum *C* P_{23} **3** addit *B* | domus spatia *tr. B* **4** non[2] ... dilatatur *om. B* **5** quodammodo dilatatur P_3^2 P_6 *ma*; quomodo dilatatur *T X*; quomodo delectatur π η ε *Rm* P_3 Br_1 P_{23} *Y*; quodammodo delectatur *C* **6** diliges δ_1 | angustiaris pateris Br_1 P_{23} | patieris γ_1

tiaris. Quomodo intellegeris stare in atriis? Sta in caritate, et stas in atriis. In caritate latitudo est, in odio angustia. Audi apostolum: *Ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum.* De latitudine autem caritatis quid dicit? *Quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Ubi audis diffusionem, intellege latitudinem; ubi audis latitudinem, intellege atria domini; et habebis veram benedictionem domini, quando non maledicis inimicis. Alloquitur enim spiritus eos qui patiuntur tribulationem, ut glorientur in tribulationibus, et dicit eis: ECCE NUNC cc 1936 BENEDICITE DOMINUM, OMNES SERVI DOMINI. Quid est ECCE NUNC? In hoc tempore. Nam post transactas tribulationes manifestum est quia benedictioni domini vacabimus, et dictum est: *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te.* Qui tunc benedicturi sunt sine defectu, hic incipiunt benedicere dominum: hic in tribulationibus, in tentationibus, in molestiis, inter adversitates saeculi, inter insidias inimici, inter fraudes et impetus diaboli. Hoc est ECCE NUNC BENEDICITE DOMINUM, OMNES SERVI DOMINI, QUI STATIS IN DOMO DOMINI. Quid est QUI STATIS? Qui perseveratis. Quia dictum est de quodam qui archangelus fuit: *Et in veritate non stetit*; et dictum est de amico sponsi: *Amicus autem sponsi stat, et audit eum, et gaudio gaudet*

---

in ps. CXXXIII,1,9 Rom. 2, 8–9 **11** Rom. 5, 5 **20** Ps. 83, 5 **27** Ioh. 8, 44 **28** Ioh. 3, 29

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S W_1 B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **14** benedictionem *des. K* **15** alloquitur *inc. K* **20** te *des. K* **24** ecce *inc. K* **25** domini[1] *des. K*

---

7 intellegeres P_6 γ_1 **8** audi apostolum *om. B* **9** omni anima γ_1 P_6 **15** eos spiritus *tr. B* **16** tribulationibus] suis *add. K* **17** benedicite ... nunc *om. B* **18** exactas Br_1 P_{23}; actas R_3 V_2 W_2 *K* | transactam tribulationem γ_1 ζ **19** benedictionem *N* γ_1; benedictio Br_1 P_{23} | vocavimus W_1 *N* | et] ut *X ma* **21** hic] hinc $\alpha\ \delta_2$ **22** hic] hinc δ_2 γ_1 **25** qui ... domini *om.* γ_1 **26** quia] quid α **28** amicus ... stat *om. B* | stat] qui *praem.* δ_1 | et[1] *om.* δ_1

propter vocem sponsi. (2.) Ergo QUI STATIS IN DOMO DOMINI, IN ATRIIS DOMUS DEI NOSTRI.

IN NOCTIBUS EXTOLLITE MANUS VESTRAS IN SANCTA ET BENEDICITE DOMINUM. *v. 2*

Facile est benedicere in diebus. Quid est 'in diebus'? In rebus prosperis. Nox enim tristis res est; dies res est laeta. Quando tibi bene est, benedicis dominum. Quando filium desideras et nascitur, benedicis dominum. Liberata est uxor tua a periculo partus: benedicis dominum. Aegrotabat filius, liberatur filius: benedicis dominum. Aegrotabat filius: forte quaesisti mathematicum, sortilegum. Forte non de lingua, sed de moribus tuis exiit maledictio in domino. Exiit de moribus et vita tua. Noli gloriari quia lingua benedicis, si vita maledicis. Quomodo, inquies, vita maledico? Quia attenditur vita tua, et dicitur: 'Ecce Christianus, ecce quales sunt Christiani'. Blasphematur propter te Christus. Ecce cum vita tua maledicat, quid prodest quod lingua tua benedicit? BENEDICITE ergo DOMINUM. Quando? IN NOCTIBUS. Quando benedixit Iob, quam tristis nox erat! Ablata sunt omnia quae possidebantur, ablati filii quibus servabantur. Quam tristis nox! Videamus si non IN NOCTIBUS benedicit: *Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit ita factum est:*

2,19 Iob 1, 21

---

adsunt π: $\alpha\ \delta$(-S W_1 K B) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ | $\zeta\ Br_1\ P_{23}$ *et al.* **2,1** qui *inc. K* **4** dominum *des. K* **16** in *inc. K*

2,1 ergo *om. B*; sic *praem.* P_{23} *Y* **6** laeta res est *tr.* π (*exc.* W_2) $\eta\ Br_1\ P_{23}\ Y$ quando[1]] in noctibus extollite manus vestras in sancta et benedicite dominum *praem. B* | benedices *B* **7** et nascitur *om.* $Br_1\ P_{23}$ | benedices *B* **8** benedices *B* | liberatus *B* **9** filius[1] *om. B* $\eta\ \varepsilon\ \gamma_1\ \zeta\ Br_1\ P_{23}$ *ma* **11** dominum α δ_1 *Gt* H_2 *T ma* | exiit[2]] et *praem.* $\pi\ Br_1\ P_{23}$ | moribus] tuis *add.* $Br_1\ P_{23}$ vita] de *praem.* α *B* **12** si *om. B* | inquis $\zeta\ \gamma_1$ *ma* **13** vita[1]] si *praem. B* **15** maledicit *B* γ_1 **16** tua *om. B* **17** quam] quando $\gamma\ \zeta\ Y$ *ma* **18** possidebatur γ_1 | *ablatis filiis $W_2\ \gamma\ Br_1\ P_{23}$ **19** videamus] sed *praem.* $\eta\ \varepsilon\ \zeta\ P_{23}\ Y\ P_{14}\ P_{15}$ *ma* | nocte $W_2\ \gamma\ \zeta\ P_{14}\ P_{15}$ **20** placuit] visum est *B*

sit nomen domini benedictum. Quam nox atrox! Percussus vulnere a capite usque ad pedes, putrefactus liquescebat in se. Tunc mi 1738
eum Eva ausa est tentare: *Dic aliquid in deum tuum, et morere.* Audi benedicentem in noctibus: *Locuta es* inquit *tamquam una ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini, mala* 25
non toleramus? Ecce quid est IN NOCTIBUS EXTOLLITE MANUS VESTRAS IN SANCTA ET BENEDICITE DOMINUM. Quid dixit Iob? cc 1937
Locuta es tamquam una ex insipientibus mulieribus. Adam putris repulit Evam, tamquam dicens: 'Sufficit quod propter te mortalis effectus sum. Valueris in paradiso, sed vinceris in stercore'. 30
Magna gratia dei. Sed unde hoc, nisi quia ros Hermon compluerat illam animam, et dederat dominus suavitatem, ut terra nostra daret fructum suum? IN NOCTIBUS EXTOLLITE MANUS VESTRAS IN SANCTA ET BENEDICITE DOMINUM.

v. 3 (3.) **BENEDICAT TE DOMINUS EX SION QUI FECIT CAELUM ET TERRAM.** Plures hortatur ut benedicant, et ipse unum benedicit, quia ex pluribus unum fecit, quia *bonum et iucundum est habitare fratres in unum.* Pluralis numerus *fratres*, sed singularis habitantes *in unum.* Ideo BENEDICAT TE DOMINUS EX SION QUI 5

---

21 percussus ... se] *cf.* Iob 2, 7–8 23 Iob 2, 9 24 Iob 2, 10 31 ros Hermon] *cf.* Ps. 132, 3 32 dederat ... suum] *cf.* Ps. 84, 13 3,3 Ps. 132, 1

---

adsunt π: $\alpha\,\delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\,\gamma_1$ | ζ Br_1 P_{23} *et al.* 21 benedictum *des. K* 26 ecce *inc. K* 27 dominum *des. K* 31 sed *inc. K* 34 dominum *des. B* 3,2 terram *des. Rm*

---

21 qua γ_1 | atra nox Br_1 P_{23} P_6 | atris γ_1; atra *ma* | ulcere *ma* 23 eum *om.* δ_1 | Eva ausa est eum *tr. lo ma* | dominum δ_1 | deo tuo *B* 24 tamquam] quasi W_2 γ ζ *ma* 26 tolerabimus α *B Gt* H_2 *ma* | quid est] quidem γ_1 28 putres δ_1 29 tamquam] quasi Br_1 P_{23} | sufficiat *ma* | quod] quia π (*exc.* W_2) P_{23} 30 valueras ε Br_1 P_{23} ζ *ma* | in stercore vinceris *tr.* ζ 32 illa anima *B* | et] sed O_4 γ
3,3 quia[1]] qui α 4 in unum *om.* γ_1 5 habitare Av_1 *D ma*

FECIT CAELUM ET TERRAM. Nemo dicat vestrum: 'Ad me non pertinet, ad me non pervenit'. Putas, quis est quem benedixit: BENEDICAT TE DOMINUS EX SION. Unum benedixit. Esto *in unum*, et pervenit ad te benedictio.

adsunt π: $\alpha\ \delta$ (-*S* W_1 *B*) | γ: $\varepsilon\ \gamma_1$ (-*Rm*) | ζ Br_1 P_{23} *et al.* **6** terram *des. K*

6 vestrum dicat *tr.* π P_{23} *ma* **7** ad ... pervenit α (*deest Vr*); *om. cett. ma* *puta *C* Tr_1 P_{22} P_6 | benedixit] dixit γ P_6 Br_1 P_{23} *Y ma* **8** in unum W_2 *Gt* η; in uno α δ_1 H_2 Br_1 P_{23} *Y*; unum γ ζ *ma* **9** perveniet α | benedictio] amen *add.* α O_4

Gori, Franco
CSEL 95/3

IS